M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
AD
ATTICUM, AD QUINTUM FRATREM
ET QUAE VULGO AD FAMILIARES
DICUNTUR
TEMPORIS ORDINE DISPOSITAE.

Zum
Gebrauche für Schulen
mit den
nothwendigsten Wort- und Sacherklärungen
ausgestattet
von

Dr. Iulius Billerbeck.

Dritter Theil.

Hannover 1836.
Im Verlage der Hahn'schen Hofbuchhandlung.

M. T. CICERONIS EPISTOLAE POST REDITUM A PUGNA PHARSALICA USQUE AD PROFECTIONEM CAESARIS AD BELLUM AFRICANUM A. U. C. DCCVI. EXEUNTE ET DCCVII. SCRIPTAE.

EPISTOLA CCCXCV. (ad Div. XIV. 12.)

Scr. Brundisii prid. Non. Nov. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Grat 'ationi Terentiae, quod salvus in Italiam redierit, respondet.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

Quod nos in Italiam salvos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi magnisque iniuriis metuo ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare possimus. Quare, quantum potes, adiuva. Quid

---

1. *non facile explicare.* Nam et ignorabat, quam in partem Caesar victor accepturus esset, se eius venia non impetrata in Italiam rediisse, et metuebat, ne, si Pompeiani meliore fortuna uterentur, sibi vitio verterent, quod eorum causam deseruisset. *SCH.* — *perturbati* = perturbatus. Noema. Pompeius war bei Pharsalus am 20. Iul. 706 a. U. c. 48 vor Chr. mit grossem Verluste geschlagen, sein Heer umgekommen, gefangen oder zerstreut und er selbst auf seiner Flucht nach Aegypten von den Rathgebern des iungen Königs Ptolemäus verrätherischer Weise ermordet. Caesar hatte ihn verfolgt, aber dort nicht mehr am Leben gefunden. Während er den Alexandrinischen Krieg daselbst unter vieler Lebensgefahr bestand (s. Hirtii Bell. Alexandr. u. Dio XLII, 34. Lucan. 1, 10. Oras. 6, 16.), sich den Fesseln der Kleopatra hingab, neun Monathe in Alexandrien verweilend, schwebten seine zersprengten Gegner in Todesangst, ob Gnade von ihm zu erwarten sei. Des Dictators Magister equitum, Antonius der Tollkühne, führte indess die Regirung in Italien. Viele Männer von Rang irrten in Italien und Asien umher, entschlossen, sich dem Sieger auf iede leidliche Bedingung zu unterwerfen; aber Antonius durfte sie meistens nicht aufnehmen (s. ad Attic. XI, 6.). Nur Cato sammelte die, welche als Optimaten mit entschlossener Treue an der Republik hingen, im Lager bei Dyrrhachium, wo ihn Pompeius, als er mit der Hauptarmee nach Pharsalus zog, mit funfzehn Cohorten zur Bedeckung des Heergeräths und Feldgepäcks zurückgelassen hatte. Auch Cicero und Terentius Varro waren bei Cato geblieben. Dieser bot in einem Kriegsrathe der Republicaner dem Ersteren als ihm an Rang und Würde vorgehend das Obercommando an. Da Cicero, der seinen immer behaupteten Grundsätzen gemäss die Rolle eines Friedenstifters zu behaupten fortfuhr und eigentlich desshalb sich in die Nähe des

autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore, nihil est: et longum est iter et non tutum: et non video, quid prodesse possis, si veneris. Vale. D. prid. Nonas Novemb. Brundisio.

EPISTOLA CCCXCVI. (ad Att. XI. 5.)

Scr. Brundisii circa Nonas Novembr. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

De causis reditus sui in Italiam. 1. de propioris ad urbem accessus impedimentis. 2. de literis suo nomine scribendis. 3. de Vatinii et Quinti fratris in se animo. 4.

CICERO ATTICO S.

Quae me causae moverint, quam acerbae, quam graves, quam novae, coëgerintque impetu magis quodam animi uti quam cogitatione, non possum ad te sine maxi-

---

Pompeius begeben hatte, dasselbe anzunehmen sich weigerte, zog, wie Plutarch erzählt, der älteste Sohn des Pompeius, Sextus, sein Schwert gegen ihn, den er für einen Verräther der guten Sache ietzt ansah. Nur mit Mühe retteten Cato und Andere ihm das Leben, indem sie ihn zu beseitigen wussten. Aber hierüber entrüstet (perturbati dolore animi magnisque iniuriis) fasste er den Entschluss nach Italien zurückzukehren, ohne den Erfolg des Krieges abzuwarten und ohne zu wissen, wie Cäsar diesen Schritt aufnehmen würde. Reue über diese Uebereilung, wie es ihm schien, eine Reue, die sein Zartgefühl für Ehre und für das Sittlichschöne hinterher peinigte, ihn mit sich selbst entzweiete und den bittersten Vorwürfen der eifrigen Optimaten, sogar seines Bruders (s. d. folg. Brief) preisgab; dann Angst der Ungewissheit, ob er auch dadurch das Glück seiner Familie und seine Selbsterhaltung zur vielleicht noch möglichen Rettung der Republik werde bewirkt haben, bestürmten oft sein Herz, bis endlich Cäsar nach der Besiegung des Pharnaces in Asien nach Rom zurückkehrte und die Unterwerfung vornehmer Männer annahm (Cicer. ad Attic. XI, 11.). Doch weilte er nicht lange daselbst. Zum Africanischen Kriege galt es ietzt hin, im Januar 46 vor Chr.: denn Cato, der die entflohenen Pompeianer mit einer Flotte bei Corfu (Corcyra) aufgenommen hatte und nach Africa, wo auch Varus, Scipio und Labienus sich befanden, gesegelt war, musste erst durch die Schlacht bei Thapsus zum Selbstmorde genöthigt sein, bevor Cäsar hoffen konnte, auch die übrigen Haufen von Republicanern und Pompeianern, die sich in Illyrien, Spanien unter den Söhnen des Pompeius und sonst während seines wollüstigen Säumens in Alexandrien gebildet hatten, mit glücklichem Erfolge zu unterdrücken. Ueb. d. Briefe von 706 bis 710 s. *Abeken* Seit. 279 ff. — *In viam q. te des*, wozu sie sich erboten hatte. — *prid. Non. Nov.*, am 4. November.

1. *quam novae* = ausserordentlich, also überraschend. — *acerbae.* Hoc respicere videtur ad Quintorum patris et filii iniquissima erga se odia. *SCH.* Vergl. zum vorigen Br. — *impetu... uti*, mich vielmehr von einer heftigen Gemüthsbewegung fort-

mo dolore scribere: fuerunt quidem tantae, ut id, quod vides, effecerint. Itaque nec quid ad te scribam de meis rebus nec quid a te petam, reperio. Rem et summam negotii vides. Equidem ex tuis literis intellexi et iis, quas communiter cum aliis scripsisti, et iis, quas tuo nomine, quod etiam mea sponte videbam, te subdebilitatum novas rationes tuendi mei quaerere. Quod 2
scribis placere, ut propius accedam iterque per oppida noctu faciam, non sane video, quemadmodum id fieri possit. Neque enim ita apta habeo deversoria, ut tota tempora diurna in iis possim consumere; neque ad id, quod quaeris, multum interest, utrum me homines in oppido videant, an in via. Sed tamen hoc ipsum, sicut alia, considerabo, quemadmodum commodissime fieri posse videatur. Ego propter incredibilem et animi et 3
corporis molestiam conficere plures literas non potui: iis tantum rescripsi, a quibus acceperam. Tu velim et Basilo et quibus praeterea videbitur, etiam Servilio conscribas, ut tibi videbitur, meo nomine. Quod tanto intervallo nihil omnino ad vos, † scriptis literis, profecto intelligis rem mihi deesse, de qua scribam, non volunta-

---

reissen zu lassen, als von Ueberlegung Gebrauch zu machen. — *effecerint*, ut post pugnam Pharsalicam in Italiam redirem. *SCH.* Und doch was sollte ein in die Zukunft blickender Mann wie Cicero bei dem planlosen und grausamen Benehmen der Pompeianer und Optimaten Anders thun? — *de m. rebus*, über meine Lage. *quod ... quod* Ern. tacite, Sch. Lün. — *Rem .. vides*, du übersiehst mit einem Blick die ganze Sache. — *et iis*, sic Lamb. *his .. his* Md. — *te subdebilitatum* (ein ἅπαξ λεγ.) ... *quaerere*, dass Du ziemlich verlegen, kleinmüthig, nach neuen Mitteln und Wegen Dich umsiehst, mich aufrecht zu erhalten. *te subita re quasi debilitatum* Margo Crat. *OR.*

2. *propius* ad urbem. — *per oppida* interiacentia. — *in iis.* Sic Lamb. *his* Cett. — *ad id, quod quaeris*, für Das, was Du damit beabsichtigst: ne de accessu meo ad Caesarianos deferatur. Hoc est enim, cur me velis noctu iter facere. *MANUT.*

3. *iis*, Md. *his rescr.* — *a quib. accep.*, denen ich eine Antwort schuldig war. — *Basilo.* Est L. Minutius Basilus praetorius, unus de percussoribus Caesaris, cuius meminerunt Dion, Appianus Libr. III. et Flor. Libr. III. Ad hunc exstat Ciceronis epistola (DCLXXVIII. h. ed.) Libr. VI, 13. ad Famil. *POPMA.* Ietzt war er noch ein eifriger Anhänger des Cäsars. — P. *Servilio* Isaurici filio h. a. cum Caesare consuli. *SCH.* Er war Cicero's College im Augurate. — † *scriptis literis.* Sic corrupte Md. Cd. Crusell. Tornaes, Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Quod quum absurdum esse viderent, om. *scr. lit.* Cd. Decurt. Manut. Lamb. Bos. Seqq. Sed meminisse debemus etiam Lib. 10, Ep. 17, 1. in Cdd. esse *epistola scripta* pro *lecta*: unde hic quoque optima sen-

4 tem. Quod de Vatinio quaeris, neque illius, neque cuiusquam mihi praeterea officium deesset, si reperire possent, qua in re me iuvarent. Quintus aversissimo a me animo Patris fuit. Eodem Corcyra filius venit. Inde profectos eos una cum ceteris arbitror.

EPISTOLA CCCXCVII. (ad Div. XIV. 19.)

Scr. Brundisii circa IV. Kal. Dec. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Dolorem ex valetudine filiae et se impediri, quo minus propius ad urbem accedat, significat.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliae nostrae. De qua nihil est, quod ad te plura

---

tentia restituendum: *lectis* (his) *literis p. intelliges.* Cd. autem Decurt., etsi ab origine optimus, interdum tamen prodit emendatoris vestigia. *ORELLI.* Der Herausgeber möchte lieber: *ad vos scripserim literarum,* und erklären: Ex eo *quod... scripserim literarum, pr. intelliges.* Ueber *quod* = was Das anlangt, dass ich u. s. w., s. Ramsh. §. 182, Not. 1.

4. *de Vatinio.* Scire vis, quo animo Vatinius in me sit. Hoc autem quaesierat Atticus, fortasse quod vereretur, ne Vatinius, qui Ciceronem ante diligere visus esset, Caesare victore non eundem se praestaret, sed iniuriae potius quam beneficii a Cicerone accepti memor esse vellet. Nam primum eum Cicero oppugnarat, deinde defenderat. *MANUT.* Vergl. ep. CII. CCCCIV, 2. CXLVIII, 19., zu ep. DXCIX im Anf. Orat. Vatin. 1 seqq. Philipp. X, 5. — *qua in re me iuv.* Wohl Ironie! — *aversissimo in me animo,* hat seine Erbitterung gegen mich zu Patrae sehr laut werden lassen. Warum? Vielleicht, weil M. Cicero ihm, dem iachzornigen Manne, nach der Schlacht bei Pharsalus Vorwürfe darüber machte, dass er ihn nicht abgehalten hätte, dem Pompeius nach Griechenland zu folgen; oder weil M. Cicero das ihm von Cato angebotene Obercommando nicht übernommen hatte und nun sogar nach Italien zurückkehrte, um, wie es dem Bruder schien, sich bei Cäsar zu rechtfertigen, dessen überaus grosse Zuneigung Quintus meist aus Liebe zum Marcus in einem Grade verscherzt hatte, dass er auf Verzeihung nicht leicht rechnete, sondern lieber gewünscht hätte, an der Seite seines Bruders das Heil der Waffen zu versuchen. Auch war das militairische Ehrgefühl ohne Zweifel dabei aufgeregt. Der Waffenlustige konnte Cicero's Klugheit in Berechnung der Zukunft nicht erfassen und sah ihn mit argwöhnischem Auge an. Nun aber hatte er, weil sein Bruder abging, das Heer des Cato gleichfalls verlassen müssen. Hinc illae lacrimae! Vgl. ep. CCCCII, 2, CCCCIV, 1. — *profectos eos* ad Caesarem in Asiam, ut deprecarentur. Apparet ex epistola sequenti (h ed. 398). *MANUT.*

1. *In* = unter, bei. S. Ramsh. §. 150, 2. — *Tulliae,* quae Romae aegrotabat, non, ut quibusdam visum, Brundisii apud

scribam: tibi enim aeque magnae curae esse certo scio. Quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum. Etiam ante fecissem; sed me multa impediverunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio exspecto literas, quas ad me quam primum perferendas cures velim. Da operam, ut valeas.

EPISTOLA CCCXCVIII. (ad Att. XI. 6.)

Scr. Brundisii IV. Kal. Dec. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Scribit se discessus ab armis non poenitere, malle autem in oppido aliquo extra Italiam resedisse, petitque, ut Atticus cum Balbo et Oppio agat. 1—3. de Tulliae morbo. 4. de Pompeio, Fannio et Lentulo caesis. 5—6. de Quinto fratre in Asiam profecto. 7. denique literas Attici exposcit.

CICERO ATTICO S.

Sollicitum esse te quum de tuis communibusque fortunis, tum maxime de me ac de dolore meo sentio: qui quidem dolor meus non modo non minuitur, quum socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. Omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione levari maxime possim. Probas enim meum consilium negasque mihi quidquam tali tempore potius faciendum fuisse. Addis etiam — quod etsi mihi levius est quam tuum iudicium, tamen non est leve — ceteris quoque, id est, qui pondus habeant, factum nostrum probari. Id si ita putarem, levius dolerem. Crede, inquis, mihi. Credo equidem: sed scio, 2
quâm cupias minui dolorem meum. Me discessisse ab armis nunquam poenituit: tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata; ut iam omnium iudicio constitutum esset omnium vestrûm bona praedam esse illius victoriae; vestrûm, plane dico: nun-

patrem. *SCH.* Brevi post mortua est. Vid. ad Attic. XII, 12. — *nihil est quod.* S. Ramsh. §. 184, 2, Not. 1. Grotef. §. 432, Anm. 2. — *propius*, näher zur Stadt. Aber da hatte er Mehr zu fürchten, als von Cäsars Gegenwart. — *expedita sunt*, hinweggeräumt sind. — *a Pomponio* Attico.

1. *communibus*, aller andern Bürger. — *de dolore meo*. S. zum 395. Br. — *tali tempore*, unter solchen Umständen. — *levius*, unbedeutender ist, weniger gilt. — *ceteris* = a ceteris Dativ. Graec. S. Ramsh. §. 124.

2—3. *quam cupias min. d. m.*, ut fortasse pluribus meum consilium probari fingas, quam verum sit; modo ut me, consoleris. *SCH.* — *in illis*, Pompeianis. — *coniunctio*, Vermengung, Verschmelzung, Mischung mit. — *non nominatim sed generatim . . . informata*, dass die Aechtung nicht bloss auf einzelne Personen, sondern auf Alle schon eingeleitet und entworfen war. — *proscriptio* eorum, qui a partibus Pompeii non stetissent. *SCH.* — *plane*, gerade heraus,

quam enim de te ipso nisi crudelissime cogitatum est. Quare voluntatis me meae nunquam poenitebit: consilii poenitet. In oppido aliquo mallem resedisse, quoad arcesserer. Minus sermonis subiissem: minus accepissem doloris: ipsum hoc me non angeret. Brundisii iacere in omnes partes est molestum. Propius accedere, ut suades, quo modo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? qui mihi incolumi adimi non possunt. Quos ego nunc paullisper cum bacillis in turbam conieci ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret. † Recipio tempore me
3 domo. Te nunc ad Oppium, quoniam iis placeret modo propius accedere, ut hac de re considerarent. Credo fore

---

unverholen. *voluntatis*, quod ab armis discesserim. — *consilii* (Massregel, Art der Ausführung meines Entschlusses) *poenitet*, quod in Italiam redierim. — *in oppido* extra Italiam. — *minus s. subiissem*, ich hätte mir weniger Gerede aufgeladen. — *doloris*, Verdruss. — *ipsum hoc*, diese meine Lage. — *in omnes partes*, nach allen Seiten betrachtet. — *adimi non possunt.* Nämlich so lange er noch den Titel Imperator zu führen berechtigt und sein Anspruch an den Triumph vom Senat noch nicht entschieden war und er sich desshalb ausser Rom befand. S. ep. CCCI gegen Ende. *incolumi* ist also = so lange ich bleibe, was ich bin. Cicero schämte sich ohne Lictoren der Stadt näher zu kommen. — „*conieci*, ich hiess sie mit ihren Stäben sich ein wenig unter das Volk auf den Strassen für den Augenblick zu zerstreuen, als ich in Brundisium einzog;" denn eigentlich hätte er sie müssen vor sich her marschiren lassen. — *impetus*, Anfall der Soldaten auf sie. Denn die milites Caesariani durften und wollten keinen andern Imperator als den Cäsar gelten lassen und anerkennen. — †*Recipio tempore me domo. Te nunc ad Oppium, quoniam iis placeret modo propius accedere . . . considerarent.* Locus foede corruptus. Servavi lectionem Vict., Man., a qua, quod sciam, Md. in his dumtaxat abit, quod *oppidum* (sic etiam Asc. utraque) habet pro *Oppium* (hoc praebet Margo Crat.) . . *his* pro *iis* et *cedo* pro *credo.* Proxime abest Graevius: *Recipio tempore me domum. Te nunc ad Oppium. Et cum his placeret modo propius accedere, ut hac de re considerarem.* Iac. Gronov. (sed hic: *considerarent*) Ern. *Reliquo tempore me domo. Te nunc ad Oppium et Antonium: iis placeret modo . . . considerarent.* Sch. coni. *Recepi tamen postea ad me domum* (haec de I. F. Gronovii susp.). *Tu nunc adi ad Oppium et Balbum. Si iis placeret modo, propius accederem, ut hac de re consideraremus.* Recte Gronov. v. *Recipio* cet. ad lictores retulit. Sed praestabat futurum: *Recipiam* (eos) *tempore*, quod sic absolute est *ad Famil.* 7, 18.; vel si mavis: *tempore meo*, ut est *Cluent.* §. 139. *ovatio temporis mei.* In ceteris haec fere latent (etenim verba ipsa quis praestet?) *Rogo te*, (ex lect. Crusellin. *dromo te*) *nunc ad Oppium, Cornelium* (s. *Balbum*): *iis placeret modo propius accedere me, ut hac de re considerarem*, utrum revera accederem, nec ne. *Credo fore auctores* mihi scil. propius ad Urbem accedendi sine ullo metu. *Sic enim* cet. Id scilicet rogare non poterat, uterque propius ut Brundi-

auctores. Sic enim recipiunt, Caesari non modo de conservanda, sed etiam de augenda mea dignitate curae fore: meque hortantur, ut magno animo sim; ut omnia summa sperem: ea spondent, confirmant, quae quidem mihi exploratiora essent, si remansissem. Sed ingero praeterita. Vide, quaeso, igitur ea, quae restant, et explora cum istis; et si putabis opus esse et si istis placebit, quo magis factum nostrum Caesar probet quasi de suorum sententia factum, adhibeantur Trebonius, Pansa, si qui alii: scribantque ad Caesarem, me, quidquid fecerim, de sua sententia fecisse. Tulliae meae morbus et imbecillitas cor- 4
poris me exanimat, quam tibi intelligo magnae curae esse; quod est mihi gratissimum. De Pompeii exitu mihi du- 5
bium nunquam fuit. Tanta enim desperatio rerum eius omnium regum et populorum animos occuparat, ut, quocunque venisset, hoc putarem futurum. Non possum eius casum non dolere. Hominem enim integrum et castum et gravem cognovi. De Fannio consoler te? Perniciosa 6

---

sium accederet. Contra, si non Atticus tantummodo, nulla auctoritate, suaderet, sed ipsi illi sibi auctores facti essent, ut propius Romam accederet, tum demum idne audendum esset, considerare poterat. *ORELLI.* Balbi nomen omitti non potest; nam quoque coniungitur ep. seq. (400 h. ed.) §. 5. *SCH.* Quae vero sequuntur, auctoritate Codd. melius sic legi putavimus: *quonam iis placeret modo me propius accedere, ut hac de re considerarent. Credo fore* auctores (scil. ut cum lictoribus accedam. cfr. ep. 400 init.): *sic enim recipiunt* (scil. literis) i. e. promittunt, *Caesari . . . curae fore, meque hortantur. LÜNEM.* *Oppius* u. *Balbus* waren, wie aus den vorigen Briefen bekannt ist, die zwei vertrautesten Geschäftsträger Cäsars in Rom. — *ut magno animo sim*, hohes Muths zu sein. — *remansissem* in Italia. — *quae restant*, Was ich noch erwarten, hoffen kann; im Gegensatze von *praeterita* — *de suorum sententia*, mit Vorwissen der Seinigen; *de sua sent.*, mit ihrem Wissen u. Willen. S. Grotef. §. 260, Anm. 2. Ueber C. Trebonius s. zu ep. CCCCXXX im Anf.; über C. Vibius Pansa ep. CCXIII. Er war Trib. pleb. 703 gewesen und ward mit Hirtius Consul im J. 711. S. ad Famil. X, 33. XV. 17. Philipp. III, 15. V, 19. XI, 9. Brut. 3.

4. *Tulliae m. morbus.* S. ep. 397 im Anf.

5. *De Pompeii exitu*, dass es mit dem Pompeius ein solches Ende nehmen würde. Quem Ptolemaei Aegyptii regis amici, quum Pelusium pervenisset, interfici iusserant, missis ad eum necandum Achilla, praefecto regio, et L. Septimio tribuno militum. Vid. Caes. de B. Civ. III, c. 104. *SCH.* — *hoc . . futurum*, dass ihm Dasselbe widerfahren würde. — *Non possum . . . non.* S. Ramsh. §. 173, 3, c. Grotef. §. 337.

6. *De Fannio*, quem Pompeius in Siciliam cum imperio praemisit: (vid. ep. CCIX) deinde apparet eum mare transisse cum

loquebatur de mansione tua. L. vero Lentulus Hortensii domum sibi et Caesaris hortos et Baias desponderat. Omnino haec eodem modo ex hac parte fiunt; nisi quod illud erat infinitum. Omnes enim, qui in Italia manserant, hostium numero habebantur. Sed velim haec ali-
7 quando solutiore animo. Quintum fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur. De filio nihil audivi. Sed quaere ex Diochare, Caesaris liberto, quem ego non vidi, qui istas Alexandreas literas attulit. Is dicitur vidisse: an euntem? an iam in Asia? Tuas literas, prout res postulat, exspecto: quas velim cures quam primum ad me perferendas. IV. Kal. Decembr.

EPISTOLA CCCXCIX. (ad Div. XIV. 9.)

Scr. Brundisii mense Dec. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Significat dolorem e Dolabellae et Tulliae valetudine.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. P.

Ad ceteras meas miserias accessit dolor e Dolabellae valetudine et Tulliae. Omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam nec quid faciam, scio. Tu velim tuam et Tulliae valetudinem cures. Vale.

---

ipso Pompeio, et numeratur inter eos, qui cum imperio erant (ep. CCCXXXIX.). *MANUT.* Is in pugna Pharsalica caesus est. *SCH.* — *de mansione tua*, darüber, dass du in Italien zurückgeblieben wärest. — *L. Lentulus* anno superiore consul in fuga post pugnam Pharsalicam a rege Ptolemaeo comprehensus et in custodia necatus. Vid. Caes. III, 102. *SCH.* — *desponderat* zu seinem Antheile bei der gehofften Aechtung ausbedungen. S. §. 2. *conscriptio.* — *ex hac parte* Caesarianorum. — *infinitum*, aber von Seiten der Pompeianer wäre, im Falle dass sie gesiegt hätten, das Unheil, was sie stiften wollten, grenzenlos gewesen. *illud*, quod Pompeiani, si victores fuissent, erant ausuri. *SCH.* Ueber *erat* s. Ramsh. §. 166, 3, c. Nota. — *solutiore animo*, doch darüber künftig ein Mehres bei ruhigerer Gemüthsstimmung.

7. *ut deprecaretur* apud Caesarem, cuius quum legatus fuisset, tamen ab eius partibus discesserat. *ERNESTI.* Vgl. d. vorhergeh. 396. Brief am Ende; bes. ep. CXX. CXLIV. CXLVI. — *Alexandreas*, Alexandriae datas, in qua Aegyptii Caesarem inclusum obsidione premebant. *SCH.* S. Hirt. B. Alexandr. Dio XLII, 34 folgg. Plutarch. im Cäsar. Sic Md. Vict. 1. 2. Bos. Graev. Est sane antiquior forma Graecissans = *Alexandrinas* Cett. — *vidisse.* Oxon. Tornaes. Crusell. (non Md. Decurt.) *vidisse Q.* i. e. Quintum. — *an euntem? an*, ob auf dem Wege dahin? oder. Sic distinxi cum Handio *Tursell.* 1. pag. 308. („Intelligitur ex antecedentibus: *quaere ex Diochare.*) *vidisse euntem, an* de Ern. coni. Sch. Alia ratio critica est *Lib.* 2, 6, 2. Vulgo *vidisse an euntem.* *ORELLI.* Ueber *an .. an* s. Grotef. §. 345, 2. Vgl. ep. VIII, 2. — *IV. Kal. Decembr.*, am 28. November.

EPISTOLA CCCC. (ad Att. XI. 7.)

Scr. XIV. Kal. Ian. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Exponit rationes consilii sui Brundisium veniendi variasque ex eo offensiones et sollicitudines. 1—4. causas affert, ob quas Atticum Romae manere, quam ad se venire, malit. 5—6. addit de literis suo nomine scriptis; de Quintis patre et filio. 7. epistolas creberrimas ab Attico expetit. 8.

CICERO ATTICO S.

Gratae tuae mihi literae sunt, quibus accurate perscripsisti omnia, quae ad me pertinere arbitratus es. Factum igitur, ut scribis istis placere iisdem istis lictoribus me uti, quod concessum Sestio sit; cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos. Audio enim eum ea senatus consulta improbare, quae post discessum tribunorum facta sunt. Quare poterit, si volet sibi constare, nostros lictores comprobare. Quamquam quid ego de 2
lictoribus, qui paene ex Italia decedere sim iussus? Nam ad me misit Antonius exemplum Caesaris ad se literarum, in quibus erat, se audisse Catonem et L. Metellum in Italiam venisse, Romae ut essent palam: id sibi non placere, ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognovisset: deque eo vehementius erat scriptum. Itaque Antonius petebat a me per literas, ut sibi ignoscerem: facere se non posse, quin iis literis pareret. Tum ad eum misi L. Lamiam,

---

1. *literae sunt*, Ern. susp. *fuerunt*. — *Factum igitur*, es ist also wirklich der Fall. — *istis* Caesaris amicis *placere*, de quibus sermo fuit ep. 398, 3. sub fin. — P. *Sestio*, der sich nach dem Pharsalischen Treffen dem Cäsar unterwarf. Vgl. über ihn ep. 339. 302. 229. und 15. — *sed ab ipso* Caesare datos, sondern vom Cäsar ihm erst gegeben. Im Gegens. von *concessos*, beizubehalten verstattet. — *eum*, Caesarem *improbare*, erkläre für ungültig. — *post. discess. trib.* in principio belli civilis, quum ab urbe fugerent ad Caesarem. *SCH.* Das thaten Antonius und Q. Cassius. S. ep. CCCI. Philipp. III. 10. Nach diesem Grundsatze konnte Cäsar die vom Senat geschehene Ernennung des Sestius zum Propraetor von Cilicien cum imperio nicht für gültig erklären. — *nostros lictores*, qui mihi non sunt senatus consulto post tribunorum discessum dati; sed multo ante ut Ciliciae proconsuli. *SCH.*

2. *Quamquam* = gleichwohl, doch. — *de lictoribus* loquor. — *qui* = quum ego. — L. Caecilium *Metellum*. Vid. ep. 347 et ep. 366. — *prohiberique omnes* Pompeianos *Italia*, und es sollten alle gewesenen Anhänger des Pompeius aus Italien zurückgewiesen werden, von deren Sache er nicht selbst Kenntniss genommen habe. — *facere non posse, quin*, er könne nicht umhin...zu. S. Ramsh. §. 185, 2. Grotef. §. 491, 2. — *iis*, Md. Vict. 1. Ern. *his*. — *L. Lamiam*, einen Römischen Ritter und besond. Freund

qui demonstraret illum Dolabellae dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italiam quamprimum venirem: eius me literis venisse. Tum ille edixit ita, ut me exciperet et Laelium nominatim. Quod sane nollem. Poterat enim
3 sine nomine res ipsa excipi. O multas et graves offensiones! quas quidem, tu das operam, ut lenias. Nec tamen nihil proficis: quin hoc ipso minuis dolorem meum, quod, ut minuas, tam valde laboras: idque velim ne gravere quam saepissime facere. Maxime autem assequere quod vis, si me adduxeris, ut existimem me bonorum iudicium non funditus perdidisse. Quamquam quid tu in eo potes? Nihil scilicet. Sed, si quid res dabit tibi facultatis, id me maxime consolari poterit: quod nunc quidem video non esse; sed si quid, ex eventis; ut hoc nunc accidit. Dicebar debuisse cum Pompeio proficisci. Exitus illius minuit eius officii praetermissi reprehensionem. Sed ex omnibus nihil magis tamen desideratur, quam quod in Africam non ierim. Iudicio hoc sum usus, non esse bar-

---

Cicero's. S. ep. ad Famil. XI, 16. 17. XII, 29. ad Attic. XIII, 45. Senat. post red. c. 5. Sest. c. 3. Plin. VII, 52. Valer. Max. 1, 8. — *qui* = ut is nach *misi*. S. Ramsh. §. 193, II. — *illum Dolab. dixisse*, nempe Caesarem. — *ut ad me*. Illud *ut* susp. Ern. — *ille* Antonius *edixit ita*, liess ein Edict des Inhalts ergehen. — *exciperet* ex eorum numero, qui prohiberentur Italia. — D. *Laelium* Balbum tribunum plebis 700, Pompeianum, qui navibus Asiaticis praefuerat. *CORRAD.* S. ep. 334. Orat. Flacc. c. 1. — *res ipsa.* Sic Md. Cdd. Regii. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lall. *re* Manut. Lamb. Bos. Sqq. *OR.* „denn die Ausnahme konnte gemacht werden, ohne mich gerade zu nennen. Si sic videlicet Antonius edixisset: „Ex omnibus Pompeianis ne cui liceat esse in Italia, nisi quorum causam Caesar cognoverit aut *de quibus Caesar scripserit.*“ Cicero enim Dolabellae literis Caesaris iussu confectis in Italiam redierat. Duabus autem de causis nominari Cicero noluit; primum, quod gravius offendi Pompeianos intelligebat tam aperta significatione: eos porro iratos habere nolebat, si forte, ut incerti sunt bellorum exitus, victores domum revertissent; deinde quod exceptio illa nominatim facta quasi legem et necessitatem iis, qui excipiebantur, imponebat, ne discedere ex Italia possent, ne scilicet beneficium Caesaris aspernari aut etiam renuntiare viderentur; unde illud in ep. 9. (h. ed. 401.) *exceptionibus edictorum retineor* etc. *MANUT.*

3. *offensiones*, Kränkungen, die mir der Schritt, den ich gethan, zugezogen hat. S. zu ep. CCCXCV, 1. — *quin* = ja. — *in eo* = diess zu bewirken. — *Nihil scilicet*, „leider Nichts!“ denn eine Stimme in seinem Busen verurtheilte ihn, wenn ihn auch die Menschen mit allen Stimmen losgesprochen hätten. — *res*, irgend ein Ereigniss. — *ex eventis*, wie sich denn leicht Etwas zutragen kann, wovon sich guter Gebrauch machen lässt; wie z. B. dieser neueste Vorfall. — *proficisci* in Aegyptum. —

baris auxiliis fallacissimae gentis rempublicam defenden-
dam, praesertim contra exercitum saepe victorem. Non
probant fortasse. Multos enim viros bonos in Africam
venisse audio et scio fuisse antea. Valde hoc loco urgeor.
Hic quoque opus est casu, [ut] aliqui sint ex eis aut, si
potest, omnes, qui salutem anteponant. Nam si perse-
verant et obtinent: quid nobis futurum sit, vides. Dices,
quid illis, si victi erunt? Honestior est plaga. Haec me
excruciant. Sulpicii autem consilium, non scripsisti, cur 4
meo non anteponeres: quod etsi non tam gloriosum est,
quam Catonis, tamen et periculo vacuum est et dolore.
Extremum est eorum, qui in Achaia sunt. Ii tamen ipsi
se hoc melius habent quam nos, quod et multi sunt uno
in loco et, quum in Italiam venerint, domum statim ve-
nerint. Haec tu perge, ut facis, mitigare et probare
quam plurimis. Quod te excusas, ego vero et tuas causas 5

Non probant fort. hoc meum iudicium. — *viros bonos,* ut Catonem. — *urgeor,* von dieser Seite werd' ich sehr in die Enge getrieben; abeundumne sit in Africam nec ne; sed videtur inclinasse in illud. Nam mox *Sulpicii consilium* opponit suo; atqui Sulpicius in Italia manserat nec in Africam ierat cum aliis viris bonis. *ERNESTI.* — [*ut*]. Sic Lambin. Recepi cum [ ]. *Si aliqui* Sch. coni. Lün. om. et *ut* et *si* Cett. cum Cdd. *OR.* Praeposui particulam *si.* Cicero ait: quum multi sint Pompeianorum, qui sibi vitio vertant, quod non simul cum iis in Africam ierit, unam esse rationem eorum iram effugiendi, si casu aliqui ex iis sint, qui ipsi, ut saluti suae prospiciant, ab armis discedant aut omnes hoc faciant, quod tamen vix exspectari possit. *SCH.* — *pers. et obtinent.* Sed si pergant illi Pompeiani in Africa bellare et victoriam obtineant, magnum mihi ab iis impendet periculum. *SCH.* — *quid illis* fiet, futurum est. — *Honest. est plaga,* honestius est pro bona causa pati et iniuriis aut morte affici, quam tamquam hominem inconstantem et qui a bonorum partibus aut metu aut levitate animi defecit, puniri morte, exsilio. *GRONOV.* — *Haec . . excruc.,* diess sind die Gedanken, die mich quälen.

4. Servii *Sulpicii.* S. zu ep. CCCLXV, im Anfange. Er war in Italien geblieben. — *quam Catonis,* qui se in Africam contulit, ut bellum renovet et libertatem tueatur. *CORRAD.* — *et dolore,* und er quält sich nicht selbst mit Vorwürfen, wie ich. — *Extremum est eorum,* nun sind noch die Pompeianer übrig. — *statim venerint,* und weil sie . . . grades Weges wol nach Hause gehen dürften. Consecutione verborum postulante dedi *venient. SCH.* — *Haec,* solche und dergleichen Gedanken und Dinge. — *mitigare,* in mir zu mildern, mich darüber zu beruhigen. — *prob. q. plur.,* und bei so vielen andern als möglich zu rechtfertigen. Haec, quae contra me sunt, velim, ut coepisti, in sermonibus ita extenues ac minuas, ut quam plurimos in tuam sententiam adducas. *MANUT.*

5. *Quod te excusas.* Recte Manutius intellexit: quod te ex-

nosco et mea interesse puto te istic esse, vel ut cum iis, quibus oportebit, agas, quae erunt agenda de nobis, ut ea, quae egisti; in primisque hoc velim animadvertas. Multos esse arbitror, qui ad Caesarem detulerint delaturive sint me aut poenitere consilii mei aut non probare, quae fiant: quorum etsi utrumque verum est, tamen ab illis dicitur animo a me alienato, non quo ita perspexerint. Sed totum ut hoc Balbus sustineat et Oppius et eorum crebris literis illius voluntas erga me confirme-
6 tur et hoc plane ut fiat, diligentiam adhibebis. Alterum est, cur te nolim discedere; quod scribis Tulliam efflagitare. O rem miseram! Quid scribam? aut quid velim? Breve faciam. Lacrimae enim se subito profuderunt. Tibi permitto; tu consule. Tantum vide, ne hoc temporis tibi obesse aliquid possit. Ignosce, obsecro te: non possum prae fletu et dolore diutius in hoc loco commorari. Tantum dicam nihil mihi gratius esse, quam quod
7 eam diligis. Quod literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode. Quintum filium vidi qui Sami

---

cusas te hoc tempore ad me non venire. Non enim de itinere Attici extra Italiam agitur, quod Ernestio in mentem venit. Cur enim Atticus Ciceroni se excusaret, quod in Italia manere vellet? — *tuas causas nosco,* tua negotia, quae te urbe exire prohibent. *SCH.* — *istic,* Romae. — cum *quibus* agere *oportebit,* deren Beistand ich bedarf. S. Ramsh. §. 159, 2, f. über die Weglassung der Präpos. daselbst. §. 205, 6, a. — *hoc velim animadv.,* und besonders wünscht' ich, dass Du Dein Augenmerk auf folgenden Punct richten möchtest. — *animo a me alienato,* also in der hämischen Absicht, mir bei Cäsar zu schaden. — *non quo ita persp.,* aber nicht, weil sie einsähen, dass es und warum es so ist. *quod* Asc. sec. Crat. Lamb. Ueber *quo* s. Ramsh. §. 186. Grotef. §. 394. — *sustineat,* nämlich dergleichen Eingebungen bei Cäsar entgegen zu arbeiten. Ueber Oppius und Balbus s. ep. 398, 3. — *plane,* ganz, vollständig.

6. *discedere* Roma. — *Tulliam efflagitare.* Sic de Tunstalli coni. Ern. Sch. ed. min. Iam apud Malasp. nescio qui *Tulliam* volebant. *OR.* *te efflagitari* scil. a Tullia, ut Romae maneas. *POPMA.* Hic de Tullia eiusque inopia agitur. Atticus igitur a Tullia efflagitabatur, ut Romae maneret, ne ipsa prorsus destituta esset et ab Attico, si opus esset, posset sustentari. *SCH.* — *velim.* Videtur requiri *volam;* quod fut. saepissime corrumpitur in coniunctivum. *ORELLI.* — *permitto* omnia. — *consule,* schaffe Du Rath. — *hoc temporis.* S. Ramsh. §. 104, 2. „in einer Zeit, wie diese," Ein warnender Wink! S. ep. 391, im Anf. — *obesse aliquid possit.* Vult Cicero Atticum ita facultatibus suis Tulliam iuvare, ut id beneficium ipsi (Attico) damnosum non sit. *BOSIUS.* — *in hoc loco,* bei diesem Gegenstande. — *diligis,* so hoch hältst; dass sie bei Dir so angeschrieben ist.

7. *curas dandas.* Nempe meo nomine scriptas. S. ep. 396,

vidisset, patrem Sicyone: quorum deprecatio est facilis. Utinam illi, qui prius illum viderint, me apud eum velint adiutum tantum, quantum ego illos vellem, si quid possem! Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, si qua 8
sint in tuis literis, quae me mordeant: ego vero in optimam; teque rogo, ut aperte, quemadmodum facis, scribas ad me omnia idque facias quam saepissime. Vale. XIV. Kalend. Ianuar.

EPISTOLA CCCCI. (ad Div. XIV. 17.)

Scr. Brundisii exeunte Dec. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Nihil esse ait, quod scribat.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. V. Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id et pluribus verbis et saepius. Nunc quae sunt negotia, vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Lepta et Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut tuam et Tulliae valetudinem cures. Vale.

EPISTOLA CCCCII. (ad Att. XI. 8.)

Scr. Brundisii VI. Kal. Ian. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Petit, ut se adversus eos, qui se apud Caesarem accusent, defendat. 1. Quinti fratris iniquam erga se acerbitatem queritur. 2.

CICERO ATTICO S.

Quantis curis conficiar, etsi profecto vides, tamen

---

3. 386 am Ende. — *vidi* hominem, *qui vidisset Q. filium Sami, patrem Sicyone.* „der gesehen haben wollte." — *deprec.... facilis,* denen es nicht schwer fallen wird Verzeihung von Cäsar zu erhalten. — *prius* quam ego *illum* (Caesarem) *viderint.* Sic e Cdd. Regiis, ut voluerat Corr., Lall., Ern. Sch. *viderunt* Priores. *videbunt* Graevii suspicio. *OR.* — *velint adiutum* a se. S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324.

8. *mordeant,* das mich kränken, mir wehe thun könnte. Das Homerische *δάκνειν*! — *in optimam* partem accipio. — *XIV. Kalend. Ianuar.,* am 19. December. Vergl. mit diesem Briefe die Ansicht, die er von seinem Benehmen in diesem Bürgerkriege im 452 Br. dem M. Marius mittheilt.

1) *quae sunt neg.,* wie die Sachen stehen. *sint* Cdd. Regii. Neap. Lamb. Lall. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *quomodo sim affectus,* wie mir zu Muthe sei. — *ex Lepta et Trebatio,* qui eum Brundisii convenerant ac deinde Romam profecti erant. Idem ad Atticum scribit ep. seq. Ueber Lepta s. ep. 244. 281. 326. 353. 354. 355. über Trebatius zu ep. 135 im Anf. — *Tulliae valet.* S. ep. 399. 397.

1. *conficiar.* Sic Margo Crat. prorsus ex usu Cic. Videtur

cognosces ex Lepta et Trebatio. Maximas poenas pendo temeritatis meae, quam tu prudentiam mihi videri vis: neque te deterreo, quo minus id disputes scribasque ad me quam saepissime. Nonnihil enim me levant tuae literae hoc tempore. Per eos, qui nostra causa volunt valentque apud illum, diligentissime contendas opus est, per Balbum et Oppium maxime, ut de me scribant quam diligentissime. Oppugnamur enim, ut audio, et a praesentibus quibusdam et per literas. Iis ita occurrendum,
2 ut rei magnitudo postulat. Fufius est illic, mihi inimicissimus. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Dictitat se a me apud Caesarem oppugnari: quod refellit Caesar ipse omnesque eius amici. Neque vero desistit, ubicunque est, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi unquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. Qui ex ipso audissent, quum Sicyone palam multis audientibus loqueretur, nefaria quaedam ad me pertulerunt. Nosti genus, etiam expertus es fortasse: in me id est omne conversum. Sed augeo commemorando dolorem et facio etiam tibi. Quare ad illud redeo: cura, ut huius rei causa dedita opera mittat aliquem Balbus. Ad quos videbitur, velim cures literas meo nomine. Vale. VI. Kal. Ianuar.

---

lectio familiae Gallicae, cum multis aliis a Bosio neglecta. *afficiar* Cett. cum Md. *ORELLI.* — *Lepta et Treb.* S. Ende des vorig. Br. — *quam..videri vis,* die Du von mir als Klugheit willst angesehen wissen. — *qui n. causa volunt,* die mir wohl wollen. S. Ramsh. §. 103. Not. 4. Grotef. §. 235. — *apud illum,* Caesarem. — *per Balb. et Oppium.* — S. ep. CCCC, 5. — *de me scrib.* ad Caesarem. — *Oppugnamur* i. e. sunt enim malevoli quidam, qui partim praesentes me apud Caesarem calumnientur, partim literas ad eum scribant, quibus mihi eum iratum reddant. *SCH.* Vgl. ep. CCCC, 5. — *Iis,* Md. *his.* — *est occurrendum* Crat. Fuit potius; *occurrendumst.*

2. *Fufius* Calenus. Sic de Manut. susp. Sch. Lün. *Furnius* Cett. cum Cdd. Ueber diesen Freund des Cicero s. ep. 347. Anlage A. ad Fam. X, 1. 3. 10. 11.; über ienen Römischen Ritter Philipp. II, 16. — *illic* = apud Caesarem. — *deprecatorem.* S. ep. CCCC, 7. CCCXCVIII, 7. bes. CCCXCVI, 4. — *Qui ex ipso audissent,* Leute, die dergleichen von ihm selbst wollten gehört haben. — *loqueretur* de me. — *Nosti genus,* Du kennst seine Art. Scil. maledictorum et probrorum, quo Q. frater utebatur etiam in coniunctissimas sibi personas. Id autem omne in se iam effusum esse queritur. Cfr. ep. 404—406. *POPMA.* — *facio dolorem.* — *mittat aliquem* ad Caesarem *Balbus.* — *meo nomine,* wie ep. CCCXCVI, 3. CCCC, 7. CCCLXXXVI, am Ende. — *VI. Kal. Ian.,* am 27. December. Dieser Brief ist der letzte an Attikus vom Jahre 706.

EPISTOLA CCCCIII. (ad Div. XIV. 16.)

Scr. Brundisii prid. Kal. Ian. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Se literas Terentiae exspectare scribit; Volumniam officiosiorem esse debuisse iudicat.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

Si vales, bene est: valeo. Etsi eiusmodi tempora nostra sunt, ut nihil habeam quod aut a te literarum exspectem aut ipse ad te scribam: tamen nescio quomodo et ipse vestras literas exspecto et scribo ad vos, quum habeo, qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit, et id ipsum, quod fecit, potuit diligentius facere et cautius. Quamquam alia sunt, quae magis curemus magisque doleamus: quae me ita conficiunt, uti ei voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt. Cura, ut valeas. Pridie Non. Ianuar.

EPISTOLA CCCCIV. (ad Att. XI. 9.)

C. Iulio Caesare dictatore, M. Antonio magistro equitum. Scr. Brundisii III. Non. Ianuar. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Incaute se egisse quod in Italia vel non manserit vel celerius redierit, fatetur. 1. epistolas a Q. fratre ad complures scriptas omnium in se probrorum plenas queritur. 2. Tulliae fortunam deplorat. 3.

CICERO ATTICO S.

Ego vero et incaute, ut scribis, et celerius, quam

---

1. *ut nihil literarum habeam quod* cet. So ist die Construction! — *quomodo* = quanto studio. — *quum habeo* aliquem, *qui ferat* literas. — *Volumnia* quae fuerit, incertum est. *SCH.* Non facile dixerim, utrum Senatoris Volumnii, quocum magnus usus fuit Ciceroni (ad Famil. VII, 32. Varro R. R. II, 4, 12.) soror aut filia, an nota illa P. Volumnii Eutrapeli, qui in amicis Antonii erat, liberta Cytheris fuerit. Vid. Philipp. XIII, 2. 24. ad Famil. VII, 32. 33. IX, 26. 32. *ERNESTI.* Terentia war ihr wohl Etwas schuldig. — *uti ei.* Sic Md. Bened. = *ut ii* Cett. — *detruserunt.* i. e. „quibus cessi, ut Italiam relinquerem et Pompeium in castra sequerer.“ Fuerunt, qui hanc epistolam tempore exsilii scriptam esse putarent; sed tum longiores ad uxorem epistolas scribere solebat; et verba illa: *sed sunt alia quae magis doleamus,* pro illo dolore, quem ex calamitate exsilii capiebat, vim habere satis magnam non videntur. *SCH.* — *de mea sententia.* Nam in animo habebam quiescere in bellis civilibus et me neutri parti adiungere, a quo consilio me aliqui amoverunt, qui mihi auctores fuerunt, ut ad Pompeium proficiscerer. *MELANCHTHON.* — *Pridie Non. Ian.* Sic Md. Vict. Lamb. *Kal.* Graev. Ern. Sch. Lün. omis. *Pridie Non. Ian.* cum Cdd. Crat. Bened. *OR.*

oportuit, feci nec in ulla sum spe; quippe qui exceptionibus edictorum retinear: quae si non essent sedulitate effectae et benevolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Nunc ne id quidem licet. Quid autem me iuvat, quod ante initum tribunatum veni, si ipsum, quod veni, nihil iuvat? Iam, quid sperem ab eo, qui mihi amicus nunquam fuit; quum iam lege etiam sim confectus et oppressus? Quotidie iam Balbi ad me literae languidiores; multaeque multorum ad illum, fortasse contra me. Meo vitio pereo. Nihil mihi mali casus attulit: omnia culpa contracta sunt. Ego enim, quum genus belli viderem, imparata et infirma omnia contra paratissimos, quieveram — quid facerem? — ceperamque consilium non tam forte quam mihi praeter ceteros concedendum. Cessi meis vel potius parui: ex quibus unus qua mente fuerit, is, quem tu mihi commendas, cognosces ex ipsius literis, quas ad te et ad alios misit: quas ego
2 nunquam aperuissem, nisi res acta sic esset. Delatus est ad me fasciculus: solvi, si quid ad me esset literarum: nihil erat: epistola Vatinio et Ligurio altera: iussi ad eos deferri: illi ad me statim ardentes dolore venerunt, scelus hominis clamantes: epistolas mihi legerunt plenas

---

1. *exceptionibus.* S. zu ep. CCCC, 2. — *ante novum tribunatum* i. e. antequam tribunatum novi tribuni plebis inirent; vereri enim poterat, ne hi eum rogationibus suis impedirent. *MANUT.* — *Iam* = nun aber, ferner. — *ab eo, qui . . nunquam fuit.* Antonium potius quam Caesarem, ut Corrado visum, hic significare videtur. *SCH.* — *lege* fortasse a Dolabella tribuno plebis perlata, in qua scriptum esset idem, quod in Antonii edicto. *MANUT.* S. ep. 400, 2. *sum* Oxon. 2. Rom. *cuius iam lege etiam sum* Ern. susp. *OR.* — *languidiores,* kälter, lauer. — *ad illum,* ad Caesarem. — *quid facerem?* denn was sollt' ich thun? Sic de Manut. susp. (probante Bosio) Lamb. *civeram* Cd. Decurt. *sit veram* Md. a pr. m. *iveram* Oxon. 1. 2. Vict. Man. *siveram* Tunstalli susp. prob. Ern. *sciveram* (*quid facerem?*) Md. a sec. m. Crusell. Tornaes. Cdd. Regii. Asc. 1. Crat. Bos. Graev. Ern. *sciveram, quid facerem* Lall. explicans: „decreveram.“ *sciveram, quod facerem* (nempe in Italia manere et bello abstinere constitueram) Sch. Lün. Prorsus contra Cic. usum. *quievi* et *quieveram* alibi quoque corrupta v. c. *ad Q. Fr.* 1, 1: *primus lictor qui fuit* pro *quievit. ORELLI.* — *Cessi meis,* ut ad Pompeium irem. Vgl. ep. 375. gegen d. Ende, 385. u. s. f. — *ex quibus unus* Quintus frater. — *qua mente fuerit.* Significat Cicero fratrem suum iam tum, quum sibi suaderet, ut ad Pompeium proficisceretur, inique et malitiose secum egisse. *SCH.*

2. *si quid* = εἴ τι, ob etwa. — *Vatinio.* S. zu ep. CCCXCVI, 4. — A. *Ligurio* Caesaris familiari; vid. ad Famil. XVI, 18. ad Q. Fratr. III, 7. — *hominis,* Quinti fratris. — *furere.* Infinit. hist.

omnium in me probrorum. Hic Ligurius furere: se enim scire summo illum in odio fuisse Caesari: illum tamen non modo favisse, sed et tantam illi pecuniam dedisse honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto volui scire, quid scripsisset ad ceteros. Ipsi enim illi putavi perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset. Cognovi eiusdem generis: ad te misi: quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddes; nil me laedet. Nam, quod resignatae sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. Hac ille acerbitate initio navigationis quum usus esset, tanto me dolore affecit, ut postea iacuerim: neque nunc tam pro se quam contra me laborare dicitur. Ita 3
omnibus rebus urgeor; quas sustinere vix possum vel plane nullo modo possum. Quibus in miseriis una est pro omnibus, quod istam miseram patre, patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. Quare te, ut polliceris, videre plane velim. Alium enim, cui illam commendem, habeo neminem; quoniam matri quoque eadem intellexi esse parata, quae mihi. Sed, si me non offendes, satis tamen habeto commendatam patruumque in ea, quantum

---

S. Ramsh. §. 168, 5. Grotef. §. 170. — *favisse* scil. olim legatus sibi ut esset decernendo. *SCH.* *favisse.* Sic Md. a sec. m. Ball. Helmst. Oxon. 1. 2. Graev. Seqq. *fovisse* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *fuisse* Md. a pr. m. Iens. *OR.* — *ad ceteros,* ad quos epistolae obsignatae in eodem fasciculo inerant. *SCH.* — *eiusdem generis* literas, ich fand, las Briefe derselben Art. — *reddes.* Si putabis nihil nocere posse Quinto, si illae epistolae iis reddantur, quibus inscriptae sunt, nihil impedio, quo minus eas his reddas. Me enim non laedet, illa fratris in me probra etiam a pluribus legi. *SCH.* — *quod resign. sunt,* was ihre Entsiegelung betrifft. — *eius signum,* quo epistolae a me resignatae rursus obsignari possunt. *SCH.* — *Pomponia,* Quinti uxor, soror Attici. — *initio navigationis,* quum post pugnam Pharsalicam aliquamdiu convectores essent Marcus et Quintus eademque navi uterentur; postea vero discesserunt, Marco Brundisium, Quinto Asiam petente. *SCH.* S. ep. CCCXCVI, 4.

3. *pro omnibus.* Lego: *prae.* Sic *pro* pro *prae Ep.* 7, §. 6. Oxon. 2. in illis *prae fletu.* *ORELLI.* — *spoliatam relinquam.* Cicero enim tunc propter accusationem et calumnias, quas frater et eius filius in suum caput apud Caesarem effundebant, metuebat bonorum proscriptionem et suorum et uxoris. Hinc tristiora cogitavit de morte sibi consciscenda. Ideoque Tulliam tanquam moriturus commendat Pomponio; et, si mortuus fuerit (hoc est enim: *si me non offendes* paulo post), antequam Atticus se convenerit, rogat, ut eam commendatam sibi habeat et ei patruum Quintum reconciliet. Itaque hic dolet, quod illam moriens relinquat non solum patre, sed et omnibus bonis privatam, quia aeque sua ac Terentiae uxoris bona proscripturum Caesarem esse credebat. *GRAEV.* Dazu kam noch ihr übles Verhältniss mit

poteris, mitigato. Haec ad te die natali meo scripsi: quo utinam susceptus non essem aut ne quid ex eadem matre postea natum esset! Plura scribere fletu prohibeor.

EPISTOLA CCCCV. (ad Att. XI. 10.)

Scr. Brundisii a. d. XII. Kal. Febr. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

De furiosis Quintorum patris et filii erga se odiis. 1. de iis, quae sibi de Africanis rebus et Caesaris statu nuntiata sint; denique crebriores ab Attico literas exposcit. 2.

CICERO ATTICO S.

Ad meas incredibiles aegritudines aliquid novi accedit ex iis, quae de Q. Q. ad me afferuntur. P. Terentius, meus necessarius, operas in portu et scriptura Asiae pro magistro dedit. Is Quintum filium Ephesi vidit VI. Id. Decembr. eumque studiose propter amicitiam nostram invitavit; quumque ex eo de me percontaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum; volumenque sibi ostendisse orationis, quam apud Caesarem contra me esset habiturus; multa a se dicta contra eius amentiam: multa postea Patris consimili scelere secum Quintum patrem locutum: cuius furorem ex iis epistolis, quas ad te misi, perspicere potuisti. Haec tibi dolori esse certo scio: me quidem excruciant, et eo magis, quod mihi cum illis ne querendi quidem locum futurum puto.
2 De Africanis rebus longe alia nobis, ac tu scripseras,

Dolabella, dem Gemahle. — *in ea.* Lamb. in m. 1584, non 1566 *in eam.* — *mitigato*, quasi Quintus eodem odio, quo fratrem, etiam eius filiam persecuturus esset. *SCH.* — *susceptus*, g e b o r e n, vom Vater — nach der bekannten Sitte — von der Erde aufgehoben, anerkannt und erzogen. Sein Geburtstag war der dritte Ianuar. Vgl. Plaut. Epid. IV, 1, 34. Cic. Tuscul. III, 1. Verr. III, 69, Virg. Aen. IV, 327. — *aut ne quid..nat. esset!* Quintum fratrem significat. *SCH.*

1. *ex iis.* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. *his.* — *Q. Q.* = Quintis patre et filio. — *P. Terentius* Hispo, ein Vicedirector einer Gesellschaft von Staatspächtern. S. ad Divers. XIII, 65. — *in portu et scriptura* h. e. in societate, quae portoria et vectigal agri pascui illius provinciae conduxerat. — *pro magistro.* Multi conducebant vectigalia alicuius provinciae: qui maximam partem conduxerat, toti praeficiebatur societati et dicebatur *magister*; qui vicem eius gerebat, *pro magistro. Sch.* Vgl. zu ep. 207, 3. 236 im Anf. — *VI. Id. Decembr.*, am 8. December. — *percontaretur.* Sic Margo Crat. = *percunctaretur* Lamb. *contaretur* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. *cunctaretur* Vict. 2. Bos. Lün. contra omnem Cic. consuetudinem *OR.* — *Patris.* S. ep. 396, 4. — *ex iis.* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. *his.* — *quas ad te misi.* S. ep. 404, 2.

nuntiantur. Nihil enim firmius esse dicunt, nihil paratius. Accedit Hispania et alienata Italia; legionum nec vis eadem nec voluntas; urbanae res perditae. Quid est, ubi acquiescam, nisi quam diu tuas literas lego? Quae essent profecto crebriores, si quid haberes, quo putares meam molestiam minui posse. Sed tamen te rogo, ne intermittas scribere ad me, quidquid erit; eosque, qui mihi tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accuses tamen; non ut aliquid proficias, sed ut tibi me carum esse sentiant. Plura ad te scribam, si mihi ad eas literas, quas proxime ad te dedi, rescripseris. Vale. xII. Kal. Febr.

EPISTOLA CCCCVI. (ad Att. XI. 11.)

Scr. Brundisii VIII. Id. Mart. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Se omnia mala et sustinere et exspectare scribit. 1. petitque ab Attico, ut sibi Romae pecunias curet et crebro scribere pergat. 2.

CICERO ATTICO S.

Confectus iam cruciatu maximorum dolorum, ne, si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facile id exsequi possim; hoc minus, quod res nulla est, quae scribenda sit; quum praesertim ne spes quidem ulla ostendatur, fore melius. Ita iam ne tuas quidem literas exspecto: quamquam semper aliquid afferunt, quod velim. Quare tu quidem scribito, quum erit, cui des: ego tuis proximis, quas tamen iam pridem accepi, nihil habeo, quod rescribam. Longo enim intervallo video immutata esse omnia: illa esse firma, quae debeant, nos stultitiae nostrae

---

2. *nihil paratius* Pompeianis in Africa contra Caesarem bellum gerentibus. *SCH.* S. zu ep. 395, 1. — *Hispania.* Non potest esse sermo de bello Pompeii filii in Hispania; id tum nondum coeperat. Intelligendus Q. Cassius Longinus, qui Hispanos alienaverat: de quo vid. de bello Alexandrino c. 48. *ERNESTI.* — *alienata Italia,* propter Antonii crudelitatem ac direptiones alienior effecta; de qua re idem Cicero in Philipp II. c. 25. Infra etiam ep. 16. (h. ed. 411.) in locis, in quibus parum secunda fortuna fuisset, meminit Italiae. *MALASP.* — *urb. res perd.,* tribunitiis contentionibus. Nam Dolabella et Trebellius tribuni pl. inter se et cum Antonio contendebant. *CORRAD.* S. ep. CCCCVII, 4. — *si odisse non potes,* ut affinis alterum sororis maritum, alterum filium. *CORRADUS.* — *xII. Kal. Febr.,* am 21. Januar.

1. — *possim.* Sic Bos. Seqq. *possem* Priores cum Md. — *hoc* cruciatu *minus* confectus sum. — *firma, quae debeant* firma esse, i. e. Pompeianorum fortunas firmiores esse. *SCH.* — *stultitiae nostrae,* quod ab armis discesserim et in Italiam redierim. *SCH.* S. ep. 401, 1.

2 gravissimas poenas pendere. P. Sallustio curanda sunt HS xxx, quae accepi a Cn. Sallustio. Velim videas, ut sine mora curentur. De ea re scripsi ad Terentiam. Atque hoc ipsum iam prope consumptum est. Quare id quoque velim cum illa videas, ut sit, quî utamur. Hic fortasse potero sumere, si sciam istic paratum fore. Sed prius, quam id scirem, nihil sum ausus sūmere. Qui sit omnium rerum status noster, vides. Nihil est mali, quod non et sustineam et exspectem. Quarum rerum eo gravior est dolor, quo culpa maior. Ille in Achaia non cessat de nobis detrahere. Nihil videlicet tuae literae profecerunt. Vale viii. Id. Mart.

EPISTOLA CCCCVII. (ad Att. XI. 12.)

Scr. Brundisii VIII. Id. Mart. vesperi A. U. C. 707. (a. C. 47.)
De literis ad Caesarem scriptis. 1—2. de statu rerum in Africa. 3. de literis suo nomine ad alios ab Attico scribendis et de Galeonis tarditate. 4.

CICERO ATTICO S.

Cephalio mihi a te literas reddidit a. d. viii. Id. Mart. vespere. Eo autem die mane tabellarios miseram, quibus ad te dederam literas. Tuis tamen lectis literis, putavi aliquid rescribendum esse, maxime, quod ostendis te pendere animi, quamnam rationem sim Caesari allaturus profectionis meae tum, quum ex Italia discesserim. Nihil opus est mihi nova ratione. Saepe enim ad eum scripsi multisque mandavi non potuisse, quum cupissem, sermones

---

2. *P. Sallustio*, qui frater fuit aut propinquus Cn. Sallustii, qui statim memoratur. — *Cn. Sallustio*, Ciceronis liberto. Vid. ad Divers. I, 28, XIV, 4. 11. ad Attic. I, 3 et sic porro. — *id quoque ... utamur.* h. e. id quoque cum illa pecunia provideas, ut cures, ut habeamus argentum ad ferendos sumptus quotidianos. Sic saepius ponitur *quî utar* vel *unde utar*; e. c. Plaut. Trinumm. II, 2. Terent. Adelph. V, 9. Cic. ad Attic. XIII, 23. *GRONOV. cum illa* bezieht sich auf Terentia. So ep. 416 sub fin. *cum Terentia loquere opportune.* — *istic.* Asc. 1. *istinc.* S. zu ep. XIX, 5. — *culpa.* S. ep. 404, 1. — *Ille in Achaia*, Quintus frater. — *detrahere* = detrectare, verkleinern, verlaeumden. So mit *de* Cic. Pis. 29: de ipso detrahi nolo; Orat. 1. 9 de gloria alicuius, wie Nep. Timol. 5 de rebus gestis alicuius; Cic. ad Div. III, 8 de fama alicuius; auch *absolute* de Off. 1, 37: de aliquo dicere detrahendi causa. — *VIII. Id. Mart.*, am 8. März.

1. *Cephalio*, servus Attici tabellarius. Vid. ep. CCCXXII! CCCLX. et CCCLXI. — *reddidit.* „Addunt vulgati *reddidit*, quam vocem ignorant plerique Cdd. et alter e Regiis.“ Lall. Md. et Edd. meae retinent h. v. *ORELLI.* — *viii. Id. Mart.*, am 8. März. — *te pendere animi*, dass Du darüber in Besorgniss schwebest. S. Ramsh. §. 111, 2. Grotef. §. 214, 5. Zumpt. §. 437. — *multisque mandavi*, und habe Vielen aufgetragen ihm zu sagen. —

hominum sustinere; multaque in eam sententiam. Nihil enim erat, quod minus eum vellem existimare, quam me tanta de re non meo consilio usum esse. Postea, quum mihi literae a Balbo Cornelio minore missae essent illum existimare Quintum fratrem lituum meae profectionis fuisse — ita enim scripsit — qui nondum cognossem, quae de me Quintus scripsisset ad multos: etsi multa praesens in praesentem acerbe dixerat et fecerat: tamen † Nilo meo his verbis ad Caesarem scripsi:

„De Quinto fratre meo non minus laboro quam de me 2
„ipso: sed eum tibi commendare hoc meo tempore non „audeo. Illud dumtaxat tamen audebo petere abs te, „quod te oro, ne quid existimes ab illo factum esse, quo „minus mea in te officia constarent minusve te diligerem, „potiusque semper illum auctorem nostrae coniunctionis „fuisse meique itineris comitem, non ducem. Quare cete-„ris in rebus tantum ei tribues, quantum humanitas tua „amicitiaque vestra postulat. Ego ei ne quid apud te „obsim, id te vehementer etiam atque etiam rogo."

Quare, si quis congressus fuerit mihi cum Caesare — 3
etsi non dubito, quin is lenis in illum futurus sit idque iam declaraverit — ego tamen is ero, qui semper fui. Sed, ut video, multo magis est nobis laborandum de Africa;

---

me non pot. . Crat. *non pot. me* Lamb. — *quum* = quamvis *cupissem.* — *Nihil . . . erat, quod.* S. Ramsh. 184, 2, Not. 1. Zumpt. §. 562. — *a Balbo Corn. minore.* S. ep. CCCXXXII. zu CCCXXXV. — *lituum,* pro quo *illicium* Cd. Urs. Asc. 1. Crat. probante Iunio. *ORELLI.* Hoc verbo usus est Varro de R. R. III, c. 16. lituum = Kriegstrompete d. i. Veranlasser, Antreiber. Metonymie. *illicium,* Anlockungsmittel für Tauben, Bienen. — *qui* = quippe qui, quum ego *nondum cognossem.* — *ad multos.* S. ep. CCCCIV, 2. CCCCII, 2. — *praesens in praes.* S. ep. CCCXCVIII, 4. CCCIV, 2. gegen Ende. — *tamen † Nilo meo his verbis.* Haec corrupta. Sic Cd. Decurt. Bos. Graev. Ern. *tamen L. Lomeous verbis* Md. a pr. m. *tamen L. meo iis v.* Md. a sec. m. Ball Helmst. Cdd. Regii. *tamen L.* (sic) *in eo his v.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. *tamen stilo meo his v.* Iunius. *tamen filo meo* Popma. *tamen nihilo minus* Graevii suspicio. *tamen λακωνικῶς* vel *λακωνίζων* vel *λακωνισμῷ meo* vel *Laconice* coni. in m. 1584. *tamen de eo his v.* Lamb. (Muret. I. F. Gronov.) Sch. Lün. *tamen ultro his verbis* altera I. F. Gronovii susp. *ORELLI.*

2. *hoc meo temp.,* in dieser meiner gegenwärtigen Lage. — *auct. nostr. coni. f.,* sondern dass er vielmehr immer dazu gerathen habe, mich an Dich anzuschliessen. — *ei ne quid ap. te obsim,* dass meine Persönlichkeit d. i. Das, was ich gethan habe, ihm bei Dir nicht im Wege stehen möge.

3. *declaraverit.* Fortasse: *declaravit;* ut non pendeat a. v. *dubito. ORELLI.* — *de Africa.* S. ep. C CCCV, 2. CCCCIII, 3. — *confirmari.* Ern. susp. *converti.* Equidemmalim: *conformari. ORELLI.*

quam quidem tu scribis confirmari quotidie magis ad conditionis spem quam victoriae. Quod utinam ita esset! Sed longe aliter esse intelligo; teque ipsum ita existimare arbitror, aliter autem scribere, non fallendi, sed confirmandi mei causa, praesertim quum adiungatur ad Africam
4 etiam Hispania. Quod me admones, ut scribam ad Antonium et ad ceteros: si quid videbitur tibi opus esse, velim facias id, quod saepe fecisti. Nihil enim mihi venit in mentem, quod scribendum putem. Quod me audis fractiorem esse animo: quid putas, quum videas accessisse ad superiores aegritudines praeclaras generi actiones? Tu tamen velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me, etiam si rem, de qua scribas, non habebis. Semper enim afferunt aliquid mihi tuae literae. Galeonis hereditatem crevi. Puto enim cretionem simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est. VIII. Id. Mart.

EPISTOLA CCCCVIII. (ad Att. XI. 13.)

Scr. Brundisii exeunte Martio A. U. C. 707. (a. C. 47.)

De Pompeianis aliquot Alexandriam profectis suaeque conditionis miseria. 1. de Quinti fratris literis ad se scriptis. 2. de coheredibus Fufidianis. 3. de fundo Frusinati redimendo et de suppeditandis sibi pecuniis ad sumptum necessariis. 4. de literis suo nomine ad alios et ad se ab Attico scribendis 5.

CICERO ATTICO S.

A Murenae liberto nihil adhuc acceperam literarum.

— *ad condit. spem,* scil. multo magis sperandum esse, ut inter Caesarem et Pompeianos de pace agatur, quam ut altera utra pars vincat. *SCH.* — *longe aliter esse.* Putabat enim Cicero Pompeianos superiores fore. *SCH.* — *Hispania.* S. ep. CCCCV, 2.

4. *si quid videb. . . fecisti.* S. ep. CCCCII, am Ende. CCCXCVI, 3. — *fractiorem.* Sic Vict. coni. Manut. Seqq. *fractiore* Lamb. *erectiorem* Md. Oxon. 1. Asc. 1. Crat. *erectiore* Oxon. 2. *OR.* — *generi actiones.* Dolabellae tribuni pl. actiones de novis tabulis in fraudem creditorum. *SCH.* — *quoad eius*, so Viel Du dessen od. darin wirst thun können. S. Ramsh. §. 115, Not. 2. Grotef. §. 231. 232. — *tuae literae*, wie ep. CCCCVI, 1: „quamquam semper aliquid afferunt, quod velim." CCCCII, 1: „Nonnihil enim me levant tuae literae hoc tempore." — *Galeo* heredem Ciceronem fecit. — *crevi* i. e. professus sum, me eam hereditatem aditurum. — *cretionem simplicem fuisse.* Puto me unum cum cretione institutum fuisse, quoniam nemo alius ad me misit, ut secum cernerem. Certio simplex dicitur, quae unius heredis est, reliquis sine cretione institutis. *POPMA.* Cretio est, ut explicat Ulpianus Tit. XXII 27. sqq. certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem nec ne; velut: *Titius heres esto cernitoque in diebus centum proximis, quibus scierit poteritque; nisi ita creverit, exheres esto.* Cernere est verba cretionis dicere ad hunc modum: *quum me Maevius heredem instituerit, eam hereditatem adeo cernoque. SCH.* — *VIII. Id. Mart.*, am 8. März.

P. Siser reddiderat eas, quibus rescribo. De Servii patris
literis quod scribis, item, Quintum in Syriam venisse quod
ais esse qui nuntient, ne id quidem verum est. Quod
certiorem te vis fieri, quo quisque in me animo sit aut
fuerit eorum, qui huc venerunt; neminem alieno
intellexi. Sed, quantum id mea intersit, existimare te
posse certo scio. Mihi quum omnia sunt intolera-
bilia ad dolorem, tum maxime, quod in eam causam
venisse me video, ut ea sola utilia mihi esse videantur,
quae semper nolui. P. Lentulum patrem Rhodi esse ajunt,
Alexandreae filium; Rhodoque Alexandream C. Cassium
profectum esse constat. Quintus mihi per literas satisfacit, 2
multo asperioribus verbis, quam quum gravissime accusa-
bat. Ait enim se ex literis tuis intelligere tibi non placere,
quod ad multos de me asperius scripserit; itaque se poe-
nitere, quod animum tuum offenderit; sed se iure fecisse.
Deinde perscribit spurcissime, quas ob causas fecerit. Sed
neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in
me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret. Atque
utinam vel nocturnis, quemadmodum tu scripseras, itine-
ribus propius te accessissem! Nunc nec ubi nec quando te
sim visurus, possum suspicari. De coheredibus Fufidianis 3
nihil fuit, quod ad me scriberes. Nam et aequum postu-
lant et, quidquid egisses, recte esse actum putarem. De 4

---

1. *A* Terentii Varronis *Murenae*, Ciceronis amantissimus qui fuit. Vid. ep. ad Famil. XVI, 12 (310 h. ed.) et XIII, 22 (490). — *P. Siser.* Asc. 1. Crat. *sed P. Servilio.* „Fortasse *P. Servilius.*" Lamb. In Vict. 2. punctum est post *Siser*, quasi esset nominis compendium. *P. Libertus* Margo 1584. *ORELLI.* P. Siser nomen liberti; at P. Servilius, Isaurici filius, cum Caesare consul 706, Ciceronis collega in auguratu. Vid. ep. 508. 510. 763. 806. 24. 26. 142. 396, 2. — *Servii patris*, qui filium contra Pompeium miserat. Vid. ep. 360. 365 initio. 371. — *Quintum* Ciceronis fratrem. S. ep. 498, 7. — *neminem alieno* in me animo fuisse *intellexi.* — *quae semper nolui.* Nämlich ruhig und in Italien zu bleiben. — *P.* Cornelium *Lentulum* Spintherem *patrem.* S. zu epist. 92 im Anfange. — *C. Cassium* Longinum, qui tribunus plebis a Pompeii partibus stetit, eiusque classi in Hellesponto praefuit, quam post pugnam Pharsalicam Caesari tradidit. Quo facto eum Caesar sibi legavit eiusque opera usus est contra Pharnacem in Cappadocia. Vide ad ep. 241. initio; ad Attic. V, 18. 20. 21. ad Famil. VIII, 10. II, 10. VI, 6.

2 *satisfacit*, Oxon. 2. *satisfecit.* S. ep. 401, 2. — *ex literis tuis.* S. ep. 406, 2. „Nihil videlicet literae tuae profecerunt." — *spurcissime*, in den unfläthigsten Ausdrücken. — *omnibus rebus*, in ieder Hinsicht, von allen Seiten. — *quemadmodum tu scripseras.* S. ep. 398, 2. 397; vorzügl. 396, 2.

3. *aequum postulant.* Quid postularint, cognosce infra ep. 14 et 16 (h. ed. CCCCIX. CCCCXI.) *MANUT.* *cohered. Fufid.*, die Miterben des Cicero bei der Hinterlassenschaft des Q. Fufidius, eines

fundo Frusinati redimendo iam pridem intellexisti voluntatem meam: etsi tum meliore loco res erant nostrae neque tam mihi desperatum iri videbantur; tamen in eadem sum voluntate. Id quemadmodum fiat, tu videbis. Et velim, quoad poteris, consideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. Si quas habuimus facultates, eas Pompeio tum, quum id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tum et a tuo villico sumpsimus et aliunde mutuati sumus, quum Quintus quereretur per literas sibi nos nihil dedisse; qui neque ab illo rogati sumus neque ipsi eam pecuniam adspeximus. Sed velim videas, quid sit, quod confici possit, quidque mihi de omnibus des consilii:
5 et causam nosti. Plura ne scribam, dolore impedior. Si quid erit, quod ad quos scribendum meo nomine putes, velim, ut soles, facias: quotiesque habebis, cui des ad me literas, nolim praetermittas. Vale.

EPISTOLA CCCCIX, (ad Att. XI. 14.)

Scr. Brundisii mense Aprili A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Scribit se de salute sua gravius periclitari. 1—2. Quinti fratris in se animum nihilo meliorem esse; ad Minucium de pecuniis sibi solvendis scripsisse; Atticum se cupide exspectare. 3.

CICERO ATTICO S.

Non me offendit veritas literarum tuarum, quod me quum communibus, tum praecipuis malis oppressum ne incipis quidem, ut solebas, consolari faterisque id fieri iam non posse. Nec enim ea sunt, quae erant antea, quum,

---

Römischen Ritters, von welchem Quintus Cicero ein Gut gekauft hatte. S. ep. 146. Vermuthlich ist es derselbe Fufidius, der unter dem Proconsul L. Piso 697 in Macedonien seine Geschäfte machte. S. Orat. Pison. c. 35.

4. *De fundo Frusinati redimendo.* Vid. ep. CCCXCII, 1. — *neque tam mihi desperatum iri videbantur.* Sic Cdd. Crusell. Decurt. Tornaes. Lamb. Bos. I. F. Gronov. Sch. *neque mihi desperaturi* (= *desp. mihi* Rom.? Ern. Lün.) *ita videbamur* Rom. Asc. 1. Crat. Ern. Lün. *ORELLI.* — *sumptus necessarii.* S. ep. CCCCVI, 2. — *facultates, eas Pompeio . . detulimus.* S. ep. CCCLXXXVI, 2. CCCLXXXVII, 3. bes. CCCXCI, 3. — *a tuo villico*, in Epiro; die Summe von 7000 Flr. S. ep. CCCLXXXVI, gegen Ende. — *neque . . adspeximus.* Nam statim tota Pompeio data est. *ERNESTI.* *de omnibus.* Fuitne *de omnibus rebus*? ut *Ep.* 18. et fere semper. *ORELLI.* — *et* Marg. 1584 *etenim causam nosti* i. e. non est tibi ignotus rerum mearum status. *MANUT.*

5. *quod ad quos.* Was und an Welche. Hellenismus. S. Ramsh. §. 206. A, 5. *ad aliquos* Margo 1584. *ad quemquam* Cd. Ursini.

1. *praecipuis* = privatis im Gegens. von *communibus.* — *in-*

ut nihil aliud, comites me et socios habere putabam. Omnes ei Achaici deprecatores itemque in Asia, quibus non erat ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicuntur navigaturi. Ita praeter Laelium neminem habeo culpae socium: qui tamen hoc meliore in causa est, quod iam est receptus. De me autem, non dubito, quin ad Balbum 2
et ad Oppium scripserit: a quibus, si quid esset laetius, certior factus essem: tecum etiam essent locuti: quibuscum tu de hoc ipso colloquare velim et ad me, quid tibi responderint, scribas; non quod ab isto salus data quidquam habitura sit firmitudinis; sed tamen aliquid consuli et prospici poterit. Etsi omnium conspectum horreo, praesertim hoc genero; tamen, in tantis malis quid aliud velim, non reperio. Quintus pergit, ut ad me et Pansa scripsit 3
et Hirtius: isque item Africam petere cum ceteris dicitur. Ad Minucium Tarentum scribam et tuas literas mittam. Ad te scribam, numquid egerit. HS xxx. potuisse mira-

---

cipis = instituis, conaris. — *comites et socios reditus in Italiam. ERNESTI.* Vrgl. ep. CCCC, 3. 4. — *Achaïci deprecatores*, Pompeiani, qui in Achaia erant, et veniam a Caesare petebant, vid. ep. 16 (h. ed. 411.), quam et adepti sunt. Vid. ad Div. XV, 15 (h. ed. 424.). *ERNESTI.* Vergl. ep. 400, 4. 406, 2. — *itemque in Asia.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. *item, qui* Vict. 1. 2. Seqq. Deberet esse ex usu Cic. (*Ep.* 16.) *qui in Asia sunt. ORELLI.* So der Sohn des Quintus. S. ep. CCCCV, 1. Vrgl. CCCCVIII, 1. — *quibus non .. ignotum* i. e. quibus Caesar nondum ignoverat. *SCH.* — *praeter Laelium.* S. ep. 400, 2 gegen Ende.

2. *ad Balb. et ad Opp.* S. ep. CCCCI, 5. CCCXCVIII, 3. CCCCII, 1. — *ab isto salus data.* Cur ita putaret, causam attulit ep. 20 (h. ed. 425.); sic enim scribit: *et alia timenda sunt, ab aliisque; et ab hoc ipso quae dantur, ut a domino, rursus in eiusdem sunt potestate. MANUT.* — *hoc genero* Dolabella, cuius me pudet pigetque ob perniciosas eius actiones. *SCH.* S. zu ep. CCCCVII, 3.

3. *Quintus pergit* de me detrahere et omnia maledicta in me conferre. *SCH.* Vrgl. ep. CCCCVI am Ende u. ep. CCCCII, 2. — *et* Caius Vibius *Pansa*, tribunus plebis M. Marcello et Servio Sulpicio Coss. (ad Famil. VIII, 8. XV, 17.) in Gallia citeriori M. Bruto succedit (Philipp. III, 15). consul designatus (ibid. V, 19); consul cum Hirtio 711 (ad Famil. X, 33). Exercitus eius ad Mutinam conciditur et ipse ex vulneribus moritur. Cf. ad Brut. 3. Phil XI, 9 laudatio eius. *ERNESTI.* — *et Hirtius.* Vid. ad ep. DCCXX initio. — *Ad Minucium.* In Orat. Verr. II, 218. III, 64. IV, 27. 31. wird ein Q. Minucius Rufus als eques Romanus u. negotiator in Sicilia erwähnt. — *Tarentum* de I. F. Gronovii coni. Lall. Ern. Sch. Lün. *parentum, parentem, parantem, pariantem,* Cdd. *patrem* Lamb. — *tuas literas mittam.* quibus ad eum scribis, ut mihi usque ad HS xxx. curet; tantundem te Minucio filio Romae numeraturum. Minucius tamen XII. sola curavit, ut ex epistola, quae proxime sequitur, apparet. *SCH.* — *egerit.* Md. Lamb. *egerim.* — *HS xxx . . . praediis* i. e. te HS xxx potuisse ex meis proventibus redigere, nisi

rer, nisi multa de Fufidianis praediis. Et id video tamen Te exspecto; quem videre, si ullo modo potest — poscit enim res — pervelim. Iam extremum concluditur. Ibi facile est, quid quare sit gravius, existimare. Vale.

EPISTOLA CCCCX. (ad Att. XI. 15.)

Scr. Brundisii prid. Id. Mai. A. U. C. 707. (a. C. 47.)
Queritur, quum omnium aliorum, qui a Pompeii partibus steterint, ratio exitum habeat, suam nullum habere. 1 — 3. Cur de Fufidianis praediis nihil potuerit confici, quaerit. 4.

CICERO ATTICO S.

Quoniam iustas causas affers, quod te hoc tempore videre non possim: quaeso, quid sit mihi faciendum. Ille enim ita videtur Alexandream tenere, ut eum scribere etiam pudeat de illis rebus. Hi autem ex Africa iam affuturi videntur; Achaei, item ex Asia reditur; ad eos aut

multa de Fufidianis praediis redierunt, ex venditione. *SCH.* Vrgl. ep. CCCLXXXVII, 2. — *de Fufid. praed.* S. ep. CCCCVIII, 3. — *Et id video tamen.* Si vera est lectio, significat: *et video tamen HS xxx. coacta esse,* quoniam tu id scripsisti. *SCH.* — *Te exspecto.* Sic Lamb. Vict. 2. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. Item Asc. 1. Crat., sed *et* pro *te.* Item Vict. 1, sed om. *Te. et advideo tamen exspecto* Md. Ball. Oxon. 1. 2. (*et adiudico tamen* Margo Asc. pr.) *Video* certe h. l. difficilem habet explicationem. Fuitne: *et aveo tamen?* quod verbum apud Cic. frequens semper fere corruptum in *habeo, studeo,* h. l. in *advideo.* Hic autem *aveo* in primis aptum, cfr. *Ep. seq.* §. 3. (*Te adhuc ideo tamen exsp.* Iac. Gronov. coni. Mox idem: *si ullus modus.*) *ORELLI.* — *Ibi* i. e. in hoc extremo: nisi malis cum ed. Rom.: *ubi* (sic *ubi* et *ibi* in *Ep.* 16. §. 3. confusa in Md.). *Tibi* Margo 1584. Rursus de Graevii susp. (prob. Lall.) Ern. Sch. emendatione non prorsus necessaria. *Difficile est* de I. Fr. Gronov. coni. Sch. Lün. *ORELLI. Difficile est, quod quare.* Ita correxit I. F. Gronovius. „Iam ultimum, inquit, discrimen est. Nam, ut sequenti epistola scribit, Scipio, Cato et ceteri iactabantur propediem cum immensis copiis adfuturi et Italiam invasuri. Quod si fiat, inquit Cicero, difficile est decernere, utrum et cur gravius sit illos an Caesarem vincere. Ita, utricunque vicerint, maxima mala impendent.“ Hactenus ille, cuius ratio unice praeferenda. *SCH.* — *quid quare.* Sic scribendum videbatur de Ern. susp. *quid et quare* Lünem. coni. *quod quare* de Pantagathi et I. F. Gronov. coni. Sch. *quod quale* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *quid quale* Lamb. Graev. Ern. *quid; quale* Bos. *ORELLI. quid quare* est Hellenismus.

1. *affers, quod,* Cd. Ursini *cur.* — *Alexandream.* Sch. susp. *illum enim ita videtur Alexandrea tenere.* In vulgata tamen *ita* explicari potest: „ita male et periculose.“ cfr. Liv. 21, 26: illorum, quos sedes suae tenuerunt. *OR. Ille* scil. Caesar. *Hi* (Sic Md. Lamb. Ern. Sch. Lün. *ii* Cett.) *autem ex Africa* Pompeiani. — *Achaei,* qui post pugnam Pharsalicam primum in Achaia remanserant, deinde in Asiam iverant, ut a Caesare veniam impetrarent; ii omisso petendae veniae consilio aut ad Pompeianos redituri ex Asia videntur aut loco aliquo, qui Caesaris in potestate non sit,

libero aliquo loco commoraturi. Quid mihi igitur putas agendum? Video difficile esse consilium. Sum enim solus aut cum altero, cui neque ad illos reditus sit neque ab his ipsis quidquam ad spem ostendatur. Sed tamen scire velim, quid censeas: idque erat cum aliis, cur te, si fieri posset, cuperem videre. Minucium XII. sola curasse scripsi 2
ad te antea: quod superest, velim videas, ut curetur. Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit: filius vero mirifico odio. Nihil fingi potest mali, quo non urgear. Omnia tamen sunt faciliora, quam peccati dolor, qui et maximus est et aeternus: cuius peccati si socios essem habiturus ego, quos putavi, tamen esset consolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum. Alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate; eo minus scilicet, quum se expedierint et una esse coeperint. Ii autem ipsi, qui sua voluntate ad Fufium venerunt, nihil possunt nisi timidi existimari. Multi autem sunt, qui, quicunque sunt, modo ad illos se recipere velint, recipientur. Quo minus debes

---

commoraturi. *MANUT.* — *item ex Asia.* Vrgl. vorig. Brief §. 1. itemque in Asia. Hinc Lamb. coni. *item qui in Asia.* Sed supplend. illic ὄντες. — *aut cum altero.* D. Laelio, quem tamen a Caesarianis receptum iam esse superiori epistola scripsit. Sed videtur minus certum id fuisse, si quidem paulo post in hac epistola scribit: *Solius meum peccatum corrigi non potest et fortasse Laelii;* ex quo manifestum est incertum adhuc fuisse, num Laelius esset receptus. *MANUT.* — *neque ad illos* Pompeianos. — *ab his ipsis* Caesarianis. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *iis ipsis.* — *cum aliis* i. e. aliis causis, „und diess war unter andern auch ein Grund, warum."

2. *Scripsi ad te antea.* Haec epistola non exstat. *SCH.* Ueber Minuc s. d. vorig. Brief §. 3. — *faciliora,* leichter zu tragen. — *peccati dolor,* quod in Italiam a pugna Pharsalica venerim. *SCH.* In den vorigen Briefen nennt er es *culpa.* — *socios essem habiturus ego.* De Corrad. et Malasp. susp. Lamb. *eos.* Placet. *OR.* zur Sache vergl. ep. CCCCIX, 1 am Ende und CCCCII. gegen Ende. — *esset ea consol.* Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. — *non veniunt in dub. de vol.* i. e. non existimari possunt noluisse in Africam ire, si quidem capti a Caesare aut interclusi non potuerunt. *MANUT.* — *eo minus scil.,* i. e. si exeundi viam nacti ad exercitum Africanum se contulerint, multo minus in dubium venient de voluntate. *MANUT.* — *ad Q. Fufium* Calenum, quem Caesar, victo in Pharsalia Pompeio, Achaiae praefecerat. *MANUT.* S. ep. CCCCII, 21. — *timidi existimari*; venerunt enim sua sponte in Caesaris potestatem, ne hostium loco habiti calamitatem aliquam subirent, quam supplices se posse effugere sperarunt. Ego autem non timidus solum existimari possum, sed Caesaris quodam modo cupidus, qui in Italiam quasi conspectum victoris appetens me contulerim. *MANUT.* — *modo* = wenn nur. S. Ramsh. §. 190. Anm. 8. Grotef. §. 422. — *velint.* Sic ex legibus grammat. Lamb.

mirari non posse me tanto dolori resistere. Solius enim meum peccatum corrigi non potest, et fortasse Laelii. Sed quid me id levat? Nam C. quidem Cassium aiunt
3 consilium Alexandream eundi mutavisse. Haec ad te scribo, non ut queas tu demere sollicitudinem, sed ut cognoscam, ecquid tu ad ea afferas, quae me conficiunt: ad quae gener accedit et cetera, quae, fletu reprimor, ne scribam. Quin etiam Aesopi filius me excruciat. Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Sed ad primum revertor: quid putes faciendum; occultene aliquo propius veniendum, an mare transeundum. Nam hic maneri diutius non potest.
4 De Fufidianis quare nihil potuit confici? Genus enim conditionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse controversia; quum ea pars, quae videtur esse minor, licitatione expleri possit. Haec ego non sine causa quaero.

---

volent Cett. cum Codd., quod corruptum ex antiqua script. *volint.* *ORELLI.* — *solius. . meum.* S. Ramsh. §. 158, 4. d) Not. 1. Grotef. §. 235. — *corrigi non potest.* Warum nicht? s. epist. CCCCIV, 1: quippe qui exceptionibus edictorum retinear, und zu ep. CCCC, 2. — *et fortasse*, Lamb. *fortasse et* = etiam *Laelii.* S ep. CCCCIX, 1. — *C. Cassium* (s. ep. CCCCVIII, 1 am Ende). Rumor fuerat Cassium ad Caesarem Alexandriam ire, ut deprecaretur. Quod omnino Ciceronis causam aliqua ex parte sublevasset, quum et alios esse constaret, qui victori se crederent. Hic quoque, inquit, consilium mutasse videtur, ut videas me praeter Laelium culpae socium habere neminem. *MANUT.* Vid. ep. CCCC, 2. 3.

3. *non ut* = non quo, nicht als ob. S. Ramsh. §. 186. Grotef. 394. — *ecquid . . afferas*, ob Du nicht irgend Rath und Trost mir schaffen könnest gegen Das u. s. w. — *gener* perditus et Caesari malorum consiliorum auctor Dolabella. *MANUT.* S. ep. CCCCIX, 2. CCCCVII, 3. — *cetera,* praesertim de Tulliae inopia. Vid. ep. CCCXCII und CCCXCI am Ende. — *Aesopi filius* i. e. Aesopi histrionis (ep. LII.) Ciceroni familiaritate coniuncti filius, tum perditus et paternorum bonorum decoctor. Vid. Plin H. N. IX, 35. Is cum Metella, quae Dolabellam quoque ad adulterium pellexerat, rem habuis sevidetur. Vid. ep. Horat. Serm. II, 3. Itaque nihil opus est coniectura I. F. Gronovii 417, 3: *Quin etiam tuae sororis filius me excruciat.* — *propius veniendum.* S. ep. CCCCVIII, 2. CCCXCVI, 2.

4. *nihil confici.* Nempe Atticus scripserat Ciceronem errasse, quod putasset magnam partem illorum HS xxx. e Fufidianis praediis rediisse. *SCH.* S. zu ep. CCCCIX, 3. CCCCVIII, 3. — *genus conditionis* scil. dividendae hereditatis; quum portiones fieri aequales non possent, ut licitatione pretium constitueretur atque ita portiones aequales fierent, pecunia addita portioni minori ad eam ceteris aequandam, quae conditio in testamento praescripta videtur fuisse. *ERNESTI.* — *licitat.* An *illicitatione?* cfr. *de Offic.* 3, 15. §. 61. *ORELLI.* *illicitatio.* ein ἅπαξ λεγόμ., wäre die Aufstellung eines verstellten Aufbieters, *illicitatoris* i. e. emtoris simulati, qui alios licitantes superet licitando, ut rerum venalium pretia accendat. S. ep. ad Div. VII, 2, 1. — *expleri possit.* Sic volebat Corrad. *posset* Cett. *OR.* — *dubiam . . . putare,* vereri scil.,

Suspicor enim coheredes dubiam nostram causam putare et eo rem in integro esse malle. Vale. Pridie Idus Mai.

EPISTOLA CCCCXI. (ad Att. XI. 16.)

Scr. Brundisii III. Non. Jun. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

De epistola Caesaris vel ad se ipsum vel ad alium de se scripta. 1—3. de literis ad Q. fratrem scribendis. 4. de Terentiae testamento et fide eius in suspicionem adducta. 5.

CICERO ATTICO S.

Non meo vitio fit, hoc quidem tempore — ante enim est peccatum — ut me ista epistola nihil consoletur. Nam et exigue scripta est et suspiciones magnas habet non esse ab illo; quas animadvertisse te existimo. De obviam itione ita faciam, ut suades. Neque enim ulla de adventu eius opinio est; neque, si qui ex Asia veniunt, quidquam auditum esse dicunt de pace; cuius ego spe in hanc fraudem incidi. Nihil video, quod sperandum putem, nunc praesertim, quum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa Alexandrea, in urbe, in Italia. Ego vero, etiam si rediturus ille est, qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum eius negotium confectum iri puto. Quod autem scribis quandam laetitiam 2
bonorum esse commotam, ut sit auditum de literis; tu quidem nihil praetermittis, in quo putes aliquid solatii

ne forte Ciceronis bona Caesaris iussu publicentur, ideoque nondum eos communem hereditatem voluisse. *SCH.* — *rem in integro esse*, dass es noch beim Alten bleibe, die Theilung der Erbschaft also noch nicht vorgenommen werde. *malle.* Sic Crat. Lamb. Videtur e Cd. et est necessarium; om. *malle*, quod facillime ante *Vale* excidere poterat, Cett. *velle* malebat Corr. *ORELLI.* — *prid. Id. Mai*, am 14. Mai.

1. *ista epistola*, quae mihi missa est tanquam a Caesare scripta. *ERNESTI.* — *ab illo*, Caesare. Nach ep. 409, 2. wartete er sehnlichst auf Briefe vom Cäsar. — *obviam itione.* S. Ramsh. §. 206, C, 4, b über diess ὑφ' ἕν. — *in hanc fraudem*, in diese Schlinge. Um Frieden zu stiften, war er eigentlich dem Pompeius gefolgt und, als das Pharsalische Treffen unglücklich ausfiel, nach Italien zurückgekehrt. — *in Asia*, ubi Pharnaces Domitium Calvinum, Asiae praefectum, vicerat; *in Illyrico*, victo Gabinio a barbaris; *in Cassiano negotio*, in Q. Cassii Longini, Caii fratris, discordia cum Marcello; uterque Caesaris praefectus erat in Hispania; in *Alexandrea*, quum Caesaris milites ab Alexandrinis fusi essent, ipse in magno periculo fuisset, de quo et supra dixit; *in urbe* per dissidia tribunorum absente Caesare; *in Italia* per Antonium, de quo supra. *ERNESTI.* Ueber Q. Cassius s. zu ep. 405, 2. ad Attic. VI, 6. VII, 3. 14. bes. ad Famil. XVI, 1. Philipp. III, 10.

2. *ut* = simul ut *sit auditum de literis* Caesaris illis Ciceronis causae faventibus. *SCH.* — *non adducor*, ut existimem, ich lasse

esse: sed ego non adducor quemquam bonum ullam salutem putare mihi tanti fuisse, ut eam peterem ab illo, et eo minus, quod huius consilii iam ne socium quidem habeo quemquam. Qui in Asia sunt, rerum exitum exspectant. Achaici etiam Fufio spem deprecationis afferunt. Horum et timor idem fuit primo, qui meus, et constitutum: mora
3 Alexandrina causam illorum correxit, meam evertit. Quamobrem idem a te nunc peto, quod superioribus literis, ut, si quid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendum, me moneres. Si recipior ab iis, quod vides non fieri; tamen, quoad bellum erit, quid agam aut ubi sim, non reperio: sin iactor, eo minus. Itaque tuas literas exspecto; easque ut ad me sine dubitatione scribas, rogo.
4 Quod suades, ut ad Quintum scribam de his literis: facerem, si me quidquam istae literae delectarent. Etsi quidam scripsit ad me his verbis: „Ego, ut in his malis, Pa„tris sum non invitus: essem libentius, si frater tuus ea „de te loqueretur, quae ego audire vellem.“ Quod ais illum ad te scribere me sibi nullas literas remittere, semel ab ipso accepi: ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus retentus est. Quintum filium ad me acer-
5 bissime scripsisse iam ante ad te scripsi. Extremum est, quod te orem, si putas rectum esse et a te suscipi posse,

---

mir nicht einreden. Daher mit folg. accus. c. infinit. — *afferunt.* I. F. Gronov. susp. *differunt.* Sententia enim haec est: spem dederant Fufio Achaiae praefecto deprecandi Caesaris; eam non exsequuntur, sed morantur et se sustinent. *SCH.* S. d. vorig. Brief. §. 2. *spem . . . afferunt,* sie machen ihm nur Hoffnung, ohne sie zu erfüllen, und halten ihn also hin. — *constitutum.* Nam constituerant Caesari se committere; sed interposito Alexandrino bello et Caesaris rebus in discrimen adductis integrum sibi reservarunt, belli exitum exspectantes. Itaque mora Alexandrina effectum est, ut eorum causa quasi corrigeretur, ut eorum culpa minueretur, si quidem nihil fecerunt, quod Pompeianos, qui in Africa bellum renovant, gravius offenderet. Et ut Alexandrinum bellum illorum causam iuvit, ita meam perdidit. Nam, quo minus secunda Caesaris fortuna est, eo magis reprehendar, qui in Italiam venire properarim causa rei publicae desperata. *MANUT.* *institutum* Urs. susp. prob. Ern. *ORELLI.*

3. *ab iis,* a Caesarianis. Sic Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his* Cett. — *iactor aut reiicior* Crat. Lamb. An ex Cd. Tornaes.? *ORELLI.* Wohl Glosse von *iactor,* ich werde verworfen, im Gegens. von *recipior.* — *easque.* An *eaque?* scil. quae mihi facienda putes. *ORELLI.*

4. *de his literis* a Caesare scriptis. „Lego *iis.*“ *OR.* — *Patris.* S. ep. CCCXCVI, 4. — *ab ipso.* Md. a sec. m. *ipso illo.* — *Cephalioni.* S. ep. CCCCVII init. — *Quintum filium . . . scripsi.* Epist. CCCCX, 2.

cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de testamento. Tempora monent, ut videat, ut satisfaciat, quibus debet. Auditum ex Philotimo est eam scelerate quaedam facere. Credibile vix est. Sed certe, si quid est, quod fieri possit, providendum est. De omnibus rebus velim ad me scribas, et maxime quid [scribas] de ea, in quo tuo consilio egeo, etiam si nihil excogitas: id enim mihi erit pro desperato. III. Nonas Iun.

EPISTOLA CCCCXII. (ad Att. XI. 17.)

Scr. Brundisii XVIII. Kal. Quint. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Breviter Tulliam advenisse nuntiat et, quid de Caesaris rebus audierit, refert. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Properantibus tabellariis alienis hanc epistolam dedi: eo brevior est, et, quod eram missurus meos. Tullia mea venit ad me pridie Idus Iun. deque tua erga se observantia benevolentiaque mihi plurima exposuit literasque reddidit trinas. Ego autem ex ipsius virtute, humanitate, pietate non modo eam voluptatem non cepi, quam capere ex singulari filia debui; sed etiam incredibili sum dolore affectus, tale ingenium in tam misera fortuna versari id-

5. *quod te orem.* „Alibi dicit *ut.*" Ern. *OR.* — *Camillo.* Nam hic non minus, quam Pomponius, Ciceronis res et negotia curabat, ut ostendit epist. 195. 252. 283. 306 h. ed. — *de testamento.* Cupiebat Cicero a Terentia testamentum fieri, ut illa, quum res suas constitueret, satisfaceret iis, quibus debebat. Monere autem de testamento commodius erat, quam de solutione. Nam, quum testamentum conficeret, necessario sequebatur, ut de solutione cogitaret. *MANUT.* — *debet.* Sic Asc. pr. Lamb. *debeat* Cett. — *Philotimo*, eius liberto. — *quid [scribas] de ea.* Sic Asc. 1. Crat. Vict. Bos. Graev. et Cdd. praeter Cd. Faërni; qui om. *scribas* probb. Malasp. Graev. et Lall. *maxime quid scribas de eo* de Popmae coni. Ern. Sch. (Lün. om. *quid scr.*) Sic *quid* esset pro *aliquid*, ut Libr. 13, 15. Nihilo minus, ut volebat etiam Ern., inducendum erat *scribas.* Tum *maxime quidem ea* partim cum Malasp. Lamb. *ORELLI.* *de ea* pertineret ad Terentiam; de qua hic non amplius agitur, sed potius de universo statu suo. Hinc *de eo* scribendum. Repetit enim, quod supra §. 3. his verbis enuntiaverat: *a te peto, quod superioribus literis* cet. Itaque verum est *de eo*, quod vidit Ernestius. *SCH.* — *pro desperato.* Nempe in quo tu nullum consilium excogitare potes, eius nullam medelam esse putabo. *SCH.* — III. *Non. Iun.*, am 3. Iunius.

1. *et* = *et eo*, dann auch desshalb, scil. brevior est. — *meos* tabellarios. — *pridie Id. Iun.*, am 12. Iunius. — *trinas*, Asc. pr. *ternas.* S. Ramsh. §. 157. Anm. 3, c. Grotef. §. 300, 2. — *sum dolore affectus* statt incredibiliter dolui, wovon dann der folgende accusat. c. infinit. abhängt. — *in tam misera fortuna* propter dotem a Dolabella eius marito dissipatam. *SCH.* Vrgl. ep. CCCCIV, 3. CCCXCII

que accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea. Itaque a te neque consolationem iam, qua cupere te uti video, nec consilium, quod capi nullum potest, exspecto: teque omnia quum superioribus saepe literis, tum proximis tentasse intelligo. Ego cum Salustio Ciceronem ad Caesarem mittere cogitabam. Tulliam autem, non videbam esse causam, cur diutius mecum tanto in communi macrore retinerem. Iaque matri eam, quum primum per ipsam liceret, eram remissurus. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, ὦ 'τὰν, ea putato me scripsisse, quae
2 tu ipse intelligis responderi potuisse. Quod Oppium tecum scribis locutum, non abhorret a mea suspicione eius oratio. Sed non dubito, quin istis persuaderi nullo modo possit ea, quae faciant, mihi probari posse, quoquo modo loquar. Ego tamen utar moderatione, qua potero. Quamquam, quid mea intersit, ut eorum odium subeam, non intelligo.
3 Te iusta causa impediri, quo minus ad nos venias, video; idque mihi valde molestum est. Illum ab Alexandria discessisse nemo nuntiat; constatque ne profectum quidem illinc quemquam post Idus Mart. nec post Idus Decemb. ab illo datas ullas literas. Ex quo intelligis illud de literis a. d. v. Id. Febr. datis, — quod inane esset, etiam si verum esset — non verum esse. L. Terentium discessisse

---

am Ende. — *summa culpa mea,* qui Dolabellae ingenium et conditionem accuratius perscrutari debuissem, antequam filiam ei despondissem. *SCH.* Vrgl. ep. CCCXCI, 1. und CCCLXXXVII, 1. — *cum Cn. Sallustio,* amico. S. ep. CCCCVI, 2, de Divinat. 1, 25 — *Ciceronem,* filium. Vid. ep. seq. — *per ipsam,* sobald es ihre Gesundheit erlaubte. S ep. CCCXCVII, 1. — *pro ea . . potuisse.* Trinas epistolas ab Attico acceperat Cicero. Pro ea, quam ad modum consolantis scripserat, Cicero ait se nihil habere, quod respondeat. Itaque rogat Atticum, ut, quae ipse intelligat Ciceronem respondere potuisse, ea a se responsa esse putet. *SCH.* — ὦ 'τὰν, o bone!

2. *Oppium.* S. ep. CCCCIX, 2. — *non abhorret* cet., so wisse, seine Worte reimen sich ganz gut zu meinem Argwohne. Vgl. ep. CCCCXIV, 2. — *non dubito quin . . . nullo modo.* s. Ramsh. §. 185, 2. 173, 3, Not. Grotef. 401. — *istis,* Leuten der Art. — *qua uti potero.* S. Ramsh. §. 159, 2, f. — *ut eorum odium subeam.* I. F. Gronov. susp. *odium non subeam.*

3. *Illum,* Caesarem. — *ab.* Alibi v. c. Ep. 25. 2 omittitur praepositio. *OR.* — *illinc.* Sic Cd. Faërni, Lamb. Vict. 2. Ern. Sch. Lün. = *illim* C2d. Malasp. Bos. Graev. *illi* Md. Oxon. 1. 2. *ORELLI.* S. zu ep. XIX. 4 über *illim.* — *v. Id Febr.,* am 9. Februar. De his literis vid. initium proxime superioris epistolae. — *inane esset.* Nam, etsi verum esset eas Caesarem scripsisse, tamen apud me non magni ponderis essent, quoniam exigue et, ut ita dicam, frigide scriptae sunt. *MANUT.* Cicero scheint Leute, wie Oppius, desshalb in Verdacht gehabt zu haben. — *L. Terentium,*

ex Africa scimus Paestumque venisse. Quid is afferat aut quo modo exierit aut quid in Africa fiat, scire velim. Dicitur enim per Nasidium emissus esse. Id quale sit, velim, si inveneris, ad me scribas. De HS x., ut scribis, faciam. Vale. XVIII. Kalend. Quint.

EPISTOLA CCCCXIII. (ad Div. XIV. 11.)

Scr. Brundisii XVII. Kal. Quintil. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Tulliam ad se venisse dicit; sibi autem in animo esse filium cum Sallustio ad Caesarem mittere.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

S. V. B. E. V. Tullia nostra venit ad me pridie Idus Iunias: cuius summa virtute et singulari humanitate graviore etiam sum dolore affectus nostra factum esse negligentia, ut longe alia in fortuna esset, atque eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Caesarem mittere et cum eo Cn. Salustium. Si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XVII. Kalendas Quintil.

EPISTOLA CCCCXIV. (ad Att. XI. 18.)

Scr. Brundisii XII. Kal. Quintil. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Filium se iam non, ut constituerat, ad Caesarem missurum sibique molestissimum esse Brundisii diutius commorari significat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

De illius Alexandrea discessu nihil adhuc rumoris,

---

ein Pompeianer, der sich in Africa mit eingefunden hatte. — *Nasidium* Pompeianum ex ordine equestri, quem Caesar libr. II. de B. Civil. a Cn. Pompeio Magno L. Domitio Massiliensibusque subsidio missum refert. De hoc ipso in fine Orat. VII. Philipp. *MANUT.* — *emissus* ex Africa; in qua Pompeiani bellum contra Caesarem parabant et ex provincia neminem exire patiebantur, ne de copiis eorum aut de consiliis Caesar scire posset. Nasidius autem fecerat, ut exire Terentio liceret. *MANUT.* — *De HS* x. steht wohl in Verbindung mit ep. CCCCIX, 3. u. CCCCX u. CCCCVI, 2. Cicero sollte diesen Rest anschaffen. Oder es bezieht sich auf ep. 421, 3 geg. Ende. — *XVIII. Kal. Quint.*, am 14. Iunius. G. Fr. Grotef. verbessert *XVII.*

1. *prid. Id. Iun.*, am 12. Iunius. — *dolore affectus.* S. zum vorig. Brief. §. 1. — *alia...atque.* S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. Grotef. §. 385. *in fortuna* ob coniugium cum Dolabella. — *Ciceronem ad Caes. mittere* = ablegare. S. vorig. Br. §. 1. — *XVII. Kal. Quint.*, am 15. Iunius.

contraque opinio valde esse impeditum. Itaque nec mitto, ut constitueram, Ciceronem et te rogo, ut me hinc expedias. Quodvis enim supplicium levius est hac permansione. Hac de re et ad Antonium scripsi et ad Balbum et ad Oppium. Sive enim bellum in Italia futurum est sive classibus utetur, hic esse me minime convenit: quorum fortasse utrumque erit; alterum certe. 2 Intellexi omnino ex Oppii sermone, quem tu mihi scripsisti, quae istorum via esset: sed, ut eam flectas, te rogo. Nihil omnino iam exspecto nisi miserum. Sed hoc perditius, in quo nunc sum, fieri nihil potest. Quare, et cum Antonio loquare, velim, et cum istis; et rem, ut poteris, expedias; et mihi quamprimum de omnibus rebus rescribas. Vale. XII. Kal. Quint.

EPISTOLA CCCCXV. (ad Div. XIV. 15.)

Scr. Brundisii XII. Kal. Quint. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Consilium de filio ad Caesarem mittendo mutatum significat: cetera Terentiam e Sica cogniturum. Tulliam se adhuc secum tenere.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

Si vales, bene est. Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Ciceronem Caesari mittere; sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus.* De ceteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen quid velimus et quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. Kal. Quintil.

---

1. *De illius* Caesaris. — *Alexandrea.* Asc. 1. Crat. Vict. 1, Lamb. *ab Alex.* S. vorvorig. Br. §. 3. — *nihil..rumoris, contraque opinio* obtinet cet. verlautet noch Nichts, sondern im Gegentheil herrscht die Meinung, dass. — *ut constitueram.* cf. ep. 412. 413. — *permansione,* Asc. 1. Crat. *mansione,* als dieser mein Aufenthalt zu Brundisium. — *Balbum.* S. zu ep. 339 im Anf. — *Sive enim bellum* illatum a Pompeianis tum quidem in Africa vires Scipione duce colligentibus. *MANUT.* — *sive classibus utetur* Caesar, non exspectans, ut in Italiam traiiciant. *MANUT.*

2. *ex Oppii sermone.* S. epist. 412, 3. — *hoc perditius,* Verdorbeneres als die Lage, worin ich ietzt mich befinde, kann es Nichts geben. — *XII. Kal. Quint.,* am 20. Iunius.

1. *Sicca* s. *Sica* familiari Ciceronis, in cuius fundo Vibonensi fuerat, quum in exsilium ibat. cf. ep. LIX. *SCH.*

EPISTOLA CCCCXVI. (ad Att. XI. 25.)

Scr. Brundisii a. d. III. Non. Quintil. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Nullam sibi spem consolationis ostendi queritur. 1—2. et de Terentiae testamento Tulliaeque divortio pauca subiungit. 3.

CICERO ATTICO S.

Facile assentior tuis literis, quibus exponis pluribus verbis nullum te habere consilium, quo a te possim iuvari. Consolatio certe nulla est, quae levare possit dolorem meum. Nihil est enim contractum casu: — nam id esset ferendum — sed omnia fecimus iis erroribus et miseriis et animi et corporis, quibus proximi utinam mederi maluissent! Quam ob rem, quoniam neque consilii tui neque consolationis cuiusquam spes ulla mihi ostenditur, non quaeram haec a te posthac. Tantum velim, ne intermittas; scribas ad me, quidquid veniet tibi in mentem, quum habebis, cui des, et dum erit, ad quem des: quod longum non erit. Illum discessisse Alexandrea ru- 2
mor est non firmus, ortus ex Sulpicii literis: quas cuncti postea nuntii confirmarunt: quod verum an falsum sit, quoniam mea nihil interest, utrum malim, nescio. Quod 3
ad te iampridem de testamento scripsi, apud εὔπιστον illas velim; ut possint, advertas. Ego huius miserrimae fatuitate confectus conflictor. Nihil unquam simile natum puto: cui si qua re consulere aliquid possum, cupio a te admoneri. Video eandem esse difficultatem, quam in con-

---

1. *te habere* om. Md. Oxon. 2. Vict. 1. 2. Estne e Cd. aliquo primario, an Critici supplementum? *ORELLI.* — *casu*, wie ep. CCCCIV, 1 in med. — *iis*, Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his.* *OR.* — *maluissent*, quam novos dolores addidissent. Significat Quintum fratrem, Dolabellam, fortasse quoque Terentiam. De vocabulo *proximi* cf. Gronov. observv. p. 148. *SCH.* — *ne intermittas* scribere ad me, mit Schreiben nicht nachzulassen. *ne pristinum hoc officium intermittas* ex interpol. Assens. utraq. Crat. Man. Lamb. *OR.* Vgl. ep. 407, 4. u. 405, 2. — *quod longum non erit.* Nimirum se mox moriturum ominatur. *SCH.* Vgl. zu ep. CCCCIV, 3 am Ende.

2. *Illum*, Caesarem. Vgl. ep. CCCCXIV. init. — *Sulpicii* Rufi. S. zu ep. 365 im Anf. 400, 4. Er war 703 Consul, schickte seinen Sohn zum Cäsar, von welchem er nach der Pharsalischen Schlacht über Achaia gesetzt ward.

3. *de testam.* S. ep. CCCCXI, 5. — *apud εὔπ. illas velim*, apud hominem fidum s. exploratae fidei illas (Terentiam et Tulliam) velim deponere Terentiae testamentum. *SCH.* — *miserrimae fatuitate.* Ad Tulliam id pertinere videtur, quod nimis benigne de Dolabella iudicaverit sibique parum ratione dotis habenda prospexerit. *SCH.* S. ep. CCCCXIII. — *video... consilio dando*

silio dando ante: tamen hoc me magis sollicitat quam omnia. In pensione secunda caeci fuimus. Aliud mallem. Sed praeteriit. Te oro, ut in perditis rebus, si quid cogi, confici potest, quod sit in tuto, ex argento atque satis multa ex supellectile, des operam. Iam enim mihi videtur adesse extremum nec ulla fore conditio pacis eaque, quae sunt, etiam sine adversario peritura. Haec etiam, si videbitur, cum Terentia loquere opportune. Non queo omnia scribere. Vale. III. Non. Quint.

EPISTOLA CCCCXVII. (ad Att. XI. 23.)

Scr. Brundisii VII. Id. Quint. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

De Caesaris literis ad ipsum scriptis, quas Philotimus habere ferebatur. 1—2. de Tulliae divortio. 3.

CICERO ATTICO S.

Quod ad te scripseram, ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit te secum locutum. Tuas literas exspectabam. Nisi illud quidem mutari, si aliter est et oportet, non video posse. Sed quum ab illo accepissem literas, desideravi tuas. Etsi putabam te certiorem factum non esse. Modo valeres. Scripseras enim
2 te quodam valetudinis genere tentari. Acusius quidam Rhodo venerat VIII. Id. Quint. Is nuntiabat Quintum filium ad Caesarem profectum IV. Kal. Iun.; Philotimum

---

ante i. e. probe intelligo aeque difficile esse nunc decernere, an Dolabellae nuntius (Scheidebrief) remittendus sit, atque antea fuerat difficile iudicare, utrum conducibile esset Tulliam ei despondere. *SCH.* S. ep. CCCXCI, 1: *utrumque grave est* etc. — *In pensione secunda* dotis, quam dederant Dolabellae atque ita perdiderant imprudenter. *SCH.* S. ep. CCCXCII. sub fin. — *Aliud mallem* factum esse a nobis. — *conficique* Asc. Crat. Lamb. — *ex supellectile.* Nempe petit ab Attico, ut ex venditione vasorum argenteorum et copiosae supellectilis sibi pecuniam conficiat. — *III. Non. Quint.*, am 5. Iulius.

1. *Quod ad te scrips.*, ep. 411. — *Nisi illud...posse.* Tuas literas exspectabam de Terentiae testamento. Sed tamen iam hoc sine literis tuis video, testamentum illud, etiamsi aliter sit atque oporteat, mutari non posse. *SCH.* *mutari, si aliter est, oportet. Non video posse* Hand *Tursell.* 1. p. 269. Jam e lectione Cd. Decurt. *ni sic illud* sic fortasse corrigendum: *Ne sic illud quidem mutari, si aliter est et opportet? Non video posse.* Saepe isti infinitivi indignationis, admirationis offensioni fuerunt librariis. *ORELLI.* — *ab illo*, Camillo. — *factum non esse.* Scil. esse qui ad me iret, per quem literas ad me mittere posses. *ERNESTI.*

2. *Acusius* Rhodius, Rhodo veniens. — *VIII. Id. Quint.*, am

Rhodum pridie eum diem venisse; habere ad me literas. Ipsum Acusium audies. Sed tardius iter faciebat. Eo feci, ut has celeriter eunti darem. Quid sit in iis literis, nescio: sed mihi valde Quintus frater gratulatur. Equidem in meo tanto peccato nihil ne cogitatione quidem assequi possum, quod mihi tolerabile possit esse. Te oro, ut te hac misera cogites: et illud, de quo ad te 3
proxime scripsi, ut aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam, et etiam de ipso testamento. Illud quoque vellem antea: sed omnia timuimus. Melius quidem in pessimis nihil fuit discidio. Aliquid fecissemus, ut vini vel tabularum novarum nomine vel nocturnarum expugnationum vel Metellae vel omnium malorum: nec res perisset et videremur aliquid doloris virilis habuisse. Memini omnino tuas literas, sed et tempus illud: etsi quidvis praestitit. Nunc quidem ipse videtur denuntiare. Audimus enim de statu rei publicae. O dii! generumne nostrum potissimum, ut hoc, vel tabulas novas! Placet

---

8. Iulius. — *IV. Kal. Iun.*, am 29. Mai. — *Eo feci, ut.* S. Ramsh. §. 201, 5 über diese formula amplificandi. — *celeriter eunti.* Hanc ob causam, quoniam Acusius tardius iter faciebat, has literas non illi, sed alii tabellario celerius eunti dedi. *SCH.* — *in iis* Caesaris *literis*, quas Philotimus ad me habere dicitur. *SCH.* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his.* Vielleicht *illis.* — *in meo tanto peccato.* Cicero hoc dicit: Quamquam mihi Quintus de Caesaris literis gratulatur, tamen non video, qua ratione ille meus error, quod Pompeianas partes temere et secutus sim et deseruerim, ita compensari possit, ut conditionem meam tolerabilem putem. cf. ep. 410. 411. 425.

3. *de hac misera,* Tullia. — *ut aliquid conficiatur* scil. ex argento et supellectile. Vid. ep. 416, 3. *SCH.* — *de testamento* Terentiae, quod simul ad filiam Tulliam pertinebat. *SCH.* — *Illud* scil. discidium *quoque vellem antea* factum esse. S. ep. CCCCXVIII. — *omnia,* Allerlei. — *discidio,* divortio cum Dolabella faciendo. — *Aliquid fecissemus,* wir hätten doch alsdann Etwas thun können, d. i. die Scheidung betreiben können z. B. *vini* i. e. ebriositatis nomine, indem wir vorgeschützt hätten, er sei dem Trunk ergeben. — *tab. nov. n.,* quas Dolabella promulgaverat, ut obaeratis in fraudem creditorum consuleret. — *noct. exp.* Scil. noctu aedes expugnaverat, ianuis effractis, ut ad mulieres introiret. — *vel Metellae.* Eam pellicem Tulliae fuisse credibile est. Vid. ep. 410, 3. — *nec res perisset,* nec Tulliae dotem perdidissemus. *SCH.* — *doloris,* indignationis. — *ipse videtur denuntiare.* Nisi Tullia Dolabellae nuntium remiserit, ipse videtur divortium ei denuntiaturus. Gronovio placuit *renuntiare* scil. repudium; ut est ap. Plaut. Aulular. IV, 10. *SCH.* — *Audimus,* Asc. 1. Crat. *Audivimus.* Hoc non displicet. *OR.* — *de statu rei publicae,* I. F. Gronov. *de statu urbis.* „dass es da ietzt wunderlich zugehe." Vergl. ep. 421, 1. omni statu cet. — *ut hoc, vel tabulas novas?* Sch. malit *generumne*

mihi igitur et idem tibi nuntium remitti. Petet fortasse tertiam pensionem. Considera igitur, tumne, quum ab ipso nascetur, an prius. Ego, si ullo modo potuero, vel nocturnis itineribus experiar, ut te videam. Tu et haec et si quid erit, quod intersit mea scire, scribas velim. Vale.

EPISTOLA CCCCXVIII. (ad Div. XIV. 10.)

Scr. Brundisii VII. Id. Quint. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Iubet uxorem de consilio suo cum Attico loqui eiusque literas exposcit.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

Quid fieri placeret, scripsi ad Pomponium serius, quam oportuit. Cum eo si locuta eris, intelliges, quid fieri velim. Apertius scribi, quoniam ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re et de ceteris rebus quam primum velim nobis literas mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. Id. Quintil.

EPISTOLA CCCCXIX. (ad Div. XIV. 13.)

Scr. Brundisii VI. Id. Quint. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Permittit uxori, ut de nuntio remittendo consilium ex tempore capiat.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

Quod scripsi ad te proximis literis de nuntio remit-

---

nostrum potissimum tabulas novas scil. promulgare (*ut hoc* enim sensum non habere); aut *potissimum uti hoc, ut tab. nov.* „Dass grade unser Schwiegersohn Dinge anfängt, sich zu Schulden kommen lässt, wie diess (nämlich sein schlechtes Verhältniss zur Tullia) oder die tabulae novae. G. Fr. Grotef.: O dii! gen. n. pot. hoc velle, tabulas novas! Ueber den Infin. des Unwillens s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311. Anm. — *tert. pens.* S. ep. 416, 3. — *tumne ... an prius.* Consideres velim, utrum exspectemus, donec ipse divortium nobis denuntiet, an prius ipsi nuntium remitti placeat. Constructio verborum ita supplenda: *considera igitur, tumne, quum ab ipso nascetur* discidium, *an prius* ei nuntius remittendus sit. *SCH.* — *nocturnis.* S. ep. 410, 3 am Ende. 408, 2. 396, 2.

1. *Quid fieri placeret* scil. de Tulliae divortio. Hoc significari intelligitur ex epistola sequenti. *SCH.* — *ad Pomponium,* nempe epistola proxime antecedente, 417. — *serius,* ep. 417 scripsit: *illud quoque vellem antea. SCH.* — *loc. eris.* S. ep. 416 am Ende. — *quoniam.* Sic Crat. *quo* cum lin. Md. *quom* Vict. 2. *quum* Vict. 1. Graev. Bened. *quondo* Neap. Asc. 1. Lamb. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *VII. Id. Quintil.,* am 9. Iulius.

tendo: quae sit istius vis hoc tempore et quae concitatio multitudinis, ignoro. Si metuendus iratus est, quiesces: tamen ab illo fortasse nascetur. Totum iudicabis, quale sit; et quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. VI. Idus Quintil.

EPISTOLA CCCCXX. (ad Att. XI. 19.)

Scr. Brundisii XI. Kal. Sext. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Petit, ut crebriores epistolas mittat, in primis, si quid de pace agi possit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Quum tuis dare possem literas, non praetermisi: etsi, quid scriberem, non habebam. Tu ad nos et rarius scribis, quam solebas, et brevius: credo, quia nihil habes, quod me putes libenter legere aut audire posse. Verumtamen velim, si quid erit, qualecunque erit, scribas. Est autem unum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit: quod nulla equidem habeo in spe. Sed, quia tu leviter interdum significas, cogis me sperare, quod optandum vix est. Philotimus dicitur Idib. Sext. Nihil 2
habeo de illo amplius. Tu, velim, ad ea mihi rescribas, quae ad te antea scripsi. Mihi tantum temporis satis est, dum, ut in pessimis rebus, aliquid caveam, qui nihil unquam cavi. Vale. XI. Kal. Sext.

1. *de nuntio remittendo* scil. Dolabellae. — *istius*, Dolabellae. — *concit. mult.*, quum legem ferret Dolabella de novis tabulis et mercedibus aedium. *GRONOV.* — *ignoro*, Lamb. *non ignoras.* — *tamen.* Sic ipse Md. Vict. 2. Sch. Lün. *quies tamen* Crat. Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Bened. *quiesses* (sic): *quies tamen* Censor Ienensis 1818. N. 73. p. 121. *OR.* *nascetur* scil. causa divortii. Ipse luxuriosus ac perditus, offensus moribus longe diversis uxoris nuntium illi remittet. *GRONOV.* Recte. Eadem forma loquendi in eadem re ep. 417 sub fin. usus est ad Atticum scribens. *SCH.* *VI. Id. Quint.*, am 10. Iulius.

1. *de pace* inter Caesarem et Pompeium. Vgl. 416 geg. Ende mit 411, 1.

2. *Philotimus* (s. ep. 417, 2.) *dicitur Id. Sext.* (am 13. August) scil. affuturus cum Caesaris ad me literis. Affuit autem prid. Id., ut ex duabus epistolis ad Terentiam Libr. XIV, 24. 25. (h. ed. 422. 423.) manifestum est. *SCH.* *dicitur accedere* ex interpol. Asc. 1. Crat. *OR.* — *tantum temp. sat. est.* Vgl. 416, 1. quod longum non erit. — *in pess. rebus*, wie ep. 417, 3. 419: in miserrimis rebus. — *caveam.* S. folg. Br. §. 1. — *XI. Kal. Sext.*, am 21. Iulius.

EPISTOLA CCCCXXI. (ad Att. XI. 24.)

Scr. Brundisii VIII. Id. Sextil. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Pergit culpam admissam lamentari. 1. de testamento Terentiae eiusque fide suspecta. 2—3. de literis, quas Philotimus a Caesare habere dicebatur, nondum perlatis. 4. denique ad consilium ab Attico datum eiusque opinionem de Africano negotio respondet. 5.

CICERO ATTICO S.

Quae dudum ad me et quae etiam ante bis ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse vera. Eo sum miserior, — etsi nihil videbatur addi posse — quod mihi non modo irasci gravissima iniuria accepta, sed ne dolere quidem impune licet. Quare istuc feramus. Quod quum tulerimus, tamen eadem erunt perpetienda, quae tu, ne accidant ut caveamus, mones. Ea enim est a nobis contracta culpa, ut omni statu omnique populo eundem exi-
2 tum habitura videatur. Sed ad meam manum redi: dehinc enim haec occultius agenda. Vide quaeso etiam nunc de testamento, quod tum factum, quum illa quaerere coeperat. Non, credo, te commovit; neque enim rogavit, ne me quidem. Sed quasi ita sit, quoniam in sermonem iam venisti, poteris eam monere, ut alicui committat, cuius extra periculum huius belli fortuna sit. Equidem tibi potissimum velim, si idem illa vellet: quam

---

1. *non modo* non ... *sed.* S. Ramsh. §. 181, B, 1, Not. Grotef. §. 340. — *gravissima iniuria.* Assentior Montgaltio haec ad Dolabellam referenti; cuius iniuria erga Tulliam Ciceroni ferenda et mussitanda erat, ne ipsi apud Caesarem noceret. *SCH.* S. ep. 391, 1. — *istuc.* Sic Md. Vict. 2. Bos. Graev. = *istud* Cett. *OR.* — *omni statu omnique populo.* Video enim mihi iratum fore Caesarem, quod contra eum pugnaverim; infestos Pompeianos, quod ab iis discesserim. *MANUT.* *omni statu rei publicae eundem* Lamb. coni. cfr. ep. CCCCXVII, 3.

2. *redi.* Sic Cod. Decurt., cuius auctoritas in talibus sequenda. Bos. Ern. *manum rediero*; *etenim haec occ. ag.* e Cod. Man. Vict. 2. Graev. *manum rediero: dehinc enim haec occ. ag.* Sch. Lün. *rediero* in m. 1584: *sunt enim haec occ. ag.* Lamb. *OR.* — *quaerere* si vera est lectio, significat *rem quaerere, quaestum facere, lucro studere.* Elegantissima tamen est Mureti susp. a Sch. Lün. recepta: *haerere.* I. F. Gronov. susp. *quod dum factum Camillus* (s. ep. 417.) *queri coeperat, non credo te commovit,* h. e. non puto te ad animum revocasse et ex eo turbari; *non enim rogavit* consilium tuum. *OR.* Si *haerere* verum est, significatur testamentum a Terentia tum factum esse, quum haerere coepisset h. e. in re familiari impediri aut, quid de se futurum sit, metuere. *SCH.* G. Fr. Grotef. *de test., quod nondum factum; quum illa haerere coeperat, non, credo, te comm.* cet. *Credo* eingeschaltet. S. Ramsh. §. 197, b, 3. — *rogavit* scil. te. — *poteris eam,* Terentiam. — *illa,* Tullia.

quidem celo miseram me hoc timere. De illo altero, scio equidem venire nunc nil posse: sed seponi et occultari possunt, ut extra ruinam sint eam, quae impendet. Nam quod scribis, nobis, [nobis] nostra et tua Tulliae 3 fore parata: tua credo: nostra quae poterunt esse? De Terentia autem — mitto cetera, quae sunt innumerabilia — quid ad hoc addi potest? Scripseras, ut HS. XII. permutarem; tantum esse reliquum de argento. Misit illa CCIↃↃ mihi et adscripsit tantum esse reliquum. Quum hoc tam parvum de parvo detraxerit, perspicis, quid in maxima re fecerit? Philotimus non modo nullus venit, 4 sed ne per literas quidem aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit. Epheso qui veniunt, ibi se eum de suis controversiis in ius adeuntem vidisse nuntiant: quae quidem — ita enim veri simile est — in adventum Caesaris fortasse reiiciuntur. Ita aut nihil puto eum habere, quod putet ad me celerius perferendum, et eo me magis esse despectum; aut, etiam si quid habet, id, nisi omnibus suis negotiis confectis, ad me referre non curat. Ex quo magnum equidem capio dolorem, sed non tantum, quantum videor debere. Nihil enim mea minus interesse puto, quam quid illinc afferatur. Id quam ob rem, te intelligere certo scio. Quod me mones de vultu et oratione 5

— *celo.* Cicero ait se Tulliam celare timorem suum, quo vereatur, ne eius facultates, quas ex Terentiae testamento sperare poterat, in discrimen adducantur propter belli pericula. *SCH.* — *me in hoc timere* G. Fr. Grotef. — *De illo altero* i. e. quod pertinet ad illud alterum, de quo nuper ad te scripseram (ep. 416.), ut, si quid ex venditione argenti vel supellectilis confici posset, operam dares, iam scio equidem venire nunc nil posse. *SCH.* — *quae impendet.* Timebat urbis direptionem, quum audiret quotidie caedes et incendia fieri, omnia misceri atque turbari, tribunos plebis Dolabellam et Trebellium alterum alteri infestum opportuna urbis loca hominibus armatis occupasse. Vid. Dion. Libr. XLII. *MANUT.*

3. [*nobis*] om. Asc. pr. Recte, puto: nec vero distingui potest: *quod scribis nobis, nostra et tua* cet. *OR.* — *De Terentia,* in Betreff der Terentia. — *ad hoc,* zu folgendem Schelmstreiche d. i. Was ginge darüber? — *HS XII. permutarem* i. e. sumerem Brundisii, quae redderentur Romae a Terentia. Antequam Cicero illam pecuniam permutasset Brundisii, Terentia ei decem millia nummûm misit; tantum esse reliquum de argento. Itaque quum revera essent XII. millia, duo millia averterat Terentia. *SCH.* Vgl. ep. 412 am Ende. — *in maxima re,* in universa re sua et testamento scil. eam iniquam in me et filiam fore. *ERNESTI.*

4. *non modo nullus* = non. S. Ramsh. §. 203, II, c. Grotef. §. 338. Anm. 2. S. ep. 417, 2. — *me . . . despectum* scil. a Caesare, ut nihil Philotimus haberet, quod ad me scriberet. *ERNESTI.*

ad tempus accommodanda, etsi difficile est, tamen imperarem mihi, si mea quidquam interesse putarem. Quod scribis, literis putare Africanum negotium confici posse: vellem scriberes, cur ita putares: mihi quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri posse: tu tamen, velim, si quid erit, quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me. Sin, ut perspicio, nihil erit, scribas id ipsum. Ego ad te, si quid audiero citius, scribam. Vale. VIII. Id. Sext.

EPISTOLA CCCCXXII. (ad Div. XIV. 24.)

Scr. Brundisii III. Id. Sextil. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Nihil certi se de Caesaris adventu et Philotimi literis habere.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. V. Nos neque de Caesaris adventu neque de literis, quas Philotimus habere dicitur, quidquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale. III. Idus Sextiles.

EPISTOLA CCCCXXIII. (ad Div. XIV. 23.)

Scr. Brundisii prid. Id. Sextil. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

A Caesare literas sibi redditas esse nuntiat.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. V. Redditae mihi tandem sunt a Caesare literae satis liberales: et ipse opinione celerius venturus esse dicitur. Cui utrum obviam procedam, an hic eum exspectem, quum constituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quam primum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. D. pridie Idus Sext.

---

5. *imperarem mihi,* so würde ich mich doch dazu zwingen. — *putare,* Lamb. *te putare,* Graev. *putare te* prob. Ern. *OR. literis,* wegen brieflicher Nachrichten. — *Afric. negot.* S. ep. 412, 3. 409, 1. — *confici,* beigelegt werden durch Friedensunterhandlungen. — *VIII. Id. Sextil.,* am 6. August.

1. *adventu* in urbem. — *quas Philotimus.* cf. ep. 417, 2. 421, 4. — *III. Id. Sext.,* am 11. August. G. Fr. Grotef. *VIII. Id. Sext.*

1. *tandem.* Lamb. *iam tandem.* — *a Caesare literae.* Harum non meminit in proximis ad Atticum literis. Itaque ea epistola, quam hoc ipso die ad Atticum dederat, periit. *SCH.* — *venturus* scil. Romam ex Oriente. — *pridie Id. Sext.,* am 12. August.

EPISTOLA CCCCXXIV. (ad Div. XV. 15.)

Scr. Brundisii mense, ut videtur, Sextili A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Consilium suum a bello discedendi eiusque causas commemorat et Cassii sententiam, quid agendum putet, exquirit. 1—4.

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

Etsi uterque nostrûm spe pacis et odio civilis sanguinis abesse a belli necessarii pertinacia voluit: tamen, quoniam eius consilii princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi praestare ipse debeo, quam a te exspectare. Etsi, ut saepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum et item mecum tuus adduxit utrumque nostrûm ad id consilium, ut uno proelio putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri convenire. Neque quisquam hanc nostram sententiam vere unquam reprehendit praeter eos, qui arbitrantur melius esse deleri omnino rem publicam, quam imminutam et debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam: ex reliquiis magnam.

C. CASSIO. S. zu ep. CCXLI, im Anf. 1. *uterque nostrûm.* Uterque enim, victo in Pharsalia Pompeio, ab armis discessit; verum prior Cicero: propterea subiungit: *eius consilii princeps ego fuisse videor. MANUT.* — *spe pacis.* Fore enim sperabam, ut illo in Pharsalia quasi fatali proelio facto pax consequeretur. Sed, quum homines essemus, ea futura, quae acciderunt, divinare non potuimus. *MANUT.* — *a belli necessarii pertinacia,* von der Hartnäckigkeit des unvermeidlichen, verhängnissvollen, nothbringenden Krieges. So mors necessaria pro Milone 7. casus necess. Philipp. X, 9. tempus necess. Caes. Bell. Gall. 1, 16. Cic. Phil. VII, 2. Sic dedi de Bengelii optima coni., quam firmatis potissimum *Lib.* 10, 18, *belli tam necessarii.* Md. *de belli necessaria pert. ORELLI.* — *quoniam.* S. zu ep. 418. — *ei. cons. princeps,* weil ich in diesem Beschlusse scheine vorangegangen zu sein. — *si non totam causam.* Fieri enim posset, ut Pompeiana causa uno proelio victa tamen afflicta et perdita plane non esset. *MANUT.* — *nostrum iudicium* i. e. nostrum consilium, ut arma deponeremus. *MANUT.* „dass wir glaubten, dahin uns vereinigen zu müssen, dass, wenn auch durch eine Schlacht die Sache nicht ganz entschieden würde, doch dadurch unserem Entschlusse das Ziel sollte festgesteckt sein, bis zu welchem wir am Bürgerkriege Theil nähmen. — *quam* etsi *imminutam et debilitatam* tamen *manere,* als dass sie wenn auch noch so geschmälert und gelähmt dennoch fortdauere. Nempe, si Pompeiani semel victi pertinacius bellum cum Caesare persequerentur ac deinde prorsus profligati atque exstincti essent, verendum erat, ne res publica prorsus periret Caesarque se regem faceret. Pace autem facta res publica, quamvis imminuta et debilitata, tamen conservata fuisset. *SCH.* — *scilicet,* wohl zu bemerken. S. Ramsh. §. 187.

2 Sed ea sunt consecuta, ut magis mirum sit accidere illa potuisse, quam nos non vidisse ea futura nec, homines quum essemus, divinare potuisse. Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut, illo quasi quodam fatali proelio facto, et victores communi saluti consuli vellent et victi suae: utrumque autem propositum esse arbitrabar in celeritate victoris. Quae si fuisset, eandem clementiam experta esset Africa, quam cognovit Asia, quam etiam Achaia, te, ut opinor, ipso allegato ac deprecatore. Amissis autem temporibus, quae plurimum valent, praesertim in bellis civilibus, interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent, alios, ut ipsum vinci contemnerent. Atque horum malorum omnium culpam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri aut nescio quem istum Phar-
3 nacem Asiae terrorem illaturum putaret? Nos tamen in consilio pari casu dissimili usi sumus. Tu enim eam partem petisti, ut et consiliis interesses et, quod maxime

---

2. *homines* ratione praediti. — *quasi quodam.* del. *quodam,* praecedente *illo* incommodum, de Ern. sent. Sch. Lün. — *proelio,* die Pharsalische Schlacht. — *consuli vell.,* nämlich Frieden zu schliessen. — *propositum* cur mutaretur in *positum,* causa nulla erat. *ORELLI.* — *Africa,* ubi tunc bellum a Pompeianis renovabatur. — *quam cognovit Africa ... Achaia* i. e. quam cognoverunt ii, qui post Pharsalicam pugnam se in Asiam et in Achaiam receperunt. *MANUT.* Denn Cäsar hatte schon vor seiner Rückkehr nach Italien vielen Pompeianern in Asien oder Griechenland von Alexandrien aus verziehen. Diess sehen wir aus ep. CCCCIX. Wäre er in Aegypten nicht so lange aufgehalten, so hätte seine Schnelligkeit verhütet, dass sich in Africa Pompeianer von Neuem sammelten. — *te ... ipso allegato ac deprecatore.* Cassius post pugnam Pharsalicam ad Caesarem transierat ab eoque benevole receptus erat. Multos igitur alios Pompeianos, Cassio ad Caesarem allegato ac deprecatore, a Caesare veniam impetrasse satis erat credibile. *SCH.* Sic de I. F. Gronovii coni. Sch. Lün. *et, ut opinor, ipso legato ac depr.* Cett. cum Md. *ORELLI.* — *Amissis aut. temporibus* opportunis i. e. quum Caesar non uteretur tempore, sed odiose cessaret. *MELANCHTHON.* — *interpos. annus,* die seit dem Pharsalischen Treffen verflossene Iahresfrist. — *ipsum τὸ vinci* = ipsam cladem. Der Infinit. obiecti. S. Ramsh. §. 168, B. Grotef. §. 304. — *Pharnacem,* Ponti regem, der schon seinen General Cn. Domitius Calvinus geschlagen hatte. Aber Cäsar überwältigte ihn dafür so schnell, dass er schreiben konnte: Veni, vidi, vici! S. Flor. V, 102 u. 123. Hirt. de Bello Alexandr. 34, ff. Suet. Caes. 35. Cic. Or. Deiotar. 5.

3. *petisti* primum Alexandream profectus, deinde Caesarem contra Pharnacem secutus. — *consiliis interesses* Caesaris. Cassius enim cum classe in Hellesponto Caesari occurrens non solum ei se tradidit, verum etiam apud eum mansit. Dio Libr. XLII.

curam levat, futura animo prospicere posses. Ego, qui festinavi, ut Caesarem in Italia viderem, — sic enim arbitrabamur — eumque, multis honestissimis viris conservatis redeuntem, ad pacem currentem, ut aiunt, incitarem: ab illo longissime et absum et abfui. Versor autem in gemitu Italiae et in urbis miserrimis querelis; quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si auctor affuisset. Quare 4
velim pro tua perpetua erga me benevolentia scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid exspectandum, quid agendum nobis existimes. Magni erunt mihi tuae literae: atque utinam primis illis, quas Luceria miseras, paruissem! Sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuissem.

EPISTOLA CCCCXXV. (ad Att. XI. 20.)

Scr. Brundisii XVI. Kal. Sept. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

A Caesare Quintum fratrem veniam impetrasse, eumque multis aliis ignovisse nuntiat; deque eius adventu mox exspectato scribit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

XVII. Kal. Sept. venerat die XXVIII. Seleucea Pieria C. Trebonius, qui se Antiocheae diceret apud Caesarem vidisse Quintum filium cum Hirtio. Eos de Quinto, quae voluissent, impetrasse nullo quidem negotio. Quod ego

---

MANUT. — *pacem* constituendam. — *currentem .. incitarem.* So de Orat. II, 44, 186: „Facilius est currentem incitare quam commovere languentem.“ — *ab illo* Caesare. — *in gemitu Italiae et in urbis* (Romae) .. *querelis.* Absente Caesare M. Antonius multa contra leges moremque maiorum tyrannico more commisit. Vid. Philipp. II, c. 25. *MANUT.* So auch Dolabella und Trebellius als Tribuni-Plebis. — *auctor* Caesar, die Hauptperson.

4. *exspect.* Bos. *expetendum.* Margo Crat. *videas, quid censeas exspectandum.* — *Magni ... erunt.* S. Ramsh. §. 109, a. Grotef. §. 238, 2. . — *Luceria,* quum ibi esset apud Pompeium, antequam is Italia excederet. Cassii autem consilium videtur fuisse, ut Cicero in Italia maneret. *SCH.*

1. *XVII. Kal. Sept.,* am 16. August. — *Seleucea Pieria* in Syrien, ietzt der elende Ort Kepse. — *qui se.* Sic Cd. Decurt. Lamb. Bos. Graev. *C. Trebonii, is qui se* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *C. Trebonius, is qui se* Ball. Ern. Sch. Sed in Md. lect. *is* manifesto ortum est ex syllaba absorpta *us.* Atque omnino esse deberet: *C. Trebonius, isque se ... dicebat. ORELLI.* Ueber C. Trebonius s. zu ep. CCCCXXX im Anfange; über Hirtius zu ep. DCCXX. — *de Quinto* M. Ciceronis fratre, in Hinsicht des Q. — *impetrasse* a Caesare. S. ep. 417, 2. — *nullo . . . negotio,* ohne Umstände. — *ista nobis impetrata,* quae ex Caesaris

magis gauderem, si ista nobis impetrata quidquam ad spem explorati haberent. Sed et alia timenda sunt ab aliis, et ab hoc ipso quae dantur, ut a domino, rursus
2 in eiusdem sunt potestate. Etiam Sallustio ignovit. Omnino dicitur nemini negare: quod ipsum est suspectum, notionem eius differri. M. Gallius Q. F. mancipia Sallustio reddidit. Is venit, ut legiones in Siciliam traduceret: eo protinus iturum Caesarem Patris. Quod si faciet, ego, quod ante mallem, aliquo propius accedam. Tuas literas ad eas, quibus a te proxime consilium petivi, vehementer exspecto. Vale. xvi. Kal. Septemb.

EPISTOLA CCCCXXVI. (ad Att. XI. 21.)

Scr. Brundisii post VI. Kal. Sept. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

De Quinti fratris epistola et de Terentiae testamento. 1. de Caesaris adventu. 2. denique se nihil aut facere se dignum aut simulare posse queritur. 3.

CICERO ATTICO S.

Accepi vi. Kal. Sept. literas a te datas xii. Kal. do-

---

literis liberaliter scriptis intellexerat. *SCH.* S. ep. 417, 2. 423. „wenn sich auf Das, was man für mich ausgewirkt hat, mit einiger Hoffnung bauen liesse." — *in eiusd. s. pot.* Er kann es also wieder nehmen.

2. *Sallustio.* Is fuit C. Sallustius Crispus, historicus. — *notionem eius differri.* Nunc enim omnibus ignoscit, non quod omnes venia dignos putet, sed quod ad unius cuiusque causam cognoscendam tempus non habet; itaque notionem differt, quod ipsum suspectum est. Nam, si nunc aliquibus ignosceret, causa eorum cognita, iis, quibus ignovisset, nihil amplius timendum esset; quum vero omnibus ignoscat incognita causa, suspectum videtur esse. Nam omnino causam eorum, qui cum Pompeio fuerunt, illum diligentius aliquando cogniturum verisimile est. *MANUT.* *cognitionem* Cd. Ursini, ipso prob. Sed, quamvis *notionem* explicare student Interpretes, haud mihi satisfaciunt. Vide ne leg. sit: *notiorem,* me, qui notior, familiarior ei sum Quinto, differri, i. e. nondum impetrasse, ut mihi ignosceret. Cfr. Interprr. ad *Iustin.* 9, 6, 8. *ORELLI.* Für Orelli's vortreffliche Vermuthung spricht ep. 426. 3: nostri nullam mentionem. Vgl. zu ep. 409, 2: *ab isto salus data.* — *M. Gallius . . Sallustio reddidit* mancipia, quae abstulerat arbitratus Pompeio ius recuperandi non futurum. Nunc Sallustio a Caesare recepto et ex eorum numero, qui hostes habebantur, exempto reddere conatus est. *MANUT.* Ueber C. Sallustius Crispus s. Corrad. Quaestt. p. 113 sqq., über M. Gallius, praetorius, Antonianus s. ad Attic. X, 15. (h. ed. 381). Philipp. XIII, 12. Interprett. ad Suet. Tib. 6. — *Is venit,* nempe Gallius, qui in exercitu Caesaris tribunus erat. *SCH.* Vid. ad Attic. X, 5. — *eo protinus.* Sic e Cdd. Regiis Lall. *et prot.* Cett. *OR.* — *aliquo propius.* Vgl. ep. 410, 3. 408, 2. 396, 2. — *xvi. Kal. Sept.,* am 17. August.

loremque, quem ex Quinti scelere iampridem acceptum iam abieceram, lecta eius epistola gravissimum cepi. Tu etsi non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres, tamen mallem non esse missam. Ad ea autem, quae scribis de testamento, videbis, quid et quo modo. De nummis et illa sic scripsit, ut ego ad te antea; et nos, si quid opus erit, utemur ex eo, de quo scribis. Ille ad Kal. Sept. Athenis non videtur fore. 2
Multa eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces. Legio XII., ad quam primum Sulla venit, lapidibus egisse hominem dicitur. Nullam putant se commoturam. Illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. Sed, si hoc ita est, huc veniat necesse est. Ac mallem illum. Aliquo enim [modo] hinc evasissem. Nunc metuo, ne sit ex-

---

1. *VI. Kal. Sept.*, am 27. August. *XII. Kal.* am 21. — *scelere.* S. ep. CCCCVIII. 2. CCCCV. CCCCIV, 2. CCCCII, 2. CCCXCVI am Ende. — *lecta eius epistola.* Haec sine dubio scripta fuit ad M. fratrem. Nam, si ad Atticum fuisset scripta, nihil opus erat eam Ciceroni mittere. Fortasse autem scripta erat, antequam Quintus Marco fratri de Caesaris literis gratularetur, cuius gratulationis mentio fit ep. 417, 2, et tamen serius ad Atticum perlata. Praeterea, ut ex epistola sequenti intelligitur, praeter illam Quinti fratris ad Ciceronem epistolam in eodem fasciculo Atticus miserat per Balbi tabellarium exempla epistolarum a Quinto ad Caesarem scriptarum, quas hic Romam ad suos miserat. *SCH.* — *non pot. fac., ut .. non.* S. Ramsh. §. 169, 1, a, Not. 1. 204, 5. — *quo modo* agendum sit. — *De nummis et illa*, Terentia. cf. ep. 421, 3. Es sind die 12,000 Sestertien, die ihm nach der Weisung des Attikus von der Terentia hätten sollen übermacht werden und statt deren sie ihm nur 10,000 geschickt hatte. — *utemur.* In Bezug auf ep. 408, 4: sumptus necessarii.

2. *Ille ... non videtur fore.* Caesarem significat. — *Pharnaces*, qui Pontum occupaverat et excessurus sine bello non videbatur. *MANUT.* S. ep. 424, 2. — *Sulla venit.* Venerat autem, ut legiones in Siciliam traduceret, quo Caesar Patris iturus erat. *MANUT.* S. ep. 425, 2. Ueber P. Cornelius Sulla, dessen Onkel väterlicher Seite der Dictator war, s. ad Famil. IX, 10. XI, 17. de Offic. II, 8. — *lapidibus egisse.* Non videtur hoc Tullianum: sed *eiecisse*, ut *Cornel.* l. 1. *fragm.* 36. *eiicerentur lapidibus homines. ORELLI.* — *nullam ... commoturam* nisi acceptis praemiis, quae Caesar promiserat; unde in epistola sequenti: *Currunt ad illum pulsi a militibus, qui se negant usquam nisi acceperint. MANUT.* — *in Siciliam* iturum esse. — *hoc ita est*, wenn es mit den Legionen so steht. — *Aliquo enim [modo] hinc evasissem.* Haec, quoquo modo constituta sunt ab Edd., vitiosa etiam nunc videntur. Nisi enim omnia me fallunt, eadem debet esse sententia, quae *Ep.* 20. §. 2. *quod si faciet*, Brundisium veniet, *ego quod ante mallem* me fecisse, *aliquo propius accedam.* Sic hoc quoque loco fere requiritur: *Ac mallem aliquo ante hinc evasissem.* omis. *modo* Helmst. Recte. *ac mallem illum alio quo. Hinc enim evas.* Sch. coni. Lün.

spectandum; et cum reliquis etiam loci gravitas huic
3 miserrimae perferenda. Quod me mones, ut ea videam, quae ad tempus accommodem: facerem, si res pateretur et si ullo modo fieri posset. Sed in tantis nostris peccatis tantisque nostrorum iniuriis nihil est, quod aut facere dignum nobis aut simulare possim. Sullana confers: in quibus omnia genere ipso praeclarissima fuerunt, moderatione paullo minus temperata. Haec autem eiusmodi sunt, ut obliviscar mei; multoque malim, quod omnibus sit melius, quorum utilitatem meam iunxi. Tu ad me tamen velim quam saepissime scribas, eoque magis, quod praeterea nemo scribit: ac si omnes, tuas tamen maxime exspectarem. Quod scribis illum per me Quinto fore placatiorem: scripsi ad te antea eum statim Quinto filio omnia tribuisse, nostri nullam mentionem. Vale.

ORELLI. Si *aliquo* positum sit pro *alio quo*, ut *aliquis* saepe pro *alius quis*, sensus est aptissimus. Interim dedimus *alio quo*. Cicero enim ait, si Caesar in Siciliam venerit, eum quoque Brundisium venturum; quod si fiat, sibi hic exspectandum esse. Itaque *mallem*, inquit, *alio quo iret Caesar;* tum enim etiam sine eius venia Brundisio evasissem et propius ad urbem accessissem. Quam quidem h. l. sententiam esse patet ex epistola sequenti. *SCH.* G. Fr. Grotefend vermuthet: *Ac mallem, illum aliquo iam hinc evasissem.* — *loci.* Lambinus ex Ep. seq. volebat *caeli.* Sed *locus gravis* apud Celsum aliquoties opponitur *salubri. OR.* — *huic miserrimae perferenda.* Sic Cd. in m. 1584. *huic miserrime* Md. Oxon. 1. 2. Tornaes. Asc. pr. *hinc miserrime* Asc. sec. Crat. *hic miserrime* Cett. Cfr. infra *Ep.* 25, §. 3. *huius miserrimae fatuitate confectus. ORELLI.* Tullia war bei Cicero zu Brundisium. S. ep. 412. 415 am Ende.

3. *ut ea videam, quae* cet., dass ich mich möglichst nach der Zeit zu bequemen suchen sollte. Vgl. ep. 421, 5. — *tantisque nostrorum,* Quintorum patris et filii, fortasse etiam Terentiae, *iniuriis. CORRAD.* — *dignum nobis,* bei der Erinnerung so grosser Fehltritte. — *Simulare,* also die Beleidigungen sich nicht merken lassen, die er von den Seinigen erlitten hatte, und auch gegen Cäsar selbst heucheln. — *Sullana confers,* Du vergleichst die Vorfälle zur Zeit des Dictators Sulla. — *genere . . praeclara,* quippe quum nobilitas omnis ad Sullam se contulisset. *CORRAD.* Ueberdiess war Sulla's Zweck, die Aristokratie wieder in ihre Rechte einzusetzen. — *iunxi.* Oxon. 2. Ball. Helmst. *utilitatem.* Hinc: *quorum utilitatem meam duxi* de Graevii susp. Sch. Lün. *ORELLI.* Optat nimirum, ut Pompeianorum causa vincat, quorum utilitatem suam duxerat. *SCH.* — *si omnes* scriberent, *tuas* literas cet. — *illum,* Caesarem. *tribuisse,* er habe bewilligt. — *nostri nullam mentionem* a Caesare factam esse. Vgl. zu ep. 425, 2 *notionem.*

EPISTOLA CCCCXXVII. (ad Att. XI. 22.)

Scr. Brundisii circa Kal. Sept. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Quinti epistolas ab Attico missas sibi redditas esse. 1. Caesarem adventare nuntiat petitque, ut se Atticus consilio iuvet, an propius ad urbem accedendum sit. 2.

CICERO ATTICO S.

Diligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius. Accepi enim a te literas, quibus videris vereri, ut epistolas illas acceperim: quas quidem vellem mihi nunquam redditas. Auxerunt enim mihi dolorem: nec, si in aliquem incidissent, quidquam novi attulissent. Quid enim tam pervulgatum, quam illius in me odium et genus hoc literarum? quod ne Caesar quidem ad istos videtur misisse, quasi quo illius improbitate offenderetur, sed, credo, uti notiora nostra mala essent. Nam quod te vereri scribis, ne illi obsint, eique rei mederi; ne rogari quidem se passus est de illo: quod quidem mihi molestum non est: illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere. Sulla, ut opinor, cras hic erit cum Messala. Cur- 2
runt ad illum pulsi a militibus; qui se negant usquam, nisi acceperint. Ergo ille huc veniet, quod non putabant:

---

1. *vereri, ut.* S. Ramsh. §. 193, 1, 4, N. 1. Grotef. §. 402 Anm. Zumpt. §. 533, . — *epistolas illas.* Quintus Cicero epistolas contra Marcum fratrem scripserat ad Caesarem. Caesar illas ad Oppium et Balbum misit; illi Attico dederunt; Atticus ad M. Ciceronem curavit perferendas. *MANUT.* Vgl. den Anf. des vor. Briefs. Ueber Balbus u. Oppius s. zu ep. 414, 1. — *si in aliquem incid.* i. e. in alienas manus nec ad me pervenissent. Attikus hatte diess als einen Beweggrund angeführt, warum er diese unbrüderlichen Briefe dem Cicero zuschicke. — *illius,* Quinti fratris *in me odium et genus hoc literarum,* wie ep. 402: Nosti genus. — *quod ne Caesar quidem.* Quod genus literarum a Quinto ad Caesarem scriptarum, in quibus de me detraheret, a Caesare ad *istos,* Balbum et Oppium, missum esse videtur, non quo fratris mei improbitate offenderetur, sed ut notiora nostra mala essent. *SCH.* *quo illius* i. e. ut ii crederent se Quinti improbitate offendi. v. *quasi* Ern. [ ] del. Sch. Lün. *OR.* *quasi* ist Glosse von *quo* = als ob. — *ne illi obsint* i. e. ne Quinto fratri hae literae apud ipsum Caesarem obsint. *SCH.* — *ne rogari* cet. So leicht vergab er ihm! S. d. Ende des vorig. Br. — *impetr... valere,* venia illa a Caesare mihi data nihil effectum esse, quod ad levanda incommoda mea pertineat. *SCH.* *impetr.* ein ἅπαξ λεγόμ.

2. *Sulla.* S. vor. Br. §. 2. *Messala,* 701 consule. — *Currunt ad illum.* Sulla et Messala properant ad Caesarem, a quo missi erant in Italiam, ut legiones in Siciliam traducerent. Sulla autem a legione XII., ad quam primam venerat, male acceptus et lapidibus petitus esse dicebatur. Cfr. ep. 426, 2. *SCH,* — *acceperint.* Negant se commoturos aut usquam ituros, nisi, quae Caesar promisisset

tarde quidem. Itinera enim ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. Pharnaces autem, quoquo modo aget, afferet moram. Quid mihi igitur censes? Iam enim corpore vix sustineo gravitatem huius caeli, quae mihi laborem affert in dolore. An his illuc euntibus mandem, ut me excusent, ipse accedam propius? Quaeso, attende; et me, quod adhuc saepe rogatus non fecisti, consilio iuva: scio rem difficilem esse: sed, ut in malis. Etiam illud mea magni interest, te ut videam. Profecto aliquid profecero, si id acciderit. De testamento, ut scribis, animadvertes.

EPISTOLA CCCCXXVIII. (ad Div. XIV. 22.)

Scr. Brundisii Kal. Sept. A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Scribit se uxorem, si tabellarii venerint, certiorem facturum: quid faciendum sit.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

S. V. B. E. V. Nos quotidie tabellarios nostros exspectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit: faciemusque te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Kalendis Septembribus.

---

praemia, acceperint. *SCH.* — *ille huc veniet*, Caesar. — *putabant* scil. homines. — *in opp. ponat.* scil., ut recte Gronovius explicat, conventibus agendis et legationibus admittendis. *SCH.* — *Quid mihi igitur* faciendum *censes*? — *caeli.* S. vorig. Br. §. 2 am Ende. — *quae mihi.* Sic Lamb. „Lege vel *quod* vel *quae.* Vetus liber: *quod mihi languorem a.*“ Ursin. *qui* Ceteri, soloece. *OR.* — *his illuc euntibus*, Sullae et Messalae ad Caesarem proficiscentibus. *SCH.* — *non fecisti.* Hoc sane rusticum. *quod adhuc saepe non rogatus fecisti* egregia Sch. susp. Videndum tamen, ne *non* sit a mala manu. Pro *saepe rogatus* Md. a pr. man. *seperibatus.* *ORELLI.* Das *non fecisti* bezieht sich nur auf diesen einzelnen Fall: an propius ad urbem accedendum sit; worüber er sich schon öfter seinen Rath ausgebeten hatte. Dennoch irrt Cicero aus Vergessenheit; denn ep. 408, 2 schreibt er: Atque utinam vel nocturnis, *quem ad modum tu scripseras, itineribus propius te accessissem!* — *ut in malis.* Quamquam difficile est me consilio iuvare, tu tamen aliquid circumspice, quod ut in malis rebus optimum sit. *SCH.* — *te ut videam.* Vgl. ep. 417 am Ende. — *De testamento.* S. ep. 417, 3. 411, 5.

1. *tabellarios* vel ad Caesarem ipsum vel ad eius amicos missos. *SCH.* — *Kal. Sept.*, ut tum scilicet dies numerabantur: ex vera autem anni ratione prid. Non. Iun. Paucis diebus post Caesar omnium opinione celerius Tarentum appulit, et, quum inde Brundisium pergeret, obviam ei Cicero ivit: quem quum Caesar

EPISTOLA CCCCXXIX. (ad Div. XIV. 20.)

Scr. Kal. Oct. de Venusino A. U. C. 707. (a. C. 47.)

In Tusculanum se venturum nuntiat ibique quae sint necessaria parari iubet.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

In Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis aut postridie. Ibi ut sint omnia parata! Plures enim fortasse nobiscum erunt et, ut arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum si in balineo non est: ut sit; item cetera, quae sunt ad victum et valetudinem necessaria! Vale. Kal. Octobr. de Venusino.

EPISTOLA CCCCXXX. (ad Div. XV. 21.)

Scr. Romae mense Decembri A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Scribit se Trebonii epistolam et librum ad se missum libenter legisse; aegre tamen eius discessum ferre. 1—3. Deinde suum de Calvo oratore iudicium defendit. 4—5. suamque in Trebonium benevolentiam testificatur. 6.

M. CICERO S. D. C. TREBONIO.

Et epistolam tuam legi libenter et librum libentis-

---

vidisset, descendit eumque salutavit, ac teste Plutarcho cum eo solo colloquens multa stadia processit. Ita veniâ, quo vellet, eundi impetratâ primum villas obiit ac deinde in urbem venit. Caesar autem VI. Kal. Ian. (i. e. pridie Non. Octobr.) Lilybaei navem conscendit ad bellum Africanum profecturus. *SCH.*

1. *Ibi* velim vel cura *ut sint.* S. Ramsh. §. 167, 2, Not. 1. 193, 1, 1. — *labrum,* magnum vas ad recipiendam aquam. Quod guturnio supponitur vas, etiam labrum dicitur. Ein Kessel, eine Wanne. S. Colum. XII, 50. Cat. R. R. X, 11, 13. Virgil. Georg. II, 6. — *ut sit,* operam da. — *Venusino* i. e. praedio in vicinia Venusiae, Horatii patriae.

C. TREBONIUS Asper betrug sich als Quaestor urbanus des Iahrs 694 und als Gegner des Clodius so vortrefflich, dass Cicero ihn desshalb noch lange nachher mit grossem Lobe erhob. S. ad Divers. XV, 21. Als Pompeius und Crassus zum zweiten Male das Consulat bekleideten, gab er als Tribunus Plebis 699 die lex de prorogandis Caesari Galliis in alterum quinquennium. Nachher diente er unter Cäsar in Gallien als Legat und zwang die Massilier zur Uebergabe. S. Caes. de B. Civil. 1, 36. Als dieser gegen den Pompeius nach Griechenland abging, liess er den Trebonius als Praetor urbanus in Rom zurück, worüber Cälius, weil er nur Praetor peregrinus geworden war, solche Händel anfing, dass ihn der Consul Servilius und der Rath absetzten. Nach der Prätur schickte Cäsar den Trebonius als Proprätor nach Spanien,

sime; sed tamen in ea voluptate hunc accepi dolorem, quod, quum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendae nostrae, — nam ad amorem quidem nihil poterat accedere — tum discedis a nobis meque tanto desiderio afficis, ut unam mihi consolationem relinquas fore, ut utriusque nostrûm absentis desiderium crebris et longis epistolis leniatur. Quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi. Nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares.
2 Nam, ut illa omittam, quae civitate teste fecisti, quum mecum inimicitias communicavisti, quum me concionibus tuis defendisti, quum quaestor in mea atque in publica causa consulum partes suscepisti, quum tribuno pl. quae-

---

, wo aber seine Legionen von ihm zur Pompeianischen Partei abfielen und ihn aus dem Lande vertrieben. Hierauf machte ihn Cäsar, der sein viertes Consulat nach dem Spanischen Kriege niederlegte, mit Q. Fabius Maximus zu Consuln auf die drei letzten Monathe des Jahrs 709. Bei der Verschwörung wider Cäsars Leben hielt Trebonius den Consul M. Antonius vor der Thür durch allerlei Gespräche so lange auf, bis der Mord verübt war. Als hierauf Antonius den vornehmsten Verschworenen durch den Rath Provinzen ertheilen liess, um durch diese anscheinende Güte nur Zeit für seine beabsichtigten Pläne zu gewinnen, erhielt Trebonius Asien zur Provinz, wohin er, vor Cäsars Veteranen und selbst vor dem Antonius zu Rom nicht mehr sicher, überaus schnell abreisete. Allein hier, in Asien, überlistete ihn Dolabella durch erheuchelte Freundschaft, bemächtigte sich seiner und ermordete ihn auf das Grausamste. S. Philipp. XI, 1. Nachdem er ihm nämlich die öffentlichen Gelder abgefordert hatte, quälte er ihn mit Scheltworten, Schlägen und Foltern zwei Tage lang, worauf er ihm den Kopf abschlagen und denselben auf einem Spiesse umhertragen, den Körper aber in's Meer werfen liess. Dieser erste Brief an Trebonius ist unter Cäsars zweiter Dictatur 707 verfasst, da iener vor Kurzem nach Spanien abgegangen war. *SCHMIEDER.*

1—2. *librum*, quo Trebonius Ciceronis dicta (bons mots) collegerat, de quo pluribus deinde. *SCH.* — *accepi*, Lamb. *cepi.* — *tum discedis a nobis* Caesaris iussu iturus pro praetore in Hispaniam. — *consolat. relinquas τὸ fore* vel spem τοῦ fore *ut.* — *spondere* = polliceri. — *quantum me amares* = maximi erga me tui amoris.

2. *civitate teste*, im Angesicht der Bürgerschaft. Ablat. absol. — *communicavisti.* Sic Md. Vict. 1. 2. = *communicasti* Cett. *OR.* „i. e. Clodium inimicum meum eundem tuum habuisti." *SCH.* — *quum ... defendisti* will Schütz hinter *consulum partes suscepisti* versetzt wissen. Allein in einem Briefe wird die Zeitfolge nicht so genau beobachtet. — *quaestor* urbanus war er nicht 697, sondern 694 zugleich mit Q. Caecilius Q. F. L. N. Metellus Creticus. S. Pigh. Annal. — *in mea atque publica causa*, quum Clodius 694 contenderet, ut a patriciis ad plebem traduceretur. *SCH.* — *consulum* Afranii et Metelli *partes suscepisti.* Metellum certe Clodii traductioni obstitisse testatur Dio Cass. Libr. XXXVII. *SCH.*

stor non paruisti, cui tuus praesertim collega pareret: ut haec recentia, quae meminero semper, obliviscar: quae tua sollicitudo de me in armis, quae laetitia in reditu! quae cura, qui dolor, quum ad te curae et dolores mei perferrentur; Brundisium denique te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses!
Ut haec igitur omittam, quae mihi tanti aestimanda sunt, 3
quanti vitam aestimo et salutem meam: liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui! primum, quod tibi facetum videtur, quidquid ego dixi; quod alii fortasse non item: deinde, quod illa, sive faceta sunt, sive sic, fiunt, narrante te, venustissima. Quin etiam ante, quam ad me veniatur, risus omnis paene consumitur. Quod si in his scribendis nihil aliud nisi, quod 4
necesse fuit, [de uno] de uno me tamdiu cogitavisses: ferreus essem, si te non amarem. Quum vero ea, quae scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non

— *quum trib. pl. q. n. paruisti,* nempe C. Herennio, Sex. F., qui, ut ipse Cicero ep. 23. narrat, in tribunatu de P. Clodio ad plebem traducendo egit idemque legem tulit, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferret. *SCH.* — *tuus... collega,* alter quaestor urbanus Q. Caecilius Metellus Creticus. — *in armis* i. e. quum essem in bello ad Pompeium profectus. — *reditu.* Sch. addit *fuerit,* Lün. prob. *reditu* victo Pompeio. — *Brundisium,* quo ego Dyrrhachio veneram. — *missus esses* pro praetore a Caesare.

3. *liber iste.* Melanchthon (s. dessen Bemerk. zu Cicero's ep. ad Famil. 1596 abermals herausgegeben von] M. Steph. Riccius) und Ernesti haben sich geirrt, wenn sie darunter das Buch verstehen, worüber Trebonius ep. ad Famil. XII, 16 (715 h. ed.) an Cicero geschrieben hat. Denn dieser Brief ist viel später, nämlich erst 710, geschrieben, und das Geschenkchen, was Trebonius dem Cicero zugleich übermacht, war Nichts weiter als ein von ihm in Verse gebrachtes bon mot des letzteren. — *facetum.* Apophthegmata igitur Ciceronis et urbana dicta Trebonius collegerat. — *quod alii...non item* videtur. „*alii* Md. Vict. 1. Borg. Recte: est dativus singul. *aliis* Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün." *OR.* — *sive sic.* Recte Manutius: *sic* h. l. minuendi vim habet." *sic* i. e. vulgaria. *secus* Lamb. Ern. Sch. Lün. de Corradi coni. *ORELLI.* — *quod illa ... fiunt, narrante te, venustissima,* weil iene bons mots durch Deinen Vortrag od. durch Deine Einkleidung den grössten Reiz bekommen. — *Quin etiam... consumitur.* Significatur Trebonium in libro suo de facetiis Ciceronis tam venuste causas et occasiones dictorum Ciceronis singulorum narrare, ut risus paene omnis consumatur, antequam ad ipsa Ciceronis dicta veniatur. *SCH.*

4. *in iis.* Sic (Md.?) Vict. 2. *his* Cett. *OR.* — *[de uno,] de uno me.* Sic Md. Vict. 2. *de uno, et de uno me* Lamb. *de uno me* Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. Recte, puto. *OR.* — *ferreus,* σιδήρεος, gefühllos. — *quae scripturâ persecutus es,* was Du

potueris: non possum existimare plus quemquam a se ipso, quam me a te amari. Cui quidem ego amori utinam ceteris rebus possem! amore certe respondebo: quo tamen ipso tibi confido futurum satis. Nunc ad epistolam venio, cui copiose et suaviter scriptae nihil est quod multa respondeam. Primum enim ego illas Calvo literas misi, non plus, quam has, quas nunc legis, existimans exituras. Aliter enim scribimus, quod eos solos, quibus mittimus; aliter, quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quam tu id vere potuisse fieri putas. Primum — quod ita iudicabam — acute movebatur; genus quoddam sequebatur; in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur, quod probaret. Multae erant et reconditae literae: vis non erat. Ad eam igitur adhortabar. In excitando autem et in

---

mit Deiner Feder eingekleidet hast. — *ceteris rebus possem* respondere! könnt' ich doch diese Deine Liebe in ieder andern Hinsicht d. i. durch Thaten erwiedern! — *quo . . . futurum satis tibi* h. e. te contentum fore meo amore, ut aliter non possim tibi satisfacere, quod tamen magnopere peto. *MELANCHTH.*

5. *ad epistolam*, in qua Trebonius mirari se professus erat, quid esset quod Cicero in epistola ad C. Licinium Calvum oratorem scripta eius eloquentiam nimiis laudibus extulisset. *SCH.* Ueber Calvus, Atticus fere orator, s. ep. ad Famil. VII, 24, 1 (636 h. ed.) de Finib. 1, 2. Brut. c. 81. Valer. Max. IX, 12, 7. — *exituras* i. e. perventuras in manus aliorum. — *Aliter enim scribimus* id, *quod.* — *melioribus.* Sch. *maioribus* de Ern. susp. — *quod ita iudic.* Illud *quod* de Weiskii susp. Sch. ed. min. Lün. collocav. post v. *Deinde. OR.* Punctum quoque ante *Primum* delet. et comma repos. ab iisdem. Ciceronem enim dicere: se vere de Calvi ingenio ita iudicasse, ut eum laudandum putarit; causasque iudicii sui statim afferre. Sed *extuli* = *extulisse a te dicor* et *Primum* = at prima ratio, cur eum laudandum putavi, ea fuit: nimirum *acute movebatur* i. e. erant celeres eius ingenii motus; erat acuto ingenio. Idem de Zenone dicitur Acadd. 1, 9. — *genus* dicendi quidem *quoddam sequebatur* scil. exile, subtile, tenue, quod ille solum Atticum putabat. *SCH.* S. Orat. c. VII. VIII. ff. — *in quo iud. lapsus* (De Ern. susp. Sch. Lün. *lapsus iudicio*). Sensus est: in quo genere orationis, quamvis errore quodam iudicii, quo alias valebat, lapsus, tamen assequebatur, quae multis, eruditioribus quidem, probaret. Vid. Cic. in Brut. c. 82. Quinctil. Instit. X, 1. *SCH.* — *quo valebat.* Iudicium in Calvo praecipue eminuisse significat Quintil. X, 2, 25. *SCH.* — *Multae . . . literae* i. e. Calvus habebat cognitionem et scientiam multarum et reconditarum literarum. — *vis* = vehementia orationis, kräftiger Ausdruck fehlte ihm. — *adhortabar.* Diess war also der zweite Grund, warum er ihn lobte. Aber Cicero hat das *deinde*, was mit Primum correspondirte, ausgelassen, indem er ohne logischen Zwang sich in eine andere Wortfolge verlor. Es ist ia Briefstil! Denn eigentlich musste er so fortfahren: Deinde, quum multae

acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. Habes de Calvo iudicium et consilium meum: consilium, quod hortandi causa laudavi; iudicium, quod de ingenio eius valde existimavi bene. Reliquum est, *ut* tuam pro- 6
fectionem amore prosequar, reditum spe exspectem, absentem memoria colam, omne desiderium literis mittendis accipiendisque leniam. Tu velim tua in me studia et officia multum tecum recordere: quae quum tibi liceat, mihi nefas sit oblivisci, non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te a me amari plurimum iudicabis. Vale.

---

essent et reconditae literae, vis non esset, eum extuli laudibus, quibus eum ad vim illam sibi acquirendam cohortarer, excitarem. Cicero gibt diese zwei Gründe gleich nachher an: *consilium, quod hortandi causa laudavi; iudicium* etc.

6. *Reliquum est, UT.* Sic ex probabili supplem. Dresd. tert. Lamb. Sch. Lün. (probante Ern.). om. *ut* Md. Bas. Ceteri. *ORELLI.* Ueber *reliquum est, ut* s. Ramsh. §. 204, 6. — *ut tuam profect. am. prosequar* i. e. te absentem amore prosequar, talis sim in te absentem, qualis in praesentem fui. — *spe exspectem* h. e. bona cum spe. *SCH.* — *abs. mem. colam* i. e. absentis recorder, ne semotus ex oculis semovearis quoque ex animo; ne degens procul amicus non videaris. — *oblivisci.* *Χάριν λαβὼν μέμνησο καὶ δοὺς ἐπιλάθου.* — *te a me amari* im Gegens. von virum bonum = sed etiam bonum amicum me esse.

M. T. CICERONIS EPISTOLAE

A. U. C. DCCVIII.

C. IULIO CAESARE III. M. AEMILIO LEPIDO COSS.

SCRIPTAE.

EPISTOLA CCCCXXXI. (ad Div. IX. 1.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Scribit se Varronis adventum cupide exspectare et, quoniam cum libris in gratiam redierit, sperare, si eum viderit, quae premant et impendeant, facile transiturum. 1—2.

CICERO M. VARRONI S.

Ex iis literis, quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres et ubi esses, cognovi: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex iisdem literis potui suspicari. In spem tamen venio appropinquare tuum adventum: qui

---

M. TERENTIUS VARRO, einer der gelehrtesten Römer, der im 84. Iahre 500 Bücher geschrieben hatte (s. ep. 137, 1) und doch hundert Iahr alt ward (S. Quinctil. X, 1. Cicer. ad Att. XIII, 18. Gellius III, 10. Valer. Max. VIII, 7.), befehligte im Anfange des Bürgerkrieges als Legat des Pompeius zwei Legionen im ienseitigen Spanien. Von da ging er nach Griechenland zum Pompeius, als Afranius und Petreius, die Legaten desselben im diesseitigen Spanien sich dem Cäsar ergeben mussten und auch ihn seine Soldaten verliessen. Dem Pharsalischen Treffen wohnte er iedoch nicht bei, durch die Weissagung eines Rhodischen Ruderknechts davon abgehalten. S. de Divinat. 1, 32. Nach dieser Schlacht kehrte er sogleich nach Italien zurück und unterwarf sich dem Cäsar, der seine Gelehrsamkeit sehr schätzte. Nach Cäsars Tode nahm ihm Antonius ganz widerrechtlich sein Cassinatisches Landgut, wogegen Cicero Philipp. II, 40. 41. gewaltig eifert. August setzte ihn wieder in den Besitz seiner Güter und machte ihn zum Oberaufseher der von Cäsar und ihm errichteten Bibliothek. Ad Divers. XI, 10 ist von Varronis thesauri die Rede. Die 7 ersten Briefe ad Famil. IX, 1 sind 708, der 8. Brief aber im folgenden Iahre von Cicero an diesen Varro geschrieben.

1. *Ex iis.* Sic Neap. Vict. 1. Lamb. *his* Cett. cum Md. —

mihi utinam solatio sit! Etsi tot tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem quisquam non stultissimus sperare debeat: sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re iuvare. Scito enim me, posteaquam in 2
urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris, in gratiam: etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quod iis succenserem, sed quod eorum me suppudebat. Videbar enim mihi, quum me in res turbulentissimas, infidelissimis sociis, demisissem, praeceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam: teque, quod in ea permanseris, sapientiorem quam me dicunt fuisse. Quamobrem, quoniam placatis iis utor, videor sperare debere, si te viderim, et ea, quae premant, et ea, quae impendeant, me facile transiturum. Quamobrem sive in Tusculano, sive in Cumano ad te placebit, sive (quod minime

---

a te ad se Lamb. — *allevationem.* Suspectum est vocabulum. cfr. *de Finibb.* 1. §. 40., ubi fluctuant Cdd. inter hoc et *elevatio.* Tum supra *Libr. IV. Ep.* 6. et *Libr. VI.* Ep. 4. est *levatio. ORELLI.* — *quisquam* qui non vel nisi *stultissimus* sit. Brachylogie statt ut nemo nisi stultissimus ullam levationem sperare debeat. — *sed tamen,* pro quo *et tamen* Santenius vult ad *Terentianum* p. 31.

2. *id est cum libris* Cicero suo more addidit, quod Varro vix statim, quinam essent illi veteres amici, intelligere potuisset. Ern. tam [ ]. — *in res turbulentissimas.* Quas turbas hic intelligi velit, obscuriusculum est. Si de bello civili accipias, incommodum est Ciceronem sic ad Varronem scribere, qui ipse civilis belli particeps fuisset et a Pompeii partibus stetisset. Nec infideles socios h. e. fidem haud servantes Pompeianos dicere poterat; nisi *infideles* eo sensu accipere velis, quo denotat eos, quibus fides haberi non potest s. quibus confidere aliquis non potest; quod hactenus aptum esset, quia apud Pompeium omnia erant imparata et parum provisa. Itaque melius ad certamen cum Clodio poterit referri, in quo a Pompeio aliisque desertum ac proditum se viderat. Ita etiam Gronovius accepisse videtur, qui hunc locum sic exponit: „quum suscepissem rem publicam undique conquassatam fulciendam, fretus subsidio eorum, qui me turpiter prodiderunt. Eadem ratio Benedicto placuit, qui comparavit locum libr. I. de Orat. c. 1. *hoc omne tempus . . . obiecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi in nosmet ipsos redundarunt. SCH.* — *in ea.* Sic Lamb. Sch. Lün. *eo* Ceteri cum Md. *OR.* — *quoniam* (S. zu ep. CCCCXXIV, 1.) *placatis iis* (Sic Md. Neap. Vict. 2. *his* Cett.) *utor,* weil ich wieder im Genusse eines friedlichen Verkehrs, hergestellter Aussöhnung mit ihnen lebe. — *transiturum* = superaturum, überwinden, übersteigen, überstehen werde. So superare für transire, transcendere montes, saxa. — *ad* = *apud te,* bei Dir im Hause. S. Ramsh. §. 158, 1. Not. — *esse videatur,* eine beliebte Schlussformel des Cicero. Sensus est: quemcunque locum Varro constituerit, Ciceronem perfecturum,

velim) Romae: dummodo simul simus, perficiam profecto, ut id utrique nostrum commodissimum esse videatur.

EPISTOLA CCCCXXXII. (ad Div. VI. 22.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Cn. Domitium Ahenobarbum. — L. Domitii consularis, qui in proelio Pharsalico occubuerat, filium — qui post illud proelium ab armis discesserat, hortatur, ut iam incolumitati suae consulat, communia mala fortiter ferat. 1—3.

CICERO DOMITIO.

Non ea res me deterruit, quo minus, posteaquam in Italiam venisti, literas ad te mitterem, quod tu ad me

---

ut is utrique, dummodo simul sint, commodissimus esse videatur. *SCH.* Sic Crat. Lamb. Sch. Lün. *dividetur* Md. *diiudicetur* Marg. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Lall. *diiudicabis* Marg. Crat. *iudicetur* Ern. Bened. *OR.* Ernestio placebat: *ut, quid utrique nostrum commodissimum esse videatur, diiudicetur.*

DOMITIO. Zur Zeit des Bürgerkrieges zwischen Cäsar und Pompeius gab es drei merkwürdige Domitii. Nämlich 1. Cn. Domitius Calvinus zeichnete sich als einen eifrigen Cäsarianer aus, der im Pharsalischen Kriege eine besondere Armee kommandirte, um die Vereinigung des aus Asien herangerückten Scipio mit dem Pompeius zu verhindern. S. Caes. de B. Civ. III, 78. 79. Später aber im Kriege mit Pharnaces und eben so im Seetreffen gegen Cn. Domitius Ahenobarbus war er unglücklich. S. Hirt. B. Alex. c. 34 ff. Suet. Caes. c. 36. Liv. Ep. 112. — 2. Von den beiden Pompeianern hiess der Vater L. Domitius Ahenobarbus, der zu Corfinium von Cäsar begnadigt dennoch nach Massilia ging, die Rolle eines Proconsuls von Gallien daselbst spielte, aber nach einer langen von den Cäsarianern erlittenen Belagerung wieder zum Pompeius entkam und auf der Flucht aus der Pharsalischen Schlacht von Cäsars Reitern erschlagen wurde (S. Cic. pro Mil. c. 8. ad Div. XVI, 12. Caes. B. Civ. 1, 6. 16—23. 36. II, 22. III, 83. 99. Sueton. Nero c. 2.); der Sohn dagegen — 3. *Cn. Domitius Ahenobarbus,* ein eifriger Freund republicanischer Freiheit, der zu Corfinium zugleich mit seinem Vater von Cäsar gefangen und begnadigt war (s. Caes. B. Civ. 1, 23.), dennoch aber dem Feldzuge in Griechenland unter Pompeius beiwohnte und nach Lucan sich sehr auszeichnete. Nach der Pharsalischen Schlacht und nach dem Tode seines Vaters kehrte er nach Italien zurück, nicht, um sich dem Cäsar zu ergeben, sondern um sich im Vaterlande nach Cato's Beispiele zu ermorden. Desshalb schrieb Cicero, der früher nach Italien zurückgekehrt war, auf Bitten seiner Anverwandten, bes. seiner Mutter Porcia, einer Schwester des Cato Uticensis, diesen Brief an ihn, worin er ihn zur Selbsterhaltung ermahnte. Cn. Domitius folgte der Warnung, trat nachher den Verschworenen bei, die den Cäsar ermordeten (was Sueton Ner. c. 3 leugnet, Cicero Philipp. II, 11 bezeugt)

nullas miseras, sed quia nec quid tibi pollicerer ipse egens rebus omnibus nec quid suaderem, quum mihimet ipsi consilium deesset, nec quid consolationis afferrem in tantis malis, reperiebam. Haec quamquam nihilo meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatiora, tamen inanes esse meas literas, quam nullas, malui. Ego, si te 2
intelligerem plus conatum esse suscipere rei publicae causa muneris, quam quantum praestare potuisses, tamen, quibuscunque rebus possem, ad eam conditionem te vivendi, quae daretur quaeque esset, hortarer. Sed quum consilii tui bene fortiterque suscepti eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset: oro obtestorque te pro vetere nostra coniunctione ac necessitudine proque summa mea in te benevolentia et tua in me pari, te ut nobis, parenti,

---

und gelangte, unter allen durch die Lex Pedia verurtheilten Verschworenen allein begnadigt, später zu den höchsten Ehrenstellen. Denn in den Kriegen nach Cäsars Tode schlug er sich zu der Partei des Brutus und Cassius, seiner nahen Anverwandten und befehligte nach deren Untergange noch ihre Flotte. M. Antonius hatte alle Ursache ihm es als ein grosses Verdienst anzurechnen, dass er sich ihm endlich mit seiner Flotte freiwillig unterwarf. Von ietzt an hielt er es mit Antonius bis zum Kriege bei Actium, wo er, wie dieser aus Erbitterung ihm vorwarf, aus Liebe zu einer dort lebenden Buhlerin, obgleich schon krank, zum Augustus überging, aber wenige Tage nachher verstarb. Der Kaiser Nero war sein Urenkel.

1. *rebus omnibus,* Mart.-Lag. coni. *omnibus rebus.* — *desperatiora.* Lamb. in m. 1584. Mart.-Lag. Sch. Lün. *sunt nunc, atque etiam multo desper.* Non tamen obliteranda videbatur haec sententia: „in dies fere desperatiora fieri ea negotia.“ *ORELLI.* *etiam atque etiam,* mehr als einmal = recht sehr, täglich, stündlich, wie ad Famil. XIII, 72: Procuratores scripserunt te propter multitudinem negotiorum *etiam atque etiam* esse commonefaciendum. Vgl. Ramsh. §. 179, B, a, 8. Grotef. §. 358.

2. *potuisses.* Ern. coni. Mart.-Lag. Lünem. *posses.* — *muneris* pendet a comparat. *plus.* Er deutet damit an: wenn Du auch freilich über Deine Kräfte hinaus beschlossen hättest, die muthigen Sieger mit oft besiegten Truppen noch ietzt und ferner zu bekämpfen und die Republik zu retten. — *ad eam cond.... vivendi* cet., Dir das Leben zu erhalten, was und unter welchen Bedingungen man es Dir auch liess. — *terminum nostrarum cont.,* zum Ziele aller unserer Anstrengungen bestimmt hat, d. i. da Du Dir den Tod zu geben beschlossen hast. Vielleicht ist auch der Sinn: „da Du einmal Deinem Kampfe für Freiheit eben das Ziel gesetzt hast, was Fortuna durch die Pharsalische Schlacht unseren Bemühungen setzte d. i. da Du nicht weiter fechten willst; so werde nur nicht unmuthig, sondern erhalte Dich.“ Cicero hat wahrscheinlich Beides hiemit sagen, Ersteres wenigstens andeuten wollen. Margo Crat. *conditionum.* — *parenti,* Porciae, Catonis

coniugi tuisque omnibus, quibus es fuistique semper carissimus, salvum conserves: incolumitati tuae tuorumque, qui ex te pendent, consulas: quae didicisti quaeque ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita memorià et scientià comprehendisti, iis hoc tempore utare: quos coniunctos summa benevolentia plurimisque officiis amisisti, eorum desiderium, si non aequo animo, at forti
3 feras. Ego, quid possim, nescio, vel potius me parum posse sentio: illud tamen tibi polliceor, me, quaecunque saluti dignitatique tuae conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu et studio et officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam feminam tuique amantissimam, detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te velle intellexero. Sin autem tu minus scripseris, ego tamen omnia, quae tibi utilia esse arbitrabor, summo studio diligenterque curabo. Vale.

EPISTOLA CCCCXXXIII. (ad Div. IV. 15.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Hortatur Plancium, ut communem fortunam fortiter ferat. 1—2

M. CICERO S. D. CN. PLANCIO.

Accepi perbreves tuas literas, quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui; cognovi autem id, quod mihi dubium non fuit. Nam, quam fortiter ferres com-

---

Uticensis sorori. — *iis*, Md. Vict. 1. 2. *his*. — *quos .. amisisti*, in primis Catonem avunculum, qui rei publicae superstes esse noluerat. Vid. Philipp. X, 6.

3. *conducere* c. dat., wozu förderlich sein. — *semper tu*, Mart.-Lag. *tu semper*. — *Sin autem*. del. *autem*, Lamb. Und doch findet sich *autem* nach *sin* gar oftmals. — *diligenterque*, Lamb. *diligentiaque*, obgleich Cicero nach einem Ablat. modi gerne ein Adverb. statt des zweiten Ablat. modi folgen lässt.

CN. PLANCIO. Er diente zuerst unter dem Proconsul C. Antonius in Macedonien vermuthlich als Tribunus militum (s. ad Famil. V, 6. ad Att. I, 12.); nachher lebte er, als sich Cicero im Exsil befand, als Quästor daselbst und machte sich um diesen Unglücklichen sehr verdient (s. in Senat. p. red. c. 14.), der aus Dankbarkeit dafür ihn gegen M. Iuventius Laterensis vertheidigte, von welchem Mitbewerber um die Aedilität er de ambitu angeklagt war. Im Bürgerkriege hatte er es mit Pompeius gehalten, wesshalb er zu Corcyra (Corfu) im Elende leben musste, wohin Cicero die Briefe IV, 24 u. 15 an denselben schrieb.

1. *quibus*, Lamb. *e quibus*. — *Nam* = nämlich. — *scieram*.

munes miserias, non intellexi: quam me amares, facile perspexi: sed hoc scieram: illud si scissem, ad id meas literas accommodavissem. Sed tamen etsi antea scripsi, 2
quae existimavi scribi oportere: tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus. Quare non debes aut propriam fortunam et praecipuam postulare aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me praestare possum.

EPISTOLA CCCCXXXIV. (ad Div. XIII. 29.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Rogat Plancum, ut studium suum interponat, ut Capito Antistii hereditatem obtineat. 1—8.

M. CICERO L. PLANCO S.

Non dubito, quin scias, in iis necessariis, qui tibi

Sic Md.' Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *sciebam.* Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* Sane plusquamperfectum hic aptum non est. *SCH.*

2. *breviter,* Lamb. *te brev.* — *common.* Margo Crat. *admonendum.* — *periculo.* Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *in periculo.* — *proprio,* so dass er also schlimmer daran sei, als Andere. — *et praecipuam,* ein Schicksal, was vor Andern Etwas voraus hätte. Md. Crat. Vict. 1. *aut.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *ac,* quod utrumque, nempe *propriam* et *praecipuam,* idem fere significat. — *praestare,* was ich aber in Hinsicht meiner Person verbürgen kann.

L. Munatio *PLANCO.* Dieser diente unter Cäsar als Legat im Gallischen Kriege (S. Caes. de B. Gall. V, 24.); nach Cäsars Tode ward er vermöge der vom Senat bestätigten Lex Iulia Statthalter in Gallia transalpina, Dec. Brutus in G. cisalpina. Als die Freiheit zu siegen schien, erklärte er sich für den Rath und wider Antonius (s. ad Div. X, 24). Im Consulat hatte er, weil Brutus früher umkam, anno 712 den Triumvir Lepidus zum Collegen. In den hierauf folgenden Kriegen hielt er es mit Antonius, ging aber beim Glückswechsel desselben zum Octavian über, brachte den Namen August in Vorschlag und erhielt von diesem hohe Ehrenämter, ohne dessen Vertrauen ie zu gewinnen. So erging es dem Wankelmüthigen mit Recht! Diess machte ihn aber so missmüthig, dass er nach Griechenland auswandern wollte, wovon ihm iedoch Horaz Od. I, 7. abräth. Vorliegender erster Brief an Plancus ist unter Cäsars drittem Consulate während des Africanischen Krieges geschrieben, als Plancus beim Cäsar in Africa war. S. Hirt. Bell. Afric. c. 4. Dagegen sind die 10 Briefe von Plancus an Cicero, die 13 von Cicero an Plancus und 1 Brief von diesem an den Senat, die sich im 13. Buche ad Famil. befinden, alle aus der Zeit nach Cäsars Tode.

a patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum non iis modo causis, quae speciem habeant magnae coniunctionis, sed iis etiam, quae familiaritate et consuetudine tenentur: quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo et summam fuisse. Ab his initiis noster in te amor profectus auxit paternam necessitudinem et eo magis, quod intellexi, ut primum per aetatem iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, me a te in primis coeptum esse observari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum quum studiorum, quod ipsum est per se grave: tum eorum studiorum earumque artium, quae per se ipsae eos, qui voluntate eadem sunt, etiam
2 familiaritate devinciunt. Exspectare te arbitror, haec tam longe repetita principia quo spectent. Id primum ergo habeto, non sine magna iustaque causa hanc a me commemorationem esse factam. C. Ateio Capitone utor familiarissime. Notae tibi sunt varietates meorum temporum. In omni genere et honorum et laborum meorum et animus et opera et auctoritas et gratia, etiam res familiaris C. Capitonis praesto fuit et paruit et tempori-
3 bus et fortunae meae. Huius propinquus fuit T. Antistius: qui quum sorte quaestor Macedoniam obtineret

---

1. *a patre relicti sunt.* Cicero enim, ut ipse ait ad Famil. X, 3., cum Planci domo et Lucio Planco patre senatore necessitudinem habuit constitutam, ante aliquanto quam natus esset. *SCH.* — *iis* Md. Crat. Vict. 1. 2. — *iis modo.* Sic Neap. *his* Cett. — *habent* Crat. — *iis etiam.* Md. Vict. 2. *his.* — *famil. et consuet.* eine Hendiadys st. familiari consuetudine. — *tenentur.* Ern. Sch. Lün. *teneantur* wegen *habeant.* — *per aetatem,* vermöge Deiner Iahre. — *artium,* philosophiae, oratoriae; nam Plancus insignis orator fuit.

2. *principia,* Eingang des Briefs. — *habeto* = scito. Ein gewisser Antistius, der einige Zeit wider Cäsar gedient, aber von ihm die Erlaubniss erhalten hatte, nach Rom zurückzukehren, war auf dem Wege gestorben. Dieser hatte dem Capito fünf Sechstel seines Vermögens vermacht; wesshalb Cicero den Plancus inständig bittet, es beim Cäsar durchzusetzen, dass Capito diese Erbschaft antreten dürfe; über das letzte Sechstel der Erbschaft sei so disponirt, dass es täglich confiscirt werden könne. Ueber C. Ateius Capito, den Cäsarianer, s. ad Divers. VIII, 8. (223 h. ed.) — *varietates meorum temporum.* Non solum hic exsilium significat, sed omnes rerum suarum vicissitudines. *SCH.* — *laborum,* quos ei Clodius potissimum contraxerat. *SCH.* — *paruit,* wie Orat. pro Deiotar. c. 5. *utilitatibus tuis paruit.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Bened. Sch. Lün. *patuit* Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. *OR.* — *tempor.,* Lagen.

3. *Titus Antistius,* quaestor Macedoniae initio belli civilis, Corcyrae mortuus est. Pater consularis fuisse videtur, quem

neque ei successum esset, Pompeius in eam provinciam cum exercitu venit. Facere Antistius nihil potuit. Nam, si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, quam ad Capitonem, quem ut parentem diligebat, reverti; praesertim *quum* sciret, quanti is Caesarem faceret semperque fecisset. Sed oppressus tantum attigit negotii, quantum recusare non potuit. Quum signaretur argentum Apollo- 4
niae, non possum dicere eum praefuisse neque possum negare affuisse, sed non plus duobus, an tribus mensibus. Deinde afuit a castris: fugit omne negotium. Hoc mihi ut testi velim credas: meam enim ille maestitiam in illo bello videbat, mecum omnia communicabat. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longissime a castris, non modo ut non praeesset ulli negotio, sed etiam ut ne interesset quidem. Is post proelium se ad hominem necessarium, A. Plautium, in Bithyniam contulit. Ibi eum Caesar quum vidisset, nihil aspere, nihil acerbe dixit, Romam iussit venire. Ille in morbum continuo incidit, ex quo non convaluit. Aeger Corcyram venit: ibi est mortuus. Testamento, quod Romae Paullo et Marcello consulibus fecerat, heres ex parte dimidia et tertia est Capito: in sextante sunt ii, quorum pars

---

laudat Velleius II, 43. — *neque ei success. esset*, und er in diesem Amte von einem Nachfolger noch nicht abgelöset war. — *Facere...nihil* contra Pompeium *potuit*. Remanendum ei erat ibi et pro Pompeio pugnandum, qui ex Italia pulsus eo venerat. *Facere* = se opponere Pompeio non potuit. — *antiquius* i. e. pluris fecisset. — *praesertim quum*. Ex antiquo suppl. Edd. om. *quum* Md. *OR.* — *oppressus* a Pompeio, vom Pompeius überrascht, überwältigt, nahm er an dessen Händeln nur gerade so vielen Antheil, als er vermöge seines Quästoramtes nicht ausschlagen konnte.

4. *quum sign. arg.* iussu Pompeii. — *Apolloniae*, der aus der Apostelgeschichte bekannten Stadt Macedoniens, deren Einwohner Makrobii genannt wurden. — *praef.*, dass er die Aufsicht darüber gehabt. — *affuisse*. Neap. Asc. 1. Lamb. *eum aff.* — *an*. Neap. Asc. 1. Crat. Man. Lamb. *aut*. cfr. Hand Tursell. 1. *p.* 300. *OR.* Vgl. Ramsh. §. 174, 3, d, Not. 2. 3. — *quo*, Lamb. *quam. OR.* — *post proelium* Pharsalicum. — *ad hom. nec.* Md. *ad hominem se nec.* An *sibi nec.? ORELLI.* — *A. Plautium* Caesarianum, qui tum Bithyniam et Pontum pro praetore obtinebat. *SCH.* — *in Bithyniam*, einer Römischen Provinz, welche den grössten Theil der unmittelbar am schwarzen Meere gelegenen Länder Kleinasiens in sich begriff. — *vidisset* post bellum Alexandrinum, quum contra Pharnacem pugnaret. — *Paullo et Marcello consul.*, also 704, , im Iahre vor dem Anfange des Bürgerkrieges. — *ex parte dimidia et tertia*, von fünf Sechstel. Quum tota hereditas s. as dividatur in XII uncias, pars dimidia et tertia idem est ac semissis et triens h. e. dextans; nostri dicerent $\frac{10}{12}$ vel $\frac{5}{6}$ totius

sine ulla cuiusquam querela publica potest esse: ea est
5 ad HS xxx. Sed de hoc Caesar viderit. Te, mi Plance,
pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studiis
et omni cursu nostro totius vitae simillimo rogo et a te
ita peto, ut maiore cura, maiore studio nullam possim,
ut hanc rem suscipias, meam putes esse, enitare, conten-
das, efficias, ut mea commendatione, tuo studio, Caesaris
beneficio hereditatem propinqui sui C. Capito obtineat.
Omnia, quae potui in hac summa tua gratia ac potentia
a te impetrare, si petiissem, ultro te ad me detulisse pu-
6 tabo, si hanc rem impetravero. Illud fore tibi adiumento
spero, cuius ipse Caesar optimus esse iudex potest: sem-
per Caesarem Capito coluit et dilexit. Sed ipse huius
rei testis est: novi hominis memoriam. Itaque nihil te
doceo. Tantum tibi sumito pro Capitone apud Caesarem,
7 quantum ipsum meminisse senties. Ego quod in me ipso
experiri potui, ad te deferam: in eo quantum sit ponde-
ris, tu videbis. Quam partem in re publica causamque
defenderim, per quos homines ordinesque steterim quibus-

---

hereditatis. *SCH.* — *in sextante sunt ii* cet., das übrige Sechstel ist Personen vermacht, die sich nicht beklagen könnten, wenn es zum Fiscus gezogen würde, d. i. wenn Cäsar es confisciren wollte, vermuthlich weil diese Nebenerben lauter erklärte Pompeianer waren. — *ea est ad HS. xxx*, es beläuft sich auf drei Millionen Sestertien = 300,000 Fl. Rheinl. Lamb. liest *HS* XXXCD. — *viderit*, doch das bleibt Cäsarn anheim gestellt.

5. *pro pat. nec.*, bei der vom Vater auf Dich vererbten Freundschaft. S. d. Anf. des Br. — *nostro*, Lamb. *nostrae*. — *nullam* scil. rem petere *possim*. Sic Md. Vict. 2. Bened. *non* Lamb., ut *Libr.* 12. *Ep.* 24. *nihil* Luen. de Ern. susp. *OR.* — *esse* del. Lamb. — *tuo studio*, durch Deine Verwendung. — *tua gratia ac pot.*, qua es apud Caesarem, bei der grossen Gunst und Vielvermögenheit, worin Du bei Cäsar stehst. Eine Hendiadys statt tua tam potenti gratia. — *ultro* = sponte, non rogatum, ungebeten. — *detul.*, Du habest Alles für mich gethan.

6. *Illud fore tibi adium. spero*, hoffentlich wird Dir Etwas hiebei zu Statten kommen, wovon. — *Sed ipse*, Caesar. — *memoriam*, d. i. ich weiss, dass dessen Gedächtnisse Nichts entfällt. In Orat. pro Ligar. c. 12. Cicero ait Caesarem *oblivisci nihil solere nisi iniurias. SCH.* — *nih. te doceo*, darum sag' ich Dir hierüber Nichts näheres. — *tantum tibi sumito*, suche desshalb bei Cäsar zu Capito's Gunsten nur so Viel geltend zu machen, als.

7. *ad te deferam*, Crat. *referam*, ich will Dir eröffnen. — *ponderis*, in Rücksicht auf Capito's Anliegen. — *Quam partem*, nämlich der republicanischen oder senatorischen Partei. — *per quos homines*, per Pompeium, Lentulum Spintherem, Marcellum cet. — *ordines* i. e. maximam senatorum et equitum partem. — *steterim*, ich aufrecht gehalten bin. Diess bezieht sich auf

que munitus fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas: si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Caesaris voluntate, — quod intellexerim scire ipsum Caesarem me invitissimum fecisse, — id fecisse aliorum consilio, hortatu, auctoritate: quod fuerim moderatior temperatiorque, quam in ea parte quisquam, id me fecisse maxime auctoritate Capitonis: cuius similes si reliquos necessarios habuissem, rei publicae fortasse nonnihil, mihi certe plurimum profuissem. Hanc rem, mi Plance, si 8
effeceris, meam de tua erga me benevolentia spem confirmaveris, ipsum Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris.

EPISTOLA CCCCXXXV. (ad Div. XIII. 78.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Petit, ut Democritum Sicyonium in suam fidem recipiat. 1 — 2.

M. CICERO ALLIENO S.

Democritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contingit, Graecis praesertim, valde familiaris. Est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas et observantia:

---

seine Rückberufung aus dem Exsil u. s. f. — *munitus*. Manut. susp. *inimicus*. Die wichtigsten und bedeutendsten unter Cicero's Freunden waren Cäsars erklärte Gegner. — *id* me *fecisse*. Sic coni. in Marg. 1584 Ern. Sch. Lün. *feci* Cett. cum Md. *OR*. — *temper.*, besonnener.

8. *confirm.*, bestärken. — *adiunxeris*, und wirst an Capito... einen Freund gewinnen. Adiunxit, et ita quidem, ut eius apud Plancum opera in Attici re Cicero sit usus, quod eius ad Capitonem epistola declarat Libr. XVI ad Attic. (DCCXL. h. ed.) *MANUT.*

A. ALLIENUS, 705 Prätor, als Cäsar den Pompeius aus Italien vertrieb. Durch die Umstände genöthigt trat er auf Cäsars Seite und stand im Anfange des Iahrs 708 während des Africanischen Krieges als Proconsul in Sicilien, von wo er dem Cäsar auf dessen dringenden Befehl zwei Legionen und achthundert Reiter nach Africa schickte. S. Hirt. Bell. Afric. c. 28. 34. Als aber nach Cäsars Ermordung sich einige Hoffnung zur Freiheit wieder zeigte, wollte er, der als Legat unter dem Trebonius diente, unter Dolabella, dem Mörder desselben nicht dienen; sondern ging mit vier Legionen zum C. Cassius nach Syrien über. S. Philipp. XI, 13. ad Divers. XII, 11.

1. *contingit*. Md. Vict. 2. *contigit*. — *praeter cet.*, Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *prae ceteris*. *OR*. „vor Andern.“ — *colit* honore; *observat*

meque praeter ceteros et colit et observat et diligit. Eum tu non modo suorum civium, verum paene Achaiae
2 principem cognosces. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio: cognitum, per te ipsum, quae tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio indicabis. Peto igitur a te, ut, his literis lectis, recipias eum in tuam fidem; polliceare omnia te facturum mea causa. De reliquo, si, id quod confido, fore dignum eum tua amicitia hospitioque cognoveris: peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

EPISTOLA CCCCXXXVI. (ad Div. XIII. 79.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

C. et M. Avianos, C. Aviani filios, commendat.

M. CICERO S. D. ALLIENO PROCOS.

Et te scire arbitror, quanti fecerim C. Avianum Flaccum: et ego ex ipso audieram, optimo et gratissimo homine, quam a te liberaliter esset tractatus. Eius filios dignissimos illo patre meosque necessarios, quos ego unice diligo, commendo tibi sic, ut maiore studio nullos commendare possim. C. Avianus in Sicilia est: Marcus est nobiscum. Ut illius dignitatem praesentis ornes, rem utriusque defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in ista provincia facere nihil potes. Idque ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

---

assiduitate et officio. Allienus war in Cäsars Namen, wie sich aus dem folgenden Briefe ergibt, um diese Zeit Statthalter auf Sicilien und führt bald den Titel Prätor, bald den Titel Proconsul beim Hirt. de B. Afr.

2. *patefacio et munio* st. patefacere et munire velim, diesem möcht' ich durch diesen Brief nur Zutritt zu Deiner Bekanntschaft eröffnen und bahnen wollen. — *cognitum*, kurz für simul ut eum cognoveris. — *quae tua natura est* = pro tua natura, vermöge Deines guten Gemüths. — *fidem*, Schutz. — *Erit id mihi . . gratum*, Du wirst mich dadurch sehr verbinden.

1. *C. Avianum Flaccum*, patrem, qui iam mortem obierat, quum haec epistola scripta est. Hunc ep. CCXXXI. Titio commendaverat. — *commendo tibi*, qui Siciliae praees. — *illius* Aviani, qui in Sicilia est apud te.

EPISTOLA CCCCXXXVII. (ad Div. XIII. 10.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Marco Bruto Cisalpinae Galliae praefecto quaestorem suum Varronem commendat. 1—4.

CICERO BRUTO S.

Quum ad te tuus quaestor, M. Varro, proficisceretur, commendatione egere eum non putabam. Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum: qui, ut te non fugit, hanc quaesturae coniunctio-

---

BRUTO. Dieser heisst vollständig M. Iunius Brutus, der Sohn eines Rechtsgelehrten (s. Brut. c. 14. 62. Cornel. Nep. Attic. 18. Philipp. I, 6. Dionys. Halic. VI.) und der von Cäsar geliebten Servilia (s. Sueton. Caes. c. 82.), ein Bruder der an C. Cassius vermählten Tertia oder Tertulla (s. ad Div. V, 6. ad Attic. XIV, 4. 20. XV, 11. Suet. Caes. 60.). Cicero benannte sein Buch de claris Orat. nach ihm Brutus, und schrieb ihm auch seinen Orator zu. Wie sehr er ihn schätzte, äussert er überdiess in seinen Briefen. Im Bürgerkriege hielt Brutus sich zum Pompeius; nach dem Pharsalischen Treffen aber verzieh der Sieger Cäsar ihm nicht nur, sondern ernannte ihn sogar zum Proprätor von Gallia Cisalpina (s. ad. Div. VI, 6.) und nicht lange nachher, etwa zwei Iahre später, zum Prätor in Rom, welche Würde er an der Spitze der Mörder bei Cäsars Ermordung bekleidete. Doch erhielt Rom seine Freiheit nicht wieder. Sowohl er, als die andern Mörder des Dictators mussten vor Antonius aus Rom fliehen. Sie brachten in Griechenland und Asien eine Armee zusammen, und vereinigten sich in Macedonien. Die beiden Triumviri Antonius und Octavian zogen gegen sie zu Felde. Brutus und Cassius ermordeten sich nach der unglücklichen Schlacht bei Philippi (s. Liv. Epit. 124.) und Octavian schickte den Kopf des ersteren nach Rom und liess ihn an den Fuss der Bildsäule des ermordeten Cäsars hinwerfen. Die fünf Empfehlungsschreiben im XIII. B. ad Div. von Cicero an diesen Brutus gehören sämmtlich dem Iahre 708 an, als der letztere Statthalter in Gallia Cisalpina war. Denn die Correspondenz ward nach dem unter Lepidus, Antonius und Octavianus errichteten Triumvirate durch Ciceros Ermordung beschlossen.

1. *tuus quaestor, M. Varro.* Dieser Varro kann nur ein Anverwandter des gelehrten Polygraphen M. Terentius Varro, nicht aber dieser berühmte Mann selbst gewesen sein. Denn der lebte in diesem Iahre in Italien und zwar ganz den Wissenschaften, wie Brief 439, 440. bezeugen. Ueberdiess hätte der fast siebzigiährige Greis, der neulich Legat des Pompeius Magnus gewesen war, die Quästur, das erste öffentliche Amt, womit ein iunger Römer seine Laufbahn in der Republik begann, und zwar unter dem viel iüngern Statthalter Brutus wohl nicht annehmen mögen. Endlich passt kein Zug im vorliegenden Briefe auf diesen Varro, von welchem zu ep. 431 im Anf. die Rede war. — *hanc quaest.... esse,* dass die Verbindung mit unseren Quästoren dem natürlichen

nem liberorum necessitudini proximam voluit esse. Sed quum sibi ita persuasisset ipse meas de se accurate scriptas literas maximum apud te pondus habituras a meque contenderet, ut quam diligentissime scriberem: malui facere, quod meus familiaris tanti sua interesse
2 arbitraretur. Ut igitur debere me facere hoc intelligas, quum primum M. Terentius in forum venit, ad amicitiam se meam contulit. Deinde, ut se corroboravit, duae causae accesserunt, quae meam in illum benevolentiam augerent: una, quod versabatur in hoc studio nostro, quo etiam nunc maxime delectamur, et cum ingenio, ut nosti, nec sine industria; deinde, quod mature se contulit in societates publicanorum: quod quidem nollem; maximis enim damnis affectus est. Sed tamen *causa* communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde versatus in utrisque subselliis optima et fide et fama iam ante hanc commutationem rei publicae petitioni sese dedit honoremque hone-
3 stissimum existimavit fructum laboris sui. His autem temporibus a me Brundisio cum literis et mandatis profectus ad Caesarem est: qua in re et amorem eius in suscipiendo negotio perspexi et in conficiendo ac renuntiando fidem. Videor mihi, quum separatim de probitate

Verhältnisse zwischen Vater und Sohn so nahe als möglich kommen soll. Nempe quaestor proconsulem aut propraetorem, cui sorte obtigerat, in parentis loco colere debebat. *SCH.* Vgl. Orat. p. red. in Senat. c. 14. qui si mihi quaestor imperatori fuisset, in filio loco fuisset cet. — *a meque.* S. Ramsh. §. 179, B. a, 1.

2. *intelligas,* supplire scito, so lass Dir sagen. — *in forum venit,* sobald er das Forum betrat d. i. sobald er die männliche Toga bekommen hatte, causas in iudiciis agere coepit. — *ut se corrob.,* als er zu reiferen Iahren gelangt war, ut coepit esse aliqua auctoritate. — *augerent,* Graev. *auxerunt.* — *in hoc studio nostro* eloquentiae forensis, philosophiae. — *et* quidem *cum ingenio,* mit vieler Fähigkeit, bonitate naturae im Gegens. von industria s. ars et diligentia, Anstrengung. — *quod quidem nollem,* was mir leid für ihn thut. — *causa* ex antiquo suppl. Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. cfr. Rost *Spec.* 2. *p.* 10. om. *causa* Md. Vict. 2. Bened. *ORELLI.* „seine Gemeinschaft mit einem Stande, für den ich immer die grösste Achtung trug." — *ordinis* equestris, quo ex ordine fere erant publicani. *SCH.* — *in utrisque subselliis,* auf beiden Bänken, nämlich sowohl der Sachwalter als der Richter. Sensus: quum iudicem et patronum ageret. Nam *fides* est patroni; *fama* iudicis integri et iusti. *ERN.* — *petitioni sese dedit,* fing er an zur Bewerbung um die Quästur, der ersten Stufe zu den Staatsämtern in Rom, sich anzuschicken.

3. *in conf. ac renunt.,* in der Ausführung dieses Geschäfts und beschleunigter Rück-Ueberbringung des erhaltenen Bescheids.

eius et moribus dicturus fuissem, si prius causam, cur eum tanto opere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse. Sed tamen separatim promitto in meque recipio fore eum tibi et voluptati et usui. Nam et modestum hominem cognosces et pudentem et a cupiditate omni remotissimum; praeterea magni laboris summaeque industriae. Neque ego haec 4
polliceri debeo, quae tibi ipsi, quum bene cognoris, iudicanda sunt; sed tamen in omnibus novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit et qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur. Quod ego his literis efficere volui: etsi id ipsa per se necessitudo quaesturae effecisse debet. Sed tamen nihilo infirmius illud, hoc addito. Cura igitur, si me tanti facis, quanti et Varro existimat et ipse sentio, ut quam primum intelligam hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum et ipse sperarit nec ego dubitarim.

EPISTOLA CCCCXXXVIII. (ad Div. V. 21.)

Scr. Romae initio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Mescinio Rufo sui videndi cupido mutua se teneri cupiditate significat eumque hortatur, ut temporum acerbitatem literarum studiis et optimae conscientiae recordatione mitiget. 1—5.

M. CICERO S. D. L. MESCINIO.

Gratae mihi tuae literae fuerunt; ex quibus intellexi, quod etiam sine literis arbitrabar, te summa cupiditate affectum esse videndi mei. Quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam: nam tecum esse, ita mihi omnia, quae opto, contingant, ut vehementer velim! Etenim

— *in meque recipio* i. e. praesto, ich stehe dafür. Ueber *in meque* s. Ramsh. §. 179, B, a, 1. — *pudentem.* Sic de Corradi coniectura Sch. Lün. cfr. *Ep.* 21. *prudentem* Ceteri cum Md. — *a cup. o. remot.*, den uneigennützigsten, aller Eigennützigkeit abgesagtesten Mann.

4. *Neque ego ... debeo,* ich sollte Dir zwar Nichts von Dem versprechen, was. — *effecisse.* Crat. Graev. Ern. Lün. *efficere* contra Md. *OR.*, obwohl das Verhältniss der Quästur für sich selbst diese Wirkung gethan haben muss. — *sed tamen . . . addito.* Doch wird iene Wirkung des amtlichen Verhältnisses durch das Hinzukommen dieser meiner Empfehlung wenigstens um Nichts geschwächt werden. Correctio occupationis!

L. MESCINIO, Ciceronis quaestor qui fuit in Cilicia. Vid. ep. CCCII. initio. CXCVIII, 4. CCCLXXIII.

1. *sine literis,* ohne schriftliche Versicherung. — *non concedam,* was ich um so lieber vernehme, als ich Dir hierin Nichts nachgebe. — *ita . . . contingant, ut.* Ueber diese Versicherungs-

quum esset maior et virorum et civium bonorum et iucundorum hominum et amantium mei copia, tamen erat nemo, quicum essem libentius, quam tecum; et pauci, quibuscum essem aeque libenter: hoc vero tempore, quum alii interierint, alii absint, alii mutati voluntate sint, unum, medius fidius, tecum diem libentius posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario Noli enim existimare mihi non solitudinem iucundiorem esse, qua tamen ipsa uti non licet, quam sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto uno
2 aut summum altero. Itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, literulis nostris, praeterea conscientia etiam consiliorum meorum. Ego enim is sum, quemadmodum tu facillime potes existimare, qui nihil unquam mea potius, quam meorum civium causa fecerim: cui nisi invidisset is, quem tu nunquam amasti, — me enim amabas — et ipse beatus esset et omnes boni. Ego sum, qui nullius vim plus valere volui, quam honestum otium: idemque, quum illa ipsa arma, quae semper timueram, plus posse sensi, quam illum consensum bonorum, quem

---

formel siehe Ramsh. §. 166, 3, N. 2. Grotef. §. 384. Anm. 5. — *vir. bon.* qui vitae honestatem tuentur, ut privati; *civ. bonor.* qui optimum civitatis statum tuentur. — *interierint,* insignes quidam et consulares, M. Calpurnius Bibulus, L. Domitius Ahenobarbus, L. Cornelius Lentulus, P. Lentulus; praeterea C. Curio tribunitius. *MANUT.* — *absint* z. B. P. Scipio, des Pompeius Schwiegervater, mit Cato in Africa, den Krieg wider Cäsar erneuernd; M. Marcellus auf Rhodus oder zu Mytilenä; M. Brutus als Statthalter in Gallien, Serv. Sulpicius in Griechenland. *posuerim,* möcht' ich lieber einen einzigen Tag mit Dir zurücklegen, bei Dir verwenden, hinbringen. Vgl. Brut. 22. ad Attic. VI, 2. ad Divers. XIII, 64. Ein vom Anlegen des Geldes entlehnter Ausdruck. S. Horat. Ep. II, 70. Cic. Verr. III, 70. ad Quint. Fratr. III, 1, 2. Vielleicht auch = condere diem in Plin. ep. IX, 36. Horat. Od. IV, 5, 29. Virgil. Eclog. IX, 52. — *quib. viv. nec.,* mit denen ich zu leben gezwungen bin.

2. *consil. meor.,* meiner Absichten. — *is sum, qui.* S. Ramsh. §. 184, 3. u. Grot. §. 432, Anm. 2. — *nisi invid. is.* Pompeium, opinor, designat, a quo se proditum contra fidem datam saepe queritur. *MANUT.* — *beatus esset.* Hoc dicit: si mecum ad tuendam libertatem consensisset neque perniciosam rei publicae cum Caesare societatem coiisset, non modo viveret, sed beatus esset et cum eo omnes boni. *MANUT.* — *quam honestum otium,* „dass irgend Iemand durch blosse Gewalt mehr vermöchte, als ein Privatmann durch sein blosses Ansehen.„ Hiermit meint er sich, indem er als blosser Senator bloss durch seinen Einfluss auf die Freunde der Republ. u. Ritterschaft sich der Verbindung des Cäsars, Pompeius und Crassus 695, obwohl vergeblich, widersetzt hatte. — *arma* Caesaris. — *quavis tuta cond.,* auf iede leidliche und sichere Bedingung. — *coram* disserere, exponere.

ego idem effeceram: quavis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. Sed et haec et multa alia coram brevi tempore licebit. Neque me 3
tamen ulla res alia Romae tenet, nisi exspectatio rerum Africanarum: videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. Puto autem mea nonnihil interesse: quamquam id ipsum, quid intersit, non sane intelligo: verumtamen, quidquid illinc nuntiatum sit, non longe abesse a consiliis amicorum. Est enim res iam in eum locum adducta, ut, quamquam multum intersit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed plane animus, qui dubiis rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum: quem etiam tuae superiores literae confirmarunt, quibus intellexi, quam fortiter iniuriam ferres: iuvitque me tibi quum summam humanitatem, tum etiam tuas literas profuisse. Verum enim scribam: teneriore mihi animo videbare, sicut omnes fere, qui vita ingenua in beata civitate et in libera viximus. Sed, ut illa secunda moderate tuli- 4

3. *Romae tenet.* Weitläuftiger erklärt er sich hierüber ep. 410, 2, 3. — *rerum Afric.*, wie die Sachen in Africa ablaufen werden, wo Cäsar gegen Scipio u. Cato focht. — *in prop. .. discrimen*, der Entscheidung nahe gebracht. — *verumtamen* puto . . . *non longe abesse* debere *a consil. am.*, dennoch aber glaub' ich, dass wir, was für Nachrichten wir auch von daher bekommen mögen, dem Rathe uns'rer Freunde nicht zu weit aus dem Wege gehen, sondern in der Nähe derselben bleiben müssen. Denn es möchte sich noch Schlimmes ereignen. *abesse velim* Crat. — *adducta*, Mart-Lag. Sch. Lün. *deducta*, weil *adducta* kurz vorher dagewesen ist. „Denn die Sache ist bereits dahin gekommen.“ — *inter victorias.* Möge siegen Wer da wolle; es werde doch scharf hergehen! — *desperatis* rebus, seit sie verzweifelt stehen. — *quibus*, Lamb. *ex quibus intellexi.* — *iniuriam* tibi illatam. Urbe carebat Mescinius; hac illi, ut opinor, a Caesare poena imposita, quia Pompeium Cicerone auctore initio belli secutus esset. Nam quin hoc tempore fuerit in Italia, dubitandum non est, quum subiungat Cicero: *ad te veniam brevi.* — *Iniuriam* igitur, quod urbe immerito careret. Sic ad Caecinam eadem de causa exsulantem ep. 5. libr. VI: *haerere non potest in tam bonis civibus tam acerba iniuria. MANUT.* Dass Mescinius nur aus Rom verwiesen, aber doch in Italien gewesen sei, ergibt sich auch aus ep. XIII, 26 (491). — *iuvitque me*, „und es freuete mich“ mit folg. Subiectsinfinitiv. — *human. . . . literas.* Naturam et doctrinam laudat, quarum altera efficiat, ut pacatiore animo Mescinius iniuriam ferat; altera, ut humana omnia, quum absit culpa, ne putet in malis esse numeranda. *MANUT.* — *human.*, Deine Bildung. — *qui vita ing. . . . viximus*, die wir ein freibürgerliches Leben von den Zeiten des freien und seligen Staats her gewohnt waren. —

4. *illa secunda* = *illam secundam* (fortunam) wie Mart.-

mus: sic hanc non solum adversam, sed funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus; ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus, propterea quod nullum sensum esset habitura, nunc sic affecti non modo contemnere
5 debeamus, sed etiam optare. Tu, si me diligis, fruere isto otio tibique persuade praeter culpam ac peccatum, qua semper caruisti et carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum. Ego, si videbitur recte fieri posse, ad te veniam brevi: si quid acciderit, ut mutandum consilium sit, te certiorem faciam statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, ut istinc te ne moveas tam infirma valetudine, nisi ex me prius quaesieris per literas, quid te velim facere. Me velim, ut facis, diligas valetudinique tuae et tranquillitati animi servias.

EPISTOLA CCCCXXXIX. (ad Div. IX. 3.)

Scr. Romae circa Idus Apriles A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Iturum se ad Varronem scribit; veretur autem, si Baias proficiscantur, ne sint, qui id reprehendant. Se vero barbarorum voces contemnere. 1—2.

CICERO VARRONI.

Etsi, quid scriberem, non habebam, tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? Quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. Etsi vide, quaeso, satisne rectum sit, nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse. Dabimus sermonem iis, qui

---

Lag. Sch. Lün. wollten im Gegens. von *adversam . . . eversam fort.* Cicero liebt das nachdrückliche, mehrumfassende Neutrum Adiectivi. S. Ramsh. §. 203, 1, a, 5. 105, N. 152. d. Vgl. zur Sache Horat. Carm. II, 3. 11. u. s. w. — *non solum . . sed* etiam. S. Ramsh. §. 181, B, 1, Not. Anm. c. Cratandr. Lamb. *sed etiam.* — *etiam beati,* auch in glücklichen Umständen, im Gegens. von *sic affecti,* so vom Schicksale mitgenommen, so von Leiden befangen. — *propterea quod* cet., zumahl da alles Gefühl bei ihm aufhört. Vgl. Tuscul. I. Ueber *propt. q.* s. Ramsh. §. 187, II, 2. — *debeamus,* Lamb. *audeamus.*

5. *fruere isto otio,* lass Dir die Ruhe wohl bekommen, die Dir gelassen wird. — *qua,* Crat. Lamb. *quo semper.* S. Ramsh. §. 96, 1, a. 159, 2, f. — *recte,* mit Sicherheit. — *consilium* ad te veniendi. *ita,* nur bis zu dem Grade, mit der Beschränkung, ea lege. — *istinc,* von der Stelle. — *servias* = consulas, prospicias.

VARRONI. S. zu ep. CCCCXXXI im Anf.

1. *quid.* Ern. Bened. Sch. Lün. *quod scrib.* contra Md. — C. *Caninio* Gallo, qui 698 tribunus plebis fuit. Vid. ep. CXCIX, u. CXXVI, 4. — *non potui nihil dare,* es war mir unmöglich Nichts mitzugeben. S. Ramsh. §. 173, 3. Grotef. §. 337. — *vide, ne.* S.

nesciunt, nobis, quocunque in loco simus, eundem, cultum, eundem victum esse. Quid refert? tamen in sermonem incidemus. Valde id, credo, laborandum est, ne, quum omnes in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur, nostra nobiscum aut inter nos cessatio vituperetur. Ego vero, ne- 2 glecta barbarorum inscitia, te persequar. Quamvis enim sint haec misera, quae sunt miserrima; tamen artes nostrae nescio quo modo nunc uberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant: sive quia nulla nunc in re alia acquiescimus, sive quod gravitas morbi facit, ut medicinae egeamus, eaque nunc appareat; cuius vim non sentiebamus, quum valebamus. Sed quid ego nunc haec ad te, cuius domi nascuntur? *γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας*. Nihil scili-

---

Ramsh. §. 193, I, 3. — *incendio*, calamitate publica, „während die Republik an allen Orten und Ecken brennt.“ Noch war keine Nachricht von Cäsars Siege in Africa eingelaufen; wie man aus dem 440. Br. *Etsi erat ἕωλος* u. s. w. ersieht. — *in istis locis*, an solchen Orten, wie Baiae, wo es so lustig zugeht. Nempe Baiis, quo ut secum iret, Varro Ciceronem invitaverat; quod perspicitur ex epistola sequenti. *SCH.* Baiä war bekannter Massen wegen der daselbst herrschenden üppigen Lebensart der verschrieenste Ort in ganz Italien. S. ep. 121, 2. 650. 767. — *Dabimus sermonem iis*, wir werden Denen Was zu reden geben. — *victum esse* ideoque in nos voluptariae illius vitae, quam alii Baiis agunt, nullam cadere suspicionem. *SCH.* — *Quid refert?* doch was verschlägt's, was hilfts? — *valde id, credo* ironice dicta. — *ne, quum omnes.* Puto Ciceronem scripsisse *homines*, ut significet tantum istos vituperatores, quos paulo post *barbaros* vocat. Certe nimis esset iniquum atque invidiosum, si praeter se et Varronem ceteros omnes in omni genere scelerum et flagitiorum volutari diceret. *SCH.* — *nostra .. cessatio*, unser stilles enthaltsames Leben. otium, quod nos soli communiter consumimus colloquendo et disputando, non cum aliis per epulas et similia. *ERNESTI.*

2. *Ego vero . . te persequar*, indessen werd' ich trotz des Unverstandes solches rohen Volks Dich aufsuchen, wo ich Dich finden möge. — *Quamvis enim . . . miserrima,* denn obgleich Nichts iämmerlicher sein kann, als der Iammer dieser Zeit. — *artes nostrae*; er begreift darunter alle Zweige der Literatur u. Philosophie, deren Studium und Bearbeitung er mit seinem gelehrten Freunde theilte. — *uberiores fructus*; libros a se et Varrone scriptos innuit omninoque frequentius cum literis, philosophia praesertim, commercium. *SCH.* — *acquiesc.*, Beruhigung finden. — *medicinae,* Vict. 2. Lamb. *medicina.* S. Ramsh. §. III. 4. 114, 1, N. 1. Grotef. § 242, 4. — *eaque nunc appareat*, und dass deren Bedürfniss ietzt einleuchtet. Figura Metaphora! — *cuius domi nasc.*, dem es auf eigenem Boden zuwächs't. — *γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας, noctuam Athenas* scil. porto s. mitto. Proverbium de iis, qui frustra operam sumunt. *LÜNEM.* „Das heisst Eulen nach Athen tragen!“ Ein Sprichwort von unnöthiger Mühe. Denn man sah nirgends so viel Eulen als in Athen, wo sie sogar auf allen Bildern ihrer Schutz-

cet, nisi ut rescriberes aliquid, me exspectares. Sic igitur facies.

EPISTOLA CCCCXL. (ad Div. IX. 2.)

Data Romae mense Aprili paucis diebus post antecedentem A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Exponit, cur adhuc Romae manserit, Varronemque iter ad Baias differre vult; suum denique studium cum Varrone in literis vivendi, rei publicae autem, si usus venerit, iuvandae declarat 1—5.

CICERO VARRONI.

Caninius idem [*tuus*] et idem noster, quum ad me pervesperi venisset et se postridie mane ad te iturum esse dixisset: dixi ei me daturum aliquid; mane ut peteret, rogavi. Conscripsi epistolam noctu: nec ille ad me rediit: oblitum credidi. Attamen eam ipsam tibi epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem postridie te mane e Tusculano exiturum. At tibi repente paucis post diebus, quum minime exspectarem, venit ad me Caninius mane: proficisci ad te statim dixit. Etsi erat ἕωλος illa epistola, praesertim tantis postea novis rebus allatis, tamen perire lucubrationem meam nolui et eam ipsam Caninio dedi: sed cum eo ut cum homine docto et [*tui*] amantissimo locutus ea sum, quae pertulisse illum ad te existimo.

---

göttinn und auf allen ihren Münzen zu sehen waren. Vgl. ep. 141, 5. — *Nihil scil., nisi*, auch hab' ich keine andere Absicht dabei, als.

1. Caninius. S. vorig. Br. §. 1. — *idem* [*tuus*] *et idem noster*. Abest *tuus* a Md. Vict. 1. 2. Bened. Ut nos, Crat. Lamb. Graev. = *tuus idem, et id n.* Ern. Sch. *tuus et idem n.* Lün. *OR. pervesperi*, Abends sehr spät. Ein ἅπαξ λεγόμ. Crat. *ad me nuper vesperi.* — *aliquid* literarum ad te. — *mane ut.* Cett. *mane*; *ut pet.* — ἕωλος, obsoleta, non recens, quippe interiectis aliquot diebus. Germani dicunt: übernächtig. *SCH.* — *tantis . . . allatis.* Nämlich von dem entscheidenden Siege, welchen Cäsar am 5. Februar über das vereinigte Heer des Scipio u. Mauritanischen Königs Iuba unweit Thapsus in Africa erfochten hatte. Nach dem damaligen verwirrten Kalender war die Schlacht am 5. April vorgefallen; iedoch nicht nach der wahren Berechnung der Tage, wie sich bei der Verbesserung zeigte, die Cäsar in diesem anno confusionis dem Kalender durch Sosigenes geben liess, der ausser dem mercedinus des Numa noch zwei Monathe einschaltete, um die bürgerlichen Monathe mit den Monathen der Sonne auszugleichen. S. Pontederae Antiqq. Rom. et Graec. ep. 41. Hirt. de B. Afric. c. 78. 82. — *lucubr. meam*, meine Nachtarbeit, epistolam noctu scriptam. — [*tui*] non est *tui* in Md. del. Bened. Ut nos, Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. = *et am. tui* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. *OR.*

Tibi autem idem consilii do, quod mihimet ipsi: ut vite- 2
mus oculos hominum, si linguas minus facile possimus.
Qui enim victoria se efferunt, quasi victos nos intuen-
tur: qui autem victos nostros moleste ferunt, nos
dolent vivere. Quaeres fortasse, cur, quum haec in
urbe sint, non absim, quemadmodum tu. Tu enim
ipse, qui et me et alios prudentia vincis, omnia, credo,
vidisti, nihil te omnino fefellit. Quis est tam lynceus, qui
in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Ac 3
mihi quidem iam pridem venit in mentem bellum esse
aliquo exire, ut ea, quae agebantur hic quaeque dicebantur,
nec viderem nec audirem. Sed calumniabar ipse: putabam,
qui obviam mihi venisset, ut cuique commodum esset,
suspicaturum aut dicturum, etiam si non suspicaretur:
„Hic aut metuit et ea re fugit; aut aliquid cogitat et habet
navem paratam.“ Denique, levissime qui suspicaretur
et qui fortasse me optime novisset, putaret me idcirco
discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non
possunt. Haec ego suspicans adhuc Romae maneo: et ta-
men λεληθότως consuetudo diuturna callum iam obduxit
stomacho meo. Habes rationem mei consilii. Tibi igitur 4

---

2. *idem consilii.* S. Ramsh. §. 104, A, 2. Grotef. §. 231. — *facile* scil. evitare. — *victos* esse *nostros*, wie Neap. Asc.. 1. Lamb. lesen. — *omnia, credo, vidisti.* Ironice dictum cum familiari ioco. *SCH.* — *lynceus,* luchsäugig, scharfsichtig. Vgl. Horat. Sat. 1, 2, 90. oculis lyncēis, wo Bentley iedoch Lyncei lesen will. Das Adiect. kommt aber auch vor bei Ovid. in d. Fast. V, 709 lyncēus ensis. Ueber Lynceus selbst s. Ovid. Metam. VIII, 304. Hygin. f. 14. Plin. H. N. II, 17. Horat. ep. I, 1, 28. — *tam..qui* cum coni. s. Ramsh. §. 184, 6. — *qui in* (om. *in* Graev. Ern.) *t. tenebr. nihil offendat,* dass er bei solcher Finsterniss an Nichts sich stosse? nirgends anrenne?

3. *bellum esse τὸ aliquo exire,* „es wäre hübsch, mich irgend wohin auf die Seite zu machen.“ Ueber den Subiectsinfinit. s. Ramsh. §. 168, A. Grotef. §. 304. — *agebantur... dicebantur,* non *agerentur... dicerentur.* Definite enim, non oblique Cicero loquitur. *SCH.* — *Sed calumn. ipse,* aber ich konnte mir leicht voraussagen, was für Randglossen man darüber machen würde. — *ut cuique commod. esset,* ie nach dem es ihm zusagte; ie nach dem er gerade gelaunt wäre. — *Hic,* aha! der da; nämlich Cicero. — *ea re,* desswegen. — *aliquid cogitat,* er geht mit Etwas um. — *Denique,* auf allen, ieden Fall. — *leviss. q. susp.,* aber mir das wenigste Böse zutraute. — *non possunt.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. Res est certa, quam confitetur ipse Cicero; non solum illius opinio, qui eum optime novisset. *possent* Crat. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün, *ORELLI.* — λεληθότως, sensim, latenter, unvermerkt. — *call. i. obd. stom. m.,* hat mein Gefühl abgestumpft.

4. *Habes... consilii,* nun weisst Du die Gründe meines Benehmens. — *Tibi... censeo,* für Dich dürfte meines Erachten-

hoc censeo: latendum tantisper ibidem, dum defervescat haec gratulatio et simul dum audiamus, quemadmodum negotium confectum sit; confectum enim esse existimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum: quamquam quo me coniectura ducat, habeo: sed exspecto tamen. Te vero nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. Erit enim nobis honestius, etiam quum hinc discesserimus, videri venisse in illa loca ploratum potius *quam* natatum. Sed haec tu melius: modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris; a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem: non deesse, si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rem publicam, et potius libenter accurrere: si nemo utetur opera, tamen et scribere et legere πολιτείας: et si minus in curia atque in foro, at in literis et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare rem publicam et de moribus ac legibus quaerere. Mihi haec

---

das Beste Das sein, da, wo Du bist, Dich noch eine Weile verborgen zu halten, bis der Schwall der Glückswünsche verbrauset. Graev. *defervescit.* Md. Neap. Asc. Crat. Vict. 1. 2. Bened. *effervescit.* S. Ramsh. §. 189, 1. Grotef. §. 411. 422. — *gratulatio* ob victoriam Caesaris Africanam. *SCH.* — *quamquam . . . habeo,* gleichwohl weiss ich Vermuthungen darüber aufzustellen. S. Ramsh. §. 184, 2, Not. 1.

5. *hinc,* Româ. — *quam natatum,* als Schwimmens, Badens halber, d. i. um lustig da zu leben. abest *quam* a Md. *OR.* — *melius* scis, diiudicabis. — *stet illud,* nur Das muss Etwas ausgemachtes für uns sein. *illud* weis't auf die folgenden Infinitivi. S. Ramsh. 204, 3, b. — *delect.,* angenehme Unterhaltung; *salut.,* Heil, unsere letzte Zuflucht. — *non deesse,* nicht entstehen, sondern stets bei der Hand sein zu wollen. — *ut fabr.,* als blosse Steinhauer und Maurer. — *ad aedificandam r. p.,* zur Wiederaufbauung der Republik. *aedificandum* Graev. Bened. Sch. Lün. Ex Md. haec lectio mihi non notatur. *ORELLI.* — *et potius* = *sed potius* nach *non deesse.* S. Ramsh. §. 179, B, a. 6. — *si nemo . . . opera* nostra. *sin.* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. S. Ramsh. §. 190, 3. *) Grotef. §. 405. — πολιτείας, Republiken, über Republiken, wie Plato, Aristoteles. — *in foro* scil. navare rem publicam liceat. — *nav. r. p.,* dem Gemeinwesen unsere Dienste zu leisten. *navare rem,* eine Sache mit Eifer betreiben, also *publ.,* Etwas dem Staate nützliches thun. So Tacit. Hist. III. 25 navare bellum; Cicero ad Attic. VI, 1: nemo est tam afflictus, qui non possit aliquid navare et efficere. 2. erweisen, an den Tag legen. z. B. ad Attic. XV, 4. navare alicui studium; ad Divers. III, 10: *n.* benevolentiam suam in aliquem; bes. operam navare alicui z. B. ad Div. XV, 12. X, 25. Endl. 3. auch ohne Dativ; wie Cic. pr. Cael. c. 28. de Orat. II, 7. — *et quidem . . . quaerere* statt *quaerendo,* durch Untersuchungen über Sitten und Gesetze. — *Mihi haec vid.,* das ist

videntur. Tu, quid sis acturus et quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris.

EPISTOLA CCCCXLI. (ad Att. XII. 1.)

Scr. in villa VIII. Kal. Iun. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Nuntiat se ad constitutum V. Kal. cum Attico congressurum. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Undecimo die, postquam a te discesseram, hoc literularum exaravi, egrediens e villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano; ibi unum diem. v. Kalend. igitur ad constitutum. Atque utinam continuo ad complexum meae Tulliae, ad osculum Atticae possim currere! Quod quidem ipsum scribe quaeso ad me; ut, dum consisto in Tusculano, sciam, quid garriat: sin rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem aut nuntiabis, itemque Piliae. Et tamen, etsi continuo congressuri sumus, scribes ad me, si quid habebis. Quum complicarem hanc epi- 2
stolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua ta-

---

so meine Ansicht = haec placent. Formula conclusionis. — *acturus*, Lamb. *facturus*.

1. *Undecimo die*. Quoniam haec epistola scripta est VIII. Kal. Iunii, si retro numeres undecim dies, Cicero Roma exierat prid. Id. Maii. *SCH*. — *hoc liter*. S. Ramsh. §. 104, 4, 2. Grotef. §. 231. — *e villa* Antiati, ut videtur. *SCH*. — *in Anagnino*, auf meinem Gute bei Anagnia, einer kleinen Stadt der Hernici im alten Latium, ungefähr sechs Deutsche Meilen von Rom. — *ibi unum diem*, hier gedenk' ich einen Tag zu bleiben. *ubi* C2d. Malasp. Lamb. — *v. Kalend. igitur ad constitutum*, „und also werd' ich vermöge unserer Verabredung am 27. Mai zu dem bestimmten Orte unserer Zusammenkunft abgehen.“ Vermuthlich war dieser Ort ein näher bei Rom gelegener Landsitz des Attikus. Si retro dies numeres, Cicero e villa in Anagninum profectus est VIII. Kal. Iun.; VII. Kal. venit in Tusculanum, ubi mansit VI. Kal.; et v. Kal. Iunii erat ad constitutum cum Attico congressurus. *SCH*. *ad constitutum*, = zu unserer Bestimmung, complectitur locum, tempus, negotium diciturque de iis, inter quos convenit, ut certo loco, certo tempore, certi negotii causa congrediantur. *GRONOV*. — *Tulliae ... Atticae*. Utraque enim Atticum ad locum constitutum comitata esse videtur. *SCH*. — *dum consisto in T.*, während meines Rasttages auf dem Tusculano. — *garriat* Atticula festiva puella. — *sin rusticatur*, si iam filiola tua ad illam villam abierit. *SCH*. — Die kleine Attika, um diese Zeit 7 bis 8 Iahre alt, ein lebhaftes, geistreiches Kind, war nicht weniger Cicero's als ihres Vaters Liebling. — *scribes*, si rusticatur; *nuntiabis*, si tecum in urbe est. — *Piliae*, Attici uxori.

2. *noctuabundus*, der die ganze Nacht gelaufen war. Ein

bellarius: qua lecta, de Atticae febricula scilicet valde dolui. Reliqua, quae exspectabam, ex tuis literis cognovi omnia. Sed quod scribis, *igniculum matutinum* [γεροντικόν], γεροντικώτερον est memoriola vacillare. Ego enim IV. Kal. Axio dederam, tibi III, Quinto, quo die venissem, id est, pridie Kal. Hoc igitur habebis, novi nihil. Quid ergo opus erat epistola? Quid? quum coram sumus et garrimus quidquid in buccam? Est profecto quiddam λέσχη, quae habet, etiam si nihil subest, collocutione ipsa suavitatem.

ἅπαξ λεγόμ. — *scilicet* = versteht sich. *videlicet* Ed. 1584. — [γεροντικόν] recte, puto, post *matutinum* inseruit Lamb. in m. 1584. prob. Sch., qui excidisse credebat *γεροντικόν esse.* Ceteri om. *γεροντικόν. ORELLI.* „Aber, wenn Du Dich darüber aufhältst, dass ich mir mitten im Mai des Morgens noch ein Caminfeuerchen bei Dir bestellt habe, und meinst: das verrathe einen ältlichen Mann: so muss ich Dir sagen, dass ein unsicheres Gedächtniss einen noch ältlicheren verräth.“ Es ist zu bemerken, dass das Datum dieses Briefs VIII. Kal. Iun. oder der 25. Mai wegen des damals verwirrten bürgerlichen Iahrs nach der Sonne eigentlich der 26. März oder VII. Kal. April. war, so dass man ein Caminfeuer sich noch wohl ausbitten konnte. — *memoriola vacillare.* Atticus enim verum diem, quem Cicero ei constituerat, oblitus erat putabatque esse v. Kal. Iun. (28. Mai). Nam IV. Kal. (29. Mai) Axio constituerat, fortasse ad villam eius in Roseis profecturus: III. Kal. Iun. (am 30. Mai) autem cum Attico in villa eius congredi volebat; Quinto, quo die Romam venisset, nempe II. Kal. Iun. (31. Mai) vel *pridie Kal.* Iun. ad cenam condixerat. Id quum Atticus memoriae lapsu parum attendisset et Ciceroni v. Kal. Iun. (28. Mai) constituisset, Cicero ei obsecutus est seque ei hoc die praesto futurum promisit. *SCH.* — *dederam* = promiseram, ich hatte ihm versprochen, den 29. Mai auf seinem Gute unweit Reate in der sogenannten Rosenaue bei ihm zuzubringen. S. über Axius, den Senator, ep. LXX. und ep. CXLII. Q. Axius ep. XVI u. 377. wohl derselbe. — *Quinto* fratri. — *pridie Kal.* Sic Cd. Decurt. — *Hoc ig. habebis* i. e. erit haec iocosa cavillatio pro illa tua. Sic ep. 6.: *Quum essem in Tusculano:* (erit hoc tibi pro illo tuo: *quum essem in Ceramico*). *SCH.* — *Quid* (= wozu) *ergo op. er. epist.?* Worte, die Cicero dem Attikus in den Mund legt. — *Quid?* wozu? da Wir ia, wenn Wir beisammen sind, auch schwatzen, Was uns in den Mund kommt. — *est profecto quiddam* = aliquod operae pretium (s. Ramsh. §. 160, 2, Not. 5.) λέσχη i. e. vel confabulatio ipsa. Sic Libr. XIII ad Attic. epist. 41: *Est quiddam etiam animum levari;* et supra Libr. VI, 3 (h. ed. 261): *est enim quiddam advenientem non esse peregrinum atque hospitem. MALASP.* — *quae habet..suavitatem* = quum...ipsa suavis sit. Vid. Ramsh. §. 203, III, 1.

EPISTOLA CCCCXLII. (ad Att. XII. 2.)

Scr. Romae circiter Kal. Iun. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

De rumoribus quibusdam ex Africa et de ludis Praenestinis, quibus Caesariani intersint. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Hic rumores tamen Murcum perisse naufragio; Asinium delatum vivum in manus militum; L. naves delatas [in] Uticam reflatu hoc; Pompeium non comparere nec in Balearibus omnino fuisse, ut Paciecus affirmat. Sed auctor nullius rei quisquam. Habes, quae, dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea Praeneste. Ibi Hirtius 2
et isti omnes. Et quidem ludi dies octo. Quae coenae! quae deliciae! Res interea fortasse transacta est. O miros homines! At Balbus aedificat; *τί γὰρ αὐτῷ μέλει*; Verum si quaeris, homini non recta, sed voluptaria

---

1. *tamen.* Atticus, quum Cicero Romam rediiset, ipse ruri agens ad eum scripserat: nihil de bello Africano audiri. Respondet Cicero esse *tamen* quosdam Romae rumores. *SCH.* Quum *tamen* initio epistolae haud nimis placeat, verum censeo: *Hic rumor est Statium Murcum. ORELLI.* Est L. Statius Murcus, Caesaris legatus (v. de Bell. Civil. III, 15.), qui tamen falso dicebatur naufragio periisse. Nam anno 709 praetor fuit et ab a. 710. ex praetura Syriam cum proconsulari imperio obtinuit. *SCH.* — *Asinium* Pollionem, qui in Caesaris hostium manus delatus esse falso rumore ferebatur. *SCH.* Ueber Asinius Pollio s. zu ep. DCCXCIX im Anf. u. die Erklärer zu Horat. Carm. II, 1. über seine Nachkommen Lips. zu Tacit. Annal. III, 75. Rykius zum Tacit. p. 112. — *naves* Caesaris. — [*in*] om. Crat. Man. Lamb. Ego certe [ ]. *OR.* — *delatas . . reflatu,* seien durch den bisherigen Gegenwind verschlagen. Das Wort kommt noch einmal vor bei Plin. H. N. VIII, 6: *refl. beluae.* — *Pompeium* i. e. Cn. Pompeium, alterum Pompeii Magni filium. — L. Iunius *Paciecus,* Hispanus, civitate a Caesare donatus, Caesarianus. Sic scripsi, ut est *ad Famil.* 6, 18. cfr. Oudendorp. ad *Script. bell. Hisp. c.* 3. *p.* 761. *Stuttg.* Sch. Lün. *Paticcus.* Cett. *Patietus. OR.* — *auctor,* Gewährsmann. — *nullius rei,* von keinem dieser Gerüchte. Lamb. *nullus.* — *locuti sunt,* die Neuigkeiten, womit man sich hier seit Deiner Abwesenheit unterhält.

2. *Ludi . . . Praeneste,* „inzwischen wurden zu Präneste (ietzt Palästrina) Spiele gegeben.“ Fortasse in honorem deae Fortunae, quae ibi sancte colebatur. *SCH.* — *Hirtius.* S. zu ep. DCCXX, Anlage A. im Anf. Er war also kein Augenzeuge des, wie man glaubt, von ihm beschriebenen Feldzugs Cäsars in Africa. — *isti omnes* Caesariani, qui erant in Italia. *SCH.* — *transacta est* i. e. bellum Africanum fortasse iam finitum. Videtur autem Cicero nondum de partibus Pompeianis prorsus desperasse. *SCH.* — *Balbus.* S. zu ep. 339 im Anf. — *μέλει*; quid enim ille curat, quomodo se res publica habeat? *SCH.* Man erinnert sich hiebei an

quaerenti, nonne βεβίωται; Tu interea dormis. Iam explicandum est πρόβλημα, si quid acturus es. Si quaeris quid putem, ego † fructum puto. Sed quid multa? Iam te videbo; et quidem, ut spero, de via recta ad me. Simul enim et diem Tyrannioni constituemus et si quid aliud.

EPISTOLA CCCCXLIII. (ad Div. IX. 4.)

Scr. in Tusculano mense Iunio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

De Varronis adventu ita iocatur, ut ei permittat, utrum Diodori an Chrysippi sententiam de rebus possibilibus et necessariis sequi malit.

CICERO VARRONI.

Περὶ δυνατῶν me scito *κατὰ Διόδωρον κρίνειν.* Quapropter, si venturus es, scito necesse esse te venire: sin

---

Anakreons *τί μοι μέλει τὰ Γυγέω*; — *nonne βεβίωται*; nonne homo, qui, ut Balbus, voluptatem potius quam virtutem sequitur, beate sic vixisse sibi videatur? *SCH.* — *dormis;* ut illi interea, quid in Africa geratur unice securi, Praeneste laute vivunt, sic tu quiescis nec magis, quid illic rerum agatur, ad te attinere putas. *SCH.* Cicero neckt seinen Freund gern mit dem Epikurismus. — *acturus es,* Asc. utraque *act. sis.* Cicero ait: Attico explicandam esse quaestionem, utrum Caesar in Africa an Pompeiani vicerint, *si quid acturus sit* h. e. si aliquid facere velit, e quo colligere homines possint, utri parti magis faveat. Erat enim prudentiae victrici potissimum causae favere. *SCH.* Alibi etiam *πρόβλημα* de re politica, ut ep. 284. — *ego † fructum puto.* Corruptum hoc puto cum Corrad., qui *fractum,* Amico Ursin. et libro Magnuli, qui *futurum,* et Sch., qui *confectum* volebat. Sed nullum horum probabile. Nec satis placet, quod amico in mentem venit: *frustratum.* Sane requiritur v., quod habeat significatum vv. *confectum* vel *transactum. OR.* Tullius supra in eadem re ad Varronem ep. 440 *confectum enim existimo* et paulo ante in hac ipsa epistola *res interea fortasse transacta est* scripsit. — *videbo;* cito enim Romae eris. *MANUT.* — *recta ad me* i. e. simul adveneris, statim te spero ad me venturum. *SCH.* — *Tyrannioni* grammatico diem constituemus, quo nobis librum a se scriptum legat; de quo infra ep. ad Atticum XII, 6 (h. ed. 453.). *SCH.* Vgl. ep. 32. 102. 117. 194. 205.

VARRONI. S. zu Epist. CCCCXXXI im Anf.

1. *κατά Διόδωρον κρίνειν,* secundum Diodorum s. ex Diodori sententia iudicare. Varro hatte ihm geschrieben, er werde, wo möglich, nächstens zu ihm kommen. Davon nimmt er nun den Anlass (damit diess Billet doch einigen Inhalt habe), über den spitzfündigen Streit der beiden berühmten Philosophen Diodorus und Chrysippus mit angenommenem Ernste zu scherzen. Chrysippus behauptete nämlich: nicht alles Mögliche werde

autem non es, τῶν ἀδυνάτων est te venire. Nunc vide, utra te κρίσις magis delectet, Χρυσιππείαne, an haec, quam noster Diodotus non concoquebat. Sed de his etiam rebus, otiosi quum erimus, loquemur: hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν est. De Coctio mihi gratum est: nam id etiam Attico mandaram. Tu si minus ad nos; accurremus ad te. Si hortum in bibliotheca habes, deerit nihil.

EPISTOLA CCCCXLIV. (ad Att. XII. 3.)

Scr. in Tusculano mense Iunio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

De tribus pecuniae a Metone exigendae conditionibus. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Unum te puto minus blandum esse quam me; et, si uterque nostrûm est aliquando adversus aliquem, inter nos certe nunquam sumus. Audi igitur me hoc ἀγοητεύτως dicentem: ne vivam, mi Attice, si mihi non modo

---

wirklich, aber: Etwas könne sehr wohl möglich sein, wenn es gleich nie geschehe: nach Diodor dem Dialektiker hingegen wäre, Was nie geschah noch geschehen wird, eben darum unmöglich; Was wirklich geschehen werde, eben darum nothwendig. S. Cicer. de Fato 1: *At hoc,* inquit, *Chrysippe* etc. Alexander Aphrodisiensis in commentarr. in primum τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν. Plutarch. in libr. Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων. — *non es venturus.* τῶν ἀδυνάτων *est,* so gehört es zu den unmöglichen Dingen. — κρίσις, sententia, Entscheidung, — *an haec* Diodori. *Diodotus,* Stoicus, quem Cicero a puero audiverat; qui apud eum habitavit et in eius domo mortuus est eumque heredem reliquit. *SCH.* S. ep. 46. 555. Acad. IV, 36. Tuscul. V, 39. Brutus c. 90. — *De Coctio mihi gratum est,* für Das, was Du mir wegen des Coctius meldest, bin ich Dir sehr verbunden. *Costio* Crat. Lamb. *Cocceio* Corrad. susp. prob. Lall. *ORELLI.* Forsan leg. *Caelio. SCH.* — *ad nos* brevi accucurreris. — *hortum.* Varro hatte bei seiner Villa unweit Casinum noch keinen Garten; er schrieb also in seiner Einladung dem Cicero, der, wie er wusste, ein grosser Freund von Bäumen und Gärten war: er wolle dafür sorgen, dass er wenigstens in seiner Bibliothek einen Garten finden sollte, d. i. er wolle sie reichlich mit Bäumen in Kübeln besetzen lassen. Vielleicht meinte auch Varro: seine Bibliothek werde ein Garten der Musen für ihn sein, der ieden andern entbehrlich mache, in Vergessenheit bringe. Eine Pindarische Idee von κῆπος. Hierauf bezieht sich nun die scherzhafte Wendung, die Cicero seiner Antwort gibt.

1. *adversum aliquem* scil. blandus. — *sumus* blandi. — ἀγοητεύτως, sine praestigiis et fuco, ungeschminkt, mit dem Herzen in der Hand, sincere. — *ne vivam.* Ueber diese Betheuerungsformel s. Ramsh. §. 166, 3. Grotef. §. 183, 5. — *ceteroqui,* übrigens. Ueber *non*

Tusculanum, ubi ceteroqui sum libenter, sed *μακάρων νῆσοι* tanti sunt, ut sine te sim totos dies. Quare obduretur hoc triduum, ut te quoque ponam in eodem *πάθει*: quod ita est profecto. Sed velim scire, hodiene statim de auctione, aut quo die venias. Ego me interea cum libellis. Ac moleste fero Vennonii me historiam non
2 habere. Sed tamen, ne nihil de re, nomen illud, quod a Caesare, tres habet conditiones; aut emptionem ab hasta;

---

modo...sed s. Ramsh. §. 181; B, 1, Not. . — *μακάρων νῆσοι*, beatorum insulae fabulosae apud veteres celebratae. Sic Plato in Epitaph. *οἶμαι μόνον οὐκ ἐν μακάρων νήσοις οἰκεῖν* et Pindar. Olymp. Od. II.: *μακάρων νήσων ὠκεανίδες αὖραι περιπνέουσιν*. Plin. H. Nat. VI. c. 32. *CORRAD. tanti* scil. mihi *sunt*. — *totos*. Ursin. susp. Sch. Lün. *tot*, quo significatur illud triduum, de quo statim. Attikus hatte ihm geschrieben, es würde noch drei Tage anstehen, bis sie sich wiedersehen könnten. — *Quare obdur. hoc trid.*, Nun denn, da es nicht anders sein kann, so will ich mich gegen diese drei Tage verhärten. — *πάθει*. i. e. feram absentiam tuam per hoc triduum, et obdurabo animum adversus desiderium tui, ut tu quoque mei desiderio tanto movearе. *ERNESTI*. „Damit ich Dich in eben die Gemüthsstimmung der Sehnsucht versetze; damit Dir eben so zu Muthe werde, wie mir wirklich ist. — *cum libellis*, ich will mir indess mit meinen Büchern durchzuhelfen suchen, die Sehnsucht, die Zeit vertreiben. — *Ac* = und zwar eben desshalb. — *Vennonii*, eines alten Römischen Geschichtschreibers aus dem sechsten Iahrhundert der Stadt Rom. S. Cic. de Legg. 1, 2, 6. G. L. Vossius de Hist. Lat. III, p. 726.

2. *Sed tamen...habet condit.*, Doch damit es nicht aussieht, als ob ich mich um das Meinige gar nicht bekümmere, so bemerke ich noch: iene Schuldforderung, welche geltend zu machen mir durch Cäsars Bewilligung erlaubt ist und möglich wurde, lässt sich auf drei Wegen einziehen. *de re* scil. illa pecuniaria. — *quod a Caesare* i. e. quod Caesaris beneficio recuperavi, quum amissum videretur. *nomen* h. l. id quod nobis debetur. — *tres habet conditiones* i. e. tribus modis expediri nomen illud potest. Die Sache ist die: ein gewisser Cäsarianer Meton, wahrscheinlich ein Grieche, war dem Cicero eine Summe Geldes schuldig. Cäsar aber hatte dem Meton die confiscirten Güter eines gewissen Pompeianers geschenkt, die ietzt sollten versteigert werden. Nun wünscht Cicero, dass Attikus dieser Auction beiwohnen möge, weil Meto mit dem daraus gewonnenen Gelde dem Cicero seine Schuld bezahlen wollte. Die Versteigerung aber sollte übermorgen oder sogleich *post illud triduum* gehalten werden. — *emptionem ab hasta* d. i. ich kann in der Auction so Viel von den Gütern kaufen, als der Werth meiner Schuldforderung beträgt, und mich so bezahlt machen. *ab hasta* i. e. in auctione; nam hasta ponebatur, ubi auctio fiebat, tanquam auctoritatis publicae insigne. Sic Man. Lamb. Vict. 2. Seqq., *ob hastam* Oxon. 2. (de Md. non satis constat.) Asc. 1. Crat. Vict., 1. Malim equidem: *ad hastam*. *ORELLI*. — Sed *ab* = *ad*. — sed

— perdere malo: etsi, propter turpitudinem, hoc ipsum puto esse perdere: — aut delegationem a mancipe, annua die: — quis erit, cui credam? aut quando iste Metonis annus veniet? — aut Vettieni conditionem semisse. Σκέψαι igitur. Ac vereor, ne iste iam auctionem nullam faciat, sed, ludis factis, κτύπῳ subsidio currat. Ne talis vir ἀλογηθῇ. Sed μελήσει.

---

perdere malo istam pecuniam mihi debitam, quam emere ab hasta proscripti civis (et Pompeiani quidem, quum ipse Pompeianus fuerit) bona; quod turpe erat, eoque nomine M. Crassus ille, qui, a Parthis caesus est, male audierat, quod Sullanis temporibus multorum civium proscriptorum bona solus fere propter avaritiam emisset, unde opes illae immanes et invidiosa pecunia brevi congesta. *MANUT.* — *propter turpitudinem* i. e. si bona ab hasta emerem, hoc ipsum idem quod perdere, propter emptionis turpitudinem. Plus enim perderem ex diminutione famae, quam ex emptione bonorum lucrarer. Vulgatam *praeter turp.* sic interpr. Manut.: non solum in hac emptione turpitudo inesset, sed etiam, ut puto, iactura. Nam si dominus commutabitur, quae de bonis proscriptorum empta fuerint, rata non erunt; itaque hoc ipsum, *emere ab hasta*, puto esse perdere. *MANUT.* — *aut* habet *delegationem a mancipe*, „oder ich kann mich dadurch bezahlt machen, dass ich mir von einem Dritten, der die Güter kaufte, eine Verschreibung geben liesse, vermöge deren er die dem Meton dafür schuldige Summe an mich binnen Iahresfrist zu bezahlen verspräche.“ *delegatio* wird das genannt, quod solutionis faciendae cura delegata erat mancipi, i. e. ei, qui illa bona in auctione emisset. — *quis erit, cui credam?* aber Wem werde ich, ein Pompeianer, Das zutrauen können? quem mancipem homini Pompeiano praestaturum putem, quae promiserit? *MANUT.* — *Metonis.* „oder wie leicht könnte aus diesem Iahre ein Metonisches werden?“ da Meton seit Iahr und Tag zu bezahlen versprochen und doch nicht bezahlt hatte. Eine durch den Namen des Ciceronischen Schuldners veranlasste scherzhafte Anspielung auf den Astronomischen Cyklus von 19 Sonneniahren, der nach seinem Erfinder, dem berühmten Mathematiker Meton von Athen, das Metonische Iahr genannt wurde und in unserem Kalender die goldene Zahl heisst. *WIEL.* — *Vettieni.* Sic scripsi. *Veteni* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. *Vecteni* Cett. *OR.* Vettienus fuit argentarius (Geldhändler) in his literis saepius memoratus, qui Metoni pecuniam mutuam dederat et, ut fit in malis nominibus, solutione dimidiae partis contentus fuerat. Sinn: oder soll ich mir Dasselbe gefallen lassen, was sich Vettienus gefallen liess, der mit der Bezahlung der Hälfte der Schuld zufrieden war? — *Σκέψαι ig.*, überlege also, Was zu thun sei. — *Ac vereor, ne...currat.* Und zwar besorg' ich, es möchte dieser Kerl, der Meto, am Ende nicht einmal die Auction anstellen lassen, sondern, weil die Spiele zu Präneste (s. ep. 442, 2) gefeiert werden, lieber dahin eilen, um für seine werthe Person das Beifallklatschen aus Schmeichelei gegen den Geber der Spiele verstärken zu helfen und mir nicht zu bezahlen. — *Ne talis vir ἀλογηθῇ* i. e. negli-

EPISTOLA CCCCXLV. (ad Att. XII. 4.)

Scr. in Tusculano mense Iunio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Exponit, quam difficile sit problema Catonis laudationem scribere. 1 — 2.

CICERO ATTICO S.

O gratas tuas mihi iucundasque literas! Quid quaeris? Restitutus est mihi dies festus. Angebar enim, quod Tiro ἐνερευθέστερον te sibi esse visum dixerat. Addam
2 igitur, ut censes, unum diem. Sed de Catone πρόβλημα Ἀρχιμήδειον est. Non assequor, ut scribam, quod tui convivae non modo libenter, sed etiam aequo animo legere possint. Quin etiam, si a sententiis eius dictis, si ab omni voluntate consiliisque, quae de re publica habuit, recedam ψιλῶςque velim gravitatem constantiamque eius laudare, hoc ipsum tamen istis odiosum ἄκουσμα sit. Sed vere laudari ille vir non potest, nisi haec ornata

---

gatur. „dass doch ja ein solcher böser Schuldner nicht aus dem Auge gelassen werde! — *Sed μελήσει* i. e. hoc tibi curae erit; ut paullo ante dixerat: *σκέψαι. SCH.*

1. *dies festus,* quo te ad me venturum speraveram quemque me propter invaletudinem tuam iam perdidisse putaveram. *SCH.* Atticus enim post illud triduum, de quo epistola superiori, Ciceronem in Tusculano invisere promiserat, sed valetudine quadam impeditus fuerat. — *Tiro,* den er auf die erhaltene Nachricht, dass Attikus eines ihm zugestossenen Fiebers wegen auf den versprochenen Tag ihn nicht werde auf seinem Tusculano besuchen können, sogleich nach Rom abgeschickt hatte, um sich genauer nach seinem Befinden zu erkundigen. — *ἐνερευθέστερον*, rubicundiorem ex ardore febrili. *SCH.* — *unum diem*, ich will also noch einen Tag länger hier verweilen. — *ut censes.* Attikus hatte ihm also durch Tiro geantwortet, dass er hoffe, ihn alsdann dort besuchen zu können.

2. *Sed de Catone.* Sobald von Utica her die Nachricht von Cato's Selbstmorde in Rom erschollen war, hatten dessen Bewunderer, besonders Attikus, den Cicero aufgefordert, auf diesen verdienstvollen Republicaner eine Lobrede zu machen. Allein Cicero nennt diess eine gefährliche und eben so schwierige Aufgabe, als wenn man ihm die Auflösung eines Archimedischen Problems zumuthete, da er nach eigenem Geständnisse eben kein Mathematiker war. — *convivae,* Tischfreunde, Caesariani, Balbus, Hirtius et alii, quos habere in convivio saepissime solitus es. *SCH.* — *sed etiam,* sondern nur. — *dictis* in senatu. v. *dictis* gloss. visum iam Viro docto in marg. Lamb. meae, Ern. [ ], del. Sch. Lün. Mihi necessarium videtur. *ORELLI.* — *recedam,* keine Notiz nehmen wollte. — *ψιλῶςque,* nude, simpliciter, universe, ganz kahl, im Allgemeinen, ohne Belege. — *ἄκουσμα,* Ohrenschmaus. — *vere,* würdig. — *nisi haec orn. sint,* nempe tria, quae sequun-

sint: quod ille ea, quae nunc sunt, et futura viderit et, ne fierent, contenderit et, facta ne videret, vitam reliquerit. Horum quid est, quod Aledio probare possimus? Sed cura obsecro, ut valeas, eamque, quam ad omnes res adhibes, in primis ad convalescendum adhibe prudentiam.

EPISTOLA CCCCXLVI. (ad Div. IX, 6.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Scribit Caesaris adventum exspectari; quo autem loco nave exiturus sit, incertum esse. Familiaritatem suam cum Caesarianis excusat, Varronis rationem in literis vivendi laudat seque eam, ut possit, imitari profitetur. 1—6.

CICERO VARRONI.

Caninius noster me tuis verbis admonuit, ut scriberem ad te, si quid esset, quod putarem te scire oportere. Est igitur adventus [Caesaris scilicet] in exspectatione: neque tu id ignoras. Sed tamen, quum ille scripsisset, ut opinor, se in Alsiense venturum, scripserunt ad eum sui, ne id faceret: multos ei molestos fore ipsumque multis: Ostiae videri commodius eum exire posse. Id ego non intelligebam, quid interesset. Sed tamen Hir-

---

tur; „wenn nicht folgende drei Puncte in ihr ganzes Licht gestellt werden. — *futura,* als bevorstehend. — *vitam reliq.* Figura Euphemismus. — *quod Aledio probare poss.,* Was von Diesem allen könnt' ich wol einem Aledius mundlich, annehmlich, gefällig machen? geschweige denn einem Cäsar. Aledius fuit ex illis Caesarianis Attici convivis, quod clare perspicitur ex epistola ad Atticum XII, 23, ubi idem Romae fuit, quum Caesar esset in Hispania. *SCH.* „Es fällt in die Augen, dass Cicero diesen unbedeutenden Cäsarianer, der bei Balbus, Cäsars Günstlinge, galt, Was Vibidius und Balatro bei Maecenas, dem Günstlinge des Augustus (s. Horat. Sat. II. 8), bei dieser Gelegenheit bloss zum Spott als einen würdigen Stellvertreter aller Andern mit Namen nennt.

VARRONI. S. zu ep. CCCCXXXI im Anf.

1. C. *Caninius,* Gallus, tribunus plebis Marcellino et Philippo coss., amicus Ciceronis et Varronis. Vid. ep. 440. 93 u. 199. — *tuis verbis,* in Deinem Namen. — *Est igitur* st. scribo igitur esse adventum et sic porro. — [*Caesaris scilicet*] del Vict. Lamb. contra Md. cfr. Gronov. *Observatt.* 3, 9. p. 587. Ego [ ], ut antiquiss. gloss. *scilicet* omis. Neap. Asc. 1. Caesars Rückkunft aus dem vollendeten Feldzuge gegen die Pompeianer in Africa. — *Alsiense* praedium apud Alsium in via Etruriae. *SCH.* Alsium, eine Kolonialstadt am Toscanischen Meere, wo viele Römische Grosse und Cäsar selbst Landsitze besassen. — *commod.,* mit mehr Bequemlichkeit. — *exire,* an's Land steigen. — *Id... quid interes-*

tius mihi dixit et se ad eum et Balbum et Oppium scripsisse, ut ita faceret, homines, ut cognovi, amantes tui.
2 Hoc ego idcirco nosse te volui, ut scires, hospitium tibi ubi parares, vel potius ut utrobique; quid enim ille facturus sit, incertum est: et simul ostentavi tibi me istis esse familiarem et consiliis eorum interesse. Quod ego cur nolim, nihil video. Non enim est idem, ferre, si quid ferendum est, et probare, si quid non probandum est. Etsi, quid non probem, equidem iam nescio, praeter initia rerum. Nam haec in voluntate fuerunt. Vidi enim — nam tu aberas — nostros amicos cupere bellum: hunc autem non tam cupere, quam non timere: — ergo haec consilii fuerunt: reliqua necessaria — vincere au-
3 tem aut hos aut illos necesse esse. Scio te semper mecum in luctu fuisse, quum videremus, quam illud ingens malum alterius utrius exercitus et ducum interitu: tum vero extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus. Crudeliter enim otiosis minabantur: eratque

---

cet, ich sehe nicht ein, worin der Unterschied dabei liege. S. Ramsh. §. 114, 3. Not. Grotef. §. 240, c.

2. *hospit. tibi ubi par.* cet., wo Du Dir ein Quartier zu bestellen hättest oder vielmehr damit Du Dir an beiden Orten, zu Ostia und Alsium, ein Quartier zugleich bestelltest, da Dir daran gelegen sein muss, bei Cäsars Ankunft sogleich bei der Hand zu sein. Nach *utrobique* suppl. tibi hospitium parares. Sic Sch. *potius ubi utrique* (i. e. tibi et Ciceroni) Graev. *potius utar ubique* Md. *potius utrobique* Crat. Vict. 1. 2. Bened. *potius utrubi* Lamb. *OR.* — *simul ostent. tibi,* zugleich wollt' ich mich gegen Dich breit damit machen. — *Non enim est,* Beier *Officc. T. 1. p.* 157 volebat *non est enim.* — *si quid* = εἴ τι, Was etwa. — *probare,* gut zu heissen. — *non prob. est.* Sic Md. Vict. 1. 2. *prob. non* Cett. — *iam nescio.* Sic egregie Lamb., nisi quod omittit *iam.*- *probem quidem iam scio* Md. *probem? quid enim iam scio* Cett., sensu satis perverso. *OR.* — *init. rer.*, die Anfänge dieser Händel. — *Nam...fuerunt,* denn diese hingen freilich vom beiderseitigen Willen ab. — *hunc,* Caesarem. — *ergo haec cons. fuerunt*, diesen Punct, ob man Krieg anfangen wollte, hätte also die Klugheit entscheiden sollen; Was auf den Entschluss folgte, war unvermeidlich. — *necesse esse.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Pendet v. *esse* ex v. *Vidi.* V. autem *ergo ... necessaria* in parenthesi sunt. *est* Neap. Asc. pr. Crat. Lamb. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.*

3. *quam illud ingens* foret *malum... interitu* illatum, welch' ein ungeheures Uebel aus dem Untergange des einen oder des anderen Heeres und seiner Anführer entspringen würde. — *quam quidem ego et. illorum ... veneramus,* der mir wenigstens sogar auf Seiten Derer, zu welchen wir uns geschlagen hatten (der Pompeianer), fürchterlich war. — *otiosis,* Denen, die in Ruhe bleiben, von keiner Partei sein wollten. — *voluntas,* Was Du dachtest;

iis et tua invisa voluntas et mea oratio. Nunc vero, si essent nostri potiti, valde intemperantes fuissent: erant enim nobis perirati, quasi quidquam de nostra salute decrevissemus, quod non idem illis censuissemus: aut quasi utilius rei publicae fuerit eos etiam ad bestiarum auxilium confugere, quam vel emori vel cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere. At in perturbata re 4
publica vivimus. Quis negat? Sed hoc viderint ii, qui nulla sibi subsidia ad omnes vitae status paraverunt. Huc enim ut venirem, superior longius, quam volui, fluxit oratio. Quum enim te semper magnum hominem duxi: tum, quod his tempestatibus es prope solus in portu, fructusque doctrinae percipis eos, qui maximi sunt, ut ea consideres eaque tractes, quorum et usus et delectatio est omnibus istorum et actis et voluptatibus anteponenda. Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitae puto; libenterque omnibus omnes opes concesserim, ut mihi liceat, vi nulla interpellante, isto modo vivere. Quod nos quoque imitamur, ut possumus, et in 5
nostris studiis libentissime conquiescimus. Quis enim hoc non dederit nobis, ut, quum opera nostra patria sive non possit uti sive nolit, ad eam vitam revertamur, quam multi docti homines, fortasse non recte, sed tamen multi

---

im Gegens. von *oratio*, Was ich laut heraussagte. — *quod non idem illis* utilissimum *censuissemus*, was nicht ihnen auch unserer Ueberzeugung nach das Zuträglichste gewesen wäre. Ueber *idem* s. Ramsh. §. 158, 2, g, h. Grotef. §. 290. — *ad bestiarum auxilium*, ad Iubae regis elephantos, quos in aciem contra Caesarem duxit. Cfr. de bello Afric. c. 72. *MANUT.*

4. *At...vivimus.* Figura praeoccupatio. S. Brut. c. 40. §. 138. de Orat. III. 53. Quinctil. IX, 1. — *Sed hoc viderint ii*, aber da mögen Die zusehen. — *status*. Lünem. *casus* de Gul. coniect. — *Huc*, auf diesen Punct. — *fluxit oratio*, hab' ich einen grösseren Umweg genommen, als ich wollte. — *his tempest.*, in diesen stürmischen Zeiten. — *et actis* i. e. rebus gestis (Grossthaten), quae opponuntur *usui* (Nutzen) doctrinarum, quas Varro tractabat; ut *voluptates istorum*, (iener Glücksgünstlinge), Varronis *delectationi*. *SCH.* — *Tusculanenses*, die Du auf Deinem Tusculano zeither zugebracht hast. — *instar..vitae*, einem ganzen, wirklichen Leben gleich. S. Ramsh. §. 101, Not. 3. Grotef. §. 229. — *omnes opes conc.*, und mit Freuden wollt' ich alle Reichthümer der Welt Anderen überlassen, ita, ea lege, conditione *ut* = wenn...nur. S. Ramsh. §. 192, 2. Grotef. §. 398, Anm. 2. — *vi nulla interp.* = ita ut vis nulla interpellaret, ohne gewaltsame Störung, unangefochten. S. Ramsh. §. 172. 171, III, 2, d, 2.

5. *Quod* tuum exemplum. — *ut poss.*, so gut ich's kann, möglichst. — *libent. conquiesc.*, ich finde die angenehmste Gemüthsberuhigung in. — *dederit*, concesserit, Wer sollte es mir

etiam rei publicae praeponendam putaverunt? Quae igitur studia magnorum hominum sententiâ vacationem habent † eandem publici muneris, iis, concedente re publica,
6 cur non abutamur? Sed plus facio, quam Caninius mandavit. Is enim, si quid ego scirem, rogarat, quod tu nescires: ego tibi ea narro, quae tu melius scis, quam ipse, qui narro. Faciam ergo illud, quod rogatus sum, ut eorum, quae temporis huius sint, quae † tua audiero, ne quid ignores.

EPISTOLA CCCCXLVII. (ad Div. IX. 7.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Iam maturum esse ait, ut ab urbe discedat, et de Caesaris ex Africano bello redeuntis itinere diversos rumores nuntiat. 1—2.

CICERO VARRONI.

Coenabam apud Seium, quum utrique nostrûm redditae sunt a te literae. Mihi vero iam maturum videtur. Nam, quod antea [te] calumniatus sum, indicabo malitiam

---

nicht erlauben wollen. — *vacationem habent † eandem.* Sic corrupte Md. Asc. 1. Crat. Bened. *eadem* Cd. Basil. Vict. 1. *eandemque* Neap. *etiam* de Rutilii coni. parum probabili Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *quandam* Gebh. prob. Beier *Offic. T.* 1. *p.* 164. Non male: nisi fuit potius: *vacationem habent tuendi publici muneris* primâ literâ *t.* vocab. *tuendi* absorptâ ab eadem praecedente. Vel si minus placet *tuendi,* corrigas *navandi,* e quo voc. rariore facilius etiam fieri poterat *eandem. ORELLI.* „von den Studien, die (*oder* derentwegen wir) uns nach dem Urtheile grosser Männer sogar von der Uebernahme der Staatsämter entbinden (lossagen) dürfen." — *conced. re p.* mit völliger Genehmigung der Republik. — *abutamur,* ausnützen d. i. uns ihnen gänzlich ergeben.

6. *Is enim.* Md. *mandavit iure enim,* in quo sane aliud quid latet quam *is,* et verbum aegre omnino desideramus. Fuitne: *Ut scriberem enim, is, si quid..? ORELLI.* — *quod rogat. sum,* warum ich gebeten bin. Ramsh. §. 131, 3. — *ut...ne.* S. Ramsh. §. 193, I. — *quae † tua audiero.* Sic corrupte Md. Vict. 2. Bened. *quaeve audiero* Crat. Vict. 1. Graev. Ern. *quae tua interesse audiero* ex interpol. Neap. Lamb. *quaeque tua interesse audiero* Sch. ed. min. (*videro* Sch. Lün.). Sed pravum est supplementum; quae enim ista sententia: „quae primum audiero tua interesse, deinde tibi scribam:"? Fuitne: *quae tecta audiero*:? *OR.*

1. *apud* M. *Seium* communem Ciceronis et Attici amicum, anno 709 mortuum, quod intelligitur ex ep. 11. Libr. XII. ad Atticum. *SCH.* Vgl. ad Attic. XI, 7. ad Famil. IX, 7. Plin. H. N. XV, 1. Cic. Orat. Planc. 5. de Offic. II, 17. — *iam maturum videtur,* „ich denke, nun ist's wirklich Zeit." Wozu? Man suppl. Caesari obviam ire. — [*te*] del. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. contra Md. Ego [ ]. *ORELLI. Nam, quod* (= Was das anlangt, dass

meam. Volebam prope alicubi esse te, si quid bonae salutis, σύν τε δύ' ἐρχομένω. Nunc, quoniam confecta sunt omnia, dubitandum non est, quin equis viris. Nam, ut audivi de L. Caesare F., mecum ipse:

— — *quid hic mihi faciet patri?*

Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, coenitare. Quid faciam? Tempori serviendum est. Sed ri- 2
dicula missa; praesertim quum sit nihil, quod rideamus.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Itaque nullum est ἀποπροηγμένον, quod non verear. Sed

---

ich) *antea* praetextus quaesivi Roma non exeundi, teque simul, ut iter illud differres, permovere studui, astutia quadam feci. *SCH.* — *prope*, in der Nähe von Rom und mir. Varro war um diese Zeit auf seinem Tusculano. S. ep. 448, 3. — *si quid bon. sal.* i. e. si de Pompeianorum victoria nuntius afferretur. *SCH.* — ἐρχομένω. cf. supra ep. 347, ubi idem versus citatur. „Zwei zusammen können sich besser rathen, als Einer allein.“ — *quoniam.* S. ep. 431, 2. — *confecta s. omnia* in Africa, Pompeianis prorsus debellatis. — *quin equis viris* proverbialis locutio, quae denotat rem omnibus viribus, omni contentione peragendam esse. cfr. Officc. III, 33. Philipp. VIII, 7. Hoc loco igitur significat: sine dubio nihil nobis prius aut antiquius esse debet, quam ut Caesari obviam eamus eiusque benevolentiam nobis conciliemus. *SCH.* *equis velis* Lamb. — *de L. Caesare F.* „seit ich hörte, wie es diesem ergangen ist.“ Dieser Anverwandte von Cäsar hatte es während des ganzen Bürgerkrieges mit der Partei des Senats gehalten und kürzlich noch als Quästor dem Cato gedient; musste sich aber nach der Niederlage bei Thapsus und Cato's Tode dem Cäsar ergeben, der ihn zwar öffentlich begnadigte, iedoch, wie Dion erzählt, bald darauf in der Stille auf die Seite schaffen liess. Nach Anderen war diess wider Cäsars Willen geschehen. — *mecum ipse* loquebar, quod Simo senex in Terentii Andria Sc. 1. v. 112 (I, 1, 85) dixit. — *faciet patri?* Sententia: si L. Caesarem propinquum suum necavit, quid mihi faciet, cui forsan iratior est quam illi? *MANUT.* — *Temp. serv. est*, man muss sich ia wohl in die Zeit fügen.

2. *missa* faciamus, wie Crat. Lamb. „Doch, Nichts weiter von diesen Possen! — *nihil, quod rideam.*, zumal da Wir so wenig Ursache zum Lachen haben. S. Ramsh. §. 184, 1. — *Africa* scil. enim. Ein Vers aus den Annalen des Ennius, den Cicero auch de Orat. III, 42 u. Orat. c. 27 anführt. — *horrida*, wustig, sandig und von der Sonnenhitze gebrannt, squalida. — *tumultu* belli. — ἀποπροηγμ., reiectum. Die Stoïsche Schule statuirte nur ein Gut, das Sittlichschöne, und nur ein Uebel, das Gegentheil davon. Alle übrigen Gegenstände der Begierde oder des Abscheus, selbst die Armuth, der Schmerz, Verbannung und Tod waren ihr eben so wenig Uebel, als Wollüste, Reichthümer, Befriedigungen der Eitelkeit und Herrschsucht Güter. Letztere wurden von ihr nur für nicht ganz verachtungswerth; erstere nur für Etwas verwerfliches, nicht wünschenswerthes, also für Etwas,

quod quaeris, quando, qua, quo, nihil adhuc scimus. Istuc ipsum de Baiis, nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc praedium suum non inspexit: nec ullum habet deterius, sed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam; vel iam sciemus: adventat enim Dolabella. Eum puto magistrum fore.

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

Sed tamen, si sciam, quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum. Quare exspecto tuas literas.

---

das man lieber hinter sich würfe, reiectum, erklärt. S. de' Finibb. III. 15. 16. Cicero gebraucht also, vor dem gelehrten Varro den Stoïker spielend, *ἀποπροηγμένον*, reiectum, statt *malum* oder Uebel der gewöhnlichen Sprache. — *quando* Caesar venturus sit, *qua* via (per Sardiniam an per Siciliam?) et *quo* loco sit in Italiam exiturus incertum est. *SCH.* — *de Baiis,* quod dicunt eum per Baias venturum. *ERNESTI.* — *praedium suum.* Per iocum Sardiniam vocat Caesaris praedium, quasi provinciae populi Romani Caesaris essent praedia. *MANUT.* — *deterius* ob insalubre caelum. *MANUT.* S. Plin. H. N. III, 7. Mela II, 7. Martial. IV, 60, 6. — *per Siciliam* eum venturum esse. Cicero's Vermuthung war falsch. Denn Cäsar kam über Sardinien am 26. August des alten, eigentlich aber am 25. Mai des verbesserten Kalenders nach Rom zurück. S. Auct. de Bell. Afric. c. 98. — *iam*, bald. — *Eum puto* scil. mihi *magistrum fore* i. e. Is docebit, qua ratione amissam Caesaris gratiam recuperem, quum ego eum in arte oratoria ducere solitus sim. *MANUT.* Defendit Md. lectionem Wieland T. 5. p. 109. *ei me puto* ex Ursini Cd. Sch. *OR.* Suspicor Ciceronem respicere etiam ad magistros auctionum, de quibus Libr. I. ad Attic. ep. 1. et Theophilus III. Instit. 12., et significare: Dolabellam Caesari praestiturum operam, qualem praestitit P. Sulla et propinquo suo et Caesari, quem ait vibrasse illam cruentam hastam Libr. II. de Offic. c. 8., hoc est praefuturum auctionibus confiscatorum et subhastatorum bonorum, quae inimicorum Caesaris fuissent. *GRONOV.* — *Πολλοὶ...διδασκάλων*, „Viele Schüler wachsen ihren Meistern über den Kopf.“ Ein Senar eines alten Dichters, von Cicero zum Spott gebraucht. Est responsio ad tacitam obiectionem: At Caesar ipse magister est atque auctor, ut omnis huius mali, sic et proscriptionum; Dolabella Caesaris discipulus. At (respondet) multi discipuli potiores magistris. *GRONOV.* Haud scio, an praeferendum sit, quod Ursinus in Ms. invenit, *ei me puto magistrum fore* (scil. in arte oratoria); quod si placeat, Graecus versiculus est sic vertendus: *multi discipuli potentiores sunt magistris. SCH.* — *quid tu,* Md. Vict. 2. *quod tu.* — *consil.,* Entschluss.

EPISTOLA CCCCXLVIII. (ad Div. IX. 5.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Probat et diem, quo conventuri sint, et suum Varronisque consilium, quod semel a Caesare victi ab armis discesserint. 1—3.

CICERO VARRONI.

Mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore, neque solum propter rei publicae, sed etiam propter anni tempus. Quare istum diem probo: itaque eundem ipse sequar. Consilii nostri, ne si eos quidem, qui id secuti 2
non sunt, non poeniteret, nobis poenitendum putarem. Secuti enim sumus non spem, sed officium: reliquimus autem non officium, sed desperationem. Ita verecundiores fuimus, quam qui se domo non commoverunt: saniores, quam qui, amissis opibus, domum non reverterunt. Sed nihil minus fero, quam severitatem otiosorum: et, quoquo modo se res habet, magis illos vereor, qui in bello occiderunt, quam hos curo, quibus non satisfacimus, quia vivimus. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum 3

---

1. *mihi vero.* Superiori epistolae Varro responderat, sibi commodum videri Nonis ire in Cumanum, si idem Ciceroni videretur. *SCH.* — *ad Nonas* Quintiles (auf den 7. Iulius). Nam quum Caesar tertio die post Id. Iun. in Sardiniam pervenisset, maturum (früh genug) erat Nonis Quintil. in Cumanum proficisci, ut inde Caesari in Italiam venienti obviam ire possent. *SCH.* — *rei publicae,* Crat. Lamb. *rem publicam.* — *sequar,* ich werde ihn zu meinem Abgange von Rom gleichfalls wählen.

2. *Consilii nostri,* unseren Entschluss, dass Wir unmittelbar nach der Pharsalischen Schlacht uns von den Pompeianern trennten. — *ne si eos quidem.* Erant, qui Ciceronem Varronemque reprehenderent, quod statim post devictum in Pharsalia Pompeium ab armis discessissent. Huius nostri consilii, inquit Cicero, ne tum quidem nobis poenitendum putarem, si eos, qui id secuti non sunt, non poeniteret. Quum vero eos poeniteat, quod in bello remanserint, multo minus nobis, qui saniores fuimus, poenitendum puto. *SCH.* — *Secuti enim sumus . . . officium . . . desperat.* i. e. rem desperatam, denn als wir uns zum Pompeius begaben, war es nicht Hoffnung, sondern Pflicht, Was uns dazu bestimmte; als wir uns wieder zurückzogen, verliessen wir nicht unsere Pflicht, sondern eine verzweifelte Sache. — *verecund.,* wir benahmen uns anständiger, sittlicher. — *severitatem otiosorum,* das strenge Urtheil, was die Leute über uns fällen, die immer still gesessen sind. Weit eher könnten uns Die tadeln, die das Letzte im Bürgerkriege zu versuchen und zu wagen beschlossen haben. — *quomodo res se habet,* wie die Sache auch steht, wie es auch noch kommen mag.

3. *spatium,* Zeit. — *si minus.* Sic Md. Bened. = *sin minus* Cett. *OR.* S. Ramsh. §. 190, 1, Anm. 3. 4. — *Tusculanum,* wo

ante Nonas veniendi, istic te videbo: si minus, persequar in Cumanum et ante te certiorem faciam, ut lavatio parata sit.

EPISTOLA CCCCXLIX. (ad Att. XII. 5.)

Scr. in Tusculano initio mensis Quint. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

De Quinto filio Luperco. 1. de Catone suo; de rebus argentariis. 2. de quaestionibus quibusdam historicis. 3 de Tirone Dolabellae obviam misso et de aliis domesticis. 4.

CICERO ATTICO S.

Quintus pater quartum vel potius millesimum nihil sapit, qui laetetur Luperco filio et Statio, ut cernat duplici dedecore cumulatam domum. Addo etiam Philotimum tertium. O stultitiam, nisi mea maior esset, singu-

---

Varro ietzt war. — *persequar* te *in Cum.*, so zieh' ich Dir in Dein Cumanum nach. — *lavatio*, ein Bad für mich, instrumentum balneare. Phaedr. Fab. 63. *lavationem argenteam*, *GRONOV.*

1. *Quintus pater* (Ciceronis frater) *quartum... sapit*, „ist nicht nur ein vierfacher, sondern ein tausendfacher Geck, *qui* = ut cet., dass er sich noch viel darauf zu Gute thut, seinen Sohn zum Lupercus gemacht und ihm noch seinen Liebling Statius zum Gehülfen zugegeben zu haben, damit er ia sein Haus mit einem doppelten Fleck angeschmitzt sehe.“ Frater multis, quae iam antea stulte fecit, nunc novam addidit stultitiam, quum filium suum Lupercis adscribi iusserit duoque libertos ei in hoc sacerdotio adiunxerit, Statium et Philotimum. *SCH.* Die Unanständigkeiten, welche sich die Luperci oder Panspriester an dem am 15. Februar zur Ehre des Pans gefeierten Volksfeste, Lupercalia, herausnehmen mussten, sind hinlänglich bekannt. Sie waren schon zur Zeit des Romulus in zwei sodalitates getheilt, in die Fabiani und Quintiliani, zu denen ietzt noch die Iuliani zur Ehre des Cäsars hinzukamen. Schütz bemerkt: Fuerunt, qui putarent Quinti filium Lupercis Iuliis ascriptum fuisse in honorem Iulii Caesaris institutis. Verum hi non prius quam post bellum Hispaniense anno 709 instituti videntur. — *Statio*, Quinti Ciceronis patris liberto, quem ille carissimum habebat. — *Addo etiam Philot. tertium* dedecus, weil er den dritten Mann dabei spielte. Schütz vermuthet: *adde etiam.* — *nisi mea.* Sch. susp. *nisi alia maior esset* scil. Quinti stultitia. Hoc bene respondet initio epistolae. Similis ratio est orat. pro Rabirio Postumo c. 9: *sed huius istius facti stultitiam superior stultitia defendit.* Manutius vertheidigt *mea*, so dass Cicero sich den Vorwurf mache, ob es ihm nicht viel weniger, als dem Quintus, zu verzeihen sei, wenn er, der vormahlige Retter des Freistaats, ietzt dem Unterdrücker desselben seine Huldigung darbrächte. Georg Friedrich Grotefend vermuthet sehr scharfsinnig und zutreffend *in ea* statt *mea.* Denn mit iener Thorheit war die noch grössere verknüpft, dass er, ein so tief in Schulden steckender Mann, das Geld zur Bestreitung der Ko-

larem! Quod autem os, in hanc rem *ἔρανον* a te? Fac, non ad *διψῶσαν κρήνην*, sed ad *Πειρήνην* eum venisse, et *ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ* in te [*κρήνην*], ut scribis, haurire, in tantis suis praesertim angustiis; *ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει*? Sed ipse viderit. Cato me quidem de- 2
lectat, sed etiam Bassum Lucilium sua. De Caelio, tu

---

sten leihen musste. S. ep. 315, 4. — *singularem* i. e. sui generis unicam. — *Quod autem os* i. e. quae impudentia . . . *a te?* Denn welch' eine Unverschämtheit ist es and'rer Seits, Dir zu so Etwas noch einen Geldbeitrag zuzumuthen? Ueber *autem* s. Ramsh. §. 181, B, 1, 6. Grotef. 362. *ἔρανον*, collectam. Nempe Quintus Atticum rogaverat, ut sibi ad illud Lupercorum sacerdotium pecuniam daret; isque se excusaverat, quod arca sua nunc vix aliis necessitatibus sufficeret. *SCH.* — *Fac, non . . . haurire* i. e. etiamsi non ad fontem sitientem h. e. ad arcam tuam fere inanem sed ad Pirenem h. e. arcam semper plenam venisset aut respirationem venerandam Alphei i. e. Arethusam in te haurire posset; tamen esset impudens et inconsultum, ad hoc negotium pecuniam mutuam sumere. Quorsum enim hoc evadat, in tantis praesertim suis angustiis, quum aere alieno iam antea contracto nimium prematur? *SCH.* Ueber *Fac* = gesetzt, s. Ramsh. §. 168, B, 3. *Πειρήνη*, iene den Musen geheiligte Quelle bei Korinth. — *et.* Sic Lamb. 1566. *sed* Cett., quod haesit ex syllab. praeced. *OR.* —*ἄμπνευμα σ. Ἀλφ.* est primus versiculus Pindari Nemeorum I. designaturque fons Arethusae, in quam ferebatur Alpheus in Achaia absorptus denique sub terram fluens apud Syracusas in insula Ortygia erumpere. *SCH.* — [*κρήνην*]. Sic Cod. Decurt. Lamb. Bos. Graev. Ern. del. *κρήνην* de Lamb. sent. Sch. Lün. Ego [ ]. Certe vel e gloss. est vel corruptum ex *Ὀρτυγίαν*. *ORELLI.* — *ἀποσκήψει*; quorsum haec tandem erumpent? wo wollte Das noch hinaus? da er schon so verschuldet ist.

2. *Cato*, laus Catonis Uticensis, quam modo absolverat vel mox absoluturus erat. Cfr. ep. CCCCXLV, 2. — *sua* delectant. Sensus: Catone meo delector, sed fortasse sine causa, quando etiam Bassum Lucilium, malum scriptorem, sua delectant. *SCH.* Cfr. Libr. 14. Ep. 20: *suam cuique sponsam, mihi meam . . . Hoc Attilius, poëta durissimus;* ac vide ne hîc quoque *Attilius* lateat, non *Bassus* aliquis *Lucilius*, alioqui ignotus. *OR.* — *De Caelio.* Caelius Hortensius, Virginius und Piso waren wohl renommirte Geldhändler (argentarii), bei deren Einem Cicero sein Silbergeräth mit dem wenigsten Verluste in Gold umzusetzen wünschte (S. ep. 416, 2.), um in dieser bedenklichen Zeit auf ieden Ausgang der Dinge vorbereiteter zu sein. Um mit dem Golde nicht betrogen zu werden, hatte er dem Attikus, der sich auf Geldsachen besser verstand, die Ausführung dieses Geschäfts übertragen. *De Caelio, tu quaeres* igitur est: quod ad Caelium pertinet, tu quaeres, num aurum bonum nec adulterinum nobis dare possit et velit. Nam *noscenda est natura, non facultas modo* Caelii, was Manutius ergänzt; „denn man sollte sich auch von dem Character des Mannes unterrichten können, nicht bloss von seiner Fähigkeit gut Gold zu zahlen.“ S. ep. CCCCLIII im Anf. Popina

quaeres, ut scribis: ego nihil novi. Noscenda est natura, non facultas modo. De Hortensio et Virginio, tu si quid dubitabis: etsi, quod magis placeat, ego quantum adspicio, non facile inveneris. Cum Mustela, quemadmodum scribis, quum venerit Crispus. Ad Avium scripsi, ut ea, quae bene nossem de auro, Pisoni demonstraret. Tibi enim sane assentior, et istud nimium diu duci et omnia nunc undique contrahenda. Te quidem nihil agere, nihil cogitare aliud, nisi quod ad me pertineat, facile perspicio: meisque negotiis impediri cupiditatem tuam ad me veniendi. Sed mecum esse te puto; non solum quod meam rem agis, verum etiam quod videre videor, quo modo agas. Neque enim ulla hora tui mihi est operis

u. Bosius suppliren zu *facultas* richtiger *auri* und erklären *natura* auri durch auri qualitas, bonumne an malum, purum putum et obryzum an argentosum orichalcove permixtum sit; *facultas* auri aber durch aestimatio aureae monetae sive potestas, wie es im Cod. Iustin. augedrückt wird, d. i. Nennwerth. — *ego nihil novi*: ego in huiusmodi rebus plane sum rudis; itaque tu quaeres. So ep. 453: *ego ista non novi.* — *De Hortensio et Virginio* quaeres, num viri boni sint et num in auro, quod daturi sunt, vitium timere possimus. *MANUT.* — *si quid dubitabis*; nam Cicero ipse non admodum dubitabat. — *quod* (Sic Man. Lamb. *quid* Cett.) *magis placeat*, und doch möchtest Du meines Erachtens nicht leicht annehmlichere Bedingungen finden, als die ihrigen. — *Cum Mustela* scil. ages, „Was mit Mustela abzumachen ist, wird wohl, wie Du schreibst, auf die Ankunft des Crispus ausgesetzt bleiben müssen.“ Manutius vermuthet mit Grund, dass Mustela u. Crispus Miterben Cicero's bei einer ihm zugefallenen Erbschaft gewesen seien. S. ad Attic. XIII, 3. (h. ed. 586, 1). Von einer solchen Erbschaft ist die Rede ep. CCCCVIII, 3. CCCCIX. CCCCXI u. s. w. — *Ad Avium.* Sic. Cd. Crusell. et Decurt. Bened., ut Libr. XIII, 14 ante Sch. *Aulum* Cett. cum Md. et asseclis. Cogitari tamen potest de *A. Silio*, cuius nomen in seqq. Epist. varie corruptum est in Cdd. *ORELLI.* „Dem Aulus hab' ich geschrieben, er möchte seinem Freunde, dem Goldhändler Piso, begreiflich machen, ich wisse recht gut, wie sich das Silber zum Golde verhalte.“ Ueber Piso s. ad Attic. XIII, 2 (h. ed. 585, 1) u. XIII, 4 (h. ed. 595, 2). Ueb. *Mustela* s. ep. 574. 586; über Aulus, den Procurator des Piso, ep. 595. — *Tibi enim sane assentior* (*assentio* Ben. Graev. Ern. Sch. Lün. contra Priores et Md. Oxon. 1. 2.), *et istud nimium diu duci* = produci, trahi, „denn ich bin gänzlich Deiner Meinung, dass einer Seits diess Geschäft viel zu sehr in die Länge gezogen wird.“ bes. durch Piso's Schuld, der zu viel Profit dabei machen wollte. — *contrahenda* i. e. omnes numos, quorum facultas detur, undique quam fieri possit celerrime contrahendos, „und dass andrer Seits Nichts dringenderes ist, als von allen Seiten so viel baares Geld, wie möglich, zusammen zu bringen. — *neque ... ignota*, quod Atticus crebris ad Ciceronem epistolis significare solebat, quo die, qua hora hoc vel illud Ciceronis negotium acturus esset.

ignota. Tubulum praetorem video L. Metello, Q. Maximo consulibus. Nunc velim, P. Scaevola, pontifex maximus, quibus consulibus tribunus pl. Equidem puto proximis, Caepione et Pompeio. Praetor enim P. Furio, Sex. Atilio. Dabis igitur tribunatum, et, si poteris, Tubulus quo crimine. Et vide, quaeso, L. Libo, ille, qui de Ser. Galba, Censorinone et Manilio, an T. Quintio, M'. Acilio consulibus tribunus pl. fuerit. Conturbat enim me epitome Bruti Fanniana, an Bruti epitoma Fannianorum; † scripsi, quod erat in extremo: idque ego secutus hunc 3

---

3. L. Hostilium *Tubulum praetorem* fuisse *L. Met.*, *Q. Max. consulibus* ão 612. Cicero bedurfte der geschichtlichen Puncte, derentwegen er sich von Attikus, einem eifrigen Kenner und Forscher der vaterländischen Geschichte (s. Cornel. XXV, c. 18.), Belehrung ausbittet, zum Behuf einer Stelle im 16. Cap. des II. Buchs de Finibb., wo die Rede von diesem Tubulus ist, und wo in die Augen fällt, dass Cicero Gebrauch von den Nachrichten gemacht hat, die er über das Verbrechen, dessen dieser Tubulus von dem Tribun S c a e v o l a vor dem versammelten Volke beschuldigt wurde, vom Attikus erhielt. S. das vom Asconius aufbehaltene Bruchstück der Ciceronischen Rede pro M. Scauro. — *tribunus plebis* fuerit. Fuit ão urb. 613 Cn. Servilio Caepione et Q. Pompeio Rufo consulibus. Ita Cicero l. l. de Finibb. dicit, ab Attico certior factus. — *P. Furio* Philo, *Sex. Atilio* Serrano coss. ão 618. So vermuthet Cicero mit Recht, da zwischen dem Tribunate u. der Prätur doch wenigstens vier Iahre verfliessen mussten. — *Dabis igitur trib.*, i. e. scribes, quibus consulibus Scaevola tribunus pl. fuerit. *MANUT.* — *quo crimine* accusatus fuerit. Atticum rescripsisse apparet: quod praetor quaestionem exercens inter sicarios pecunias accepisset ob rem iudicandam. Ita Cicero scripsit l. l. de Finibb. *MANUT.* — *et vide... trib. pl. fuerit.* „Ferner siehe nach, ob der L. Scribonius Libo, der den Servius Galba beim Volke verklagte, unter den Consuln Censorinus und M'. Manilius, also 605, oder T. Quintius u. M'. Acilius, also 604 Tribunus Plebis gewesen sei?" Er war es 605. *qui de Serv.* Sulpicio *Galba* ad populum tulit, quod praetor Lusitanos contra interpositam fidem occidisset. Hoc Cicero Libr. I, 53. de Orat. et in Bruto c. 23. et Val. Max. Libr. IX. *MANUT.* — *† scripsi, quod.* Locus difficillimus. Sic Cd. Decurt. Tornaes. Quaeritur, quid tandem conturbarit Ciceronem? „Utrum C. Fannius historicus gener fuerit Laelii, ut ipse scripserat in *Bruto* §. 101 et in libris *de Rep.* 1, 12. nec ne fuerit? „Hunc locum tandem sibi expediri avebat. Sed tum locum nullum habet partic. *enim*, estque substituendum *etiam*. Illa autem: *Epitome Bruti Fanniana* e gloss. margini adscripta in contextum videntur migrasse. Fuitne igitur: *Conturbat etiam me, in Bruti epitoma Fannianorum scriptum quod erat in extremo* cet.? *ORELLI.* „Auch über eine Stelle am Ende des Auszugs, welchen Brutus aus den Iahrbüchern des Fannius gemacht hat, kann ich nicht in's Klare kommen." Schütz ex emendat. Gronov.: *Conturbat enim me in Bruti epitome Fanni-*

Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Laelii: sed tu me γεωμετρικῶς refelleras: te autem nunc Brutus et Fannius. Ego tamen de bono auctore, Hortensio, sic acceperam, ut apud Brutum est. Hunc igitur
4 locum expedies. Ego misi Tironem Dolabellae obviam. Is ad me Idibus revertetur. Te exspectabo postridie. De Tullia mea tibi antiquissimum esse video; idque ita ut sit, te vehementer rogo. Ergo et in integro omnia: sic enim scribis. Mihi, etsi Kalendae vitandae fuerunt, Nicasionumque ἀρχέτυπα fugienda conficiendaeque tabulae, nihil tamen tanti, ut a te abessem, fuit. Quum Romae essem et te iam iamque visurum me putarem, quotidie tamen horae, quibus exspectabam, longae videbantur. Scis me minime esse blandum. Itaque minus aliquanto dico, quam sentio.

---

anorum scriptum quod erat in extremo. Sic ep. ad Attic. XIII, 8. memoratur Bruti epitome Caelianorum i. e. historiae a L. Caelio Antipatro conscriptae. Ueber C. Fannius, M. filius s. Brut. 21. 26. 87. de Orat. II, 67. Tuscul. IV, 17. de Legg. 1, 2. ad Attic. IV, 16. Vossius de Historic. Lat. 1, 7. — *scripseram* c. 26. libri de claris oratoribus, quem initio huius anni, Catone etiamnum vivo, scripserat. *SCH.* — *γεωμετρ.*, non minus certa ratione, quam qua geometrae utuntur. *LÜN.* — *Brut. et Fannius* refellunt. — *Hortensio* oratore et historiae perito. Einen andern Fall der Art erwähnt er ad Attic. XIII, 30, 3 (h. ed. 590.): „*Videor audisse ex Hortensio Tuditanum* in decem Memmii legatis fuisse.“ — *apud Brutum*, in meinem Brutus. — *Hunc ... expedies*, diesen Knoten also wirst Du aufzulösen suchen.

4. *Idibus* Quint., am 15. Iulius. — *antiq. esse video*, ich sehe, wie sehr Du Dir das Beste meiner Tullia angelegen sein lässest. — *idque ita ut sit*, damit fortzufahren. S. ep. 404, 3. 412. 392 am Ende, 391 im Anf., 387 u. s. w. — *Ergo et*. Fortasse *ei*, Tulliae. *OR.* „Vor der Hand ist also, wie Du schreibst, noch Nichts verloren.“ Nullum, ut scribis, periculum est, ne quid Tullia de dote perdat: in integro adhuc omnia sunt. *SCH.* De Tulliae divortio vid. ep. 416. 417, 3. — *etsi Kalendae* Quintiles praeteritae mihi vitandae fuerunt, ne mihi creditores molesti essent, antequam res argentariae a te, Attice, essent expeditae. Am Ersten eines Monaths mussten die Zinsen u. s. w. bezahlt werden; am Ersten wurden die Capitalien ausgeliehen. Man denke nur an *tristes calendae* Horat. Sat. I, 3, 87. Epod. II, 70. Ovid. Remed. 561. — *Nicasionum* feneratorum (s. Verrin. Orat. IV, 51.) *ἀρχέτυπα* i. e. calendaria, in quibus nomina perscribuntur, *fugienda* fuerunt, obgleich ich den Schuldbüchern der Geldmäckler ausweichen und meine Rechnungen in Ordnung bringen musste. — *ut a te abessem*, dass ich dessentwegen so lange von Dir hätte entfernt sein und Dich entbehren mögen, der Du iene meine Geschäfte besorgtest. S. §. 2 am Ende. — *iam iamque*, stündlich. *esse blandum* = blandiri. Vgl. 444. Dass übrigens dieser Brief im An-

EPISTOLA CCCCL. (ad Div. IX. 16).

Scr. in Tusculano, mense Quintili A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Ostendit nihil a se praetermissum in Caesarianorum concilianda sibi benevolentia, nec boni civis aut sapientis hominis officium in se desiderari posse. Tandem ad Paeti iocationes respondet. 1—10.

CICERO PAPIRIO PAETO S.

Delectarunt me tuae literae; in quibus primum amavi amorem tuum, qui te ad scribendum incitavit verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset: de quo et tu mihi antea scripseras, bis quidem eodem exemplo, facile ut intelligerem te esse commotum; et ego tibi accurate rescripseram, ut quoquo modo in tali re atque tempore aut liberarem te ista cura aut certe leva-
rem. Sed quoniam proximis quoque literis ostendis, 2
quantae tibi curae sit ea res; sic, mi Paete, habeto: quidquid arte fieri potuerit, — non enim iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est — sed tamen quidquid elaborari aut effici potuerit ad istorum benevolentiam conciliandum et colligendum, summo studio me consecutum esse; nec frustra, ut arbitror: sic enim color, sic observor ab omnibus iis, qui a Caesare diliguntur, ut ab iis me amari putem. Tametsi non facile diiudicatur amor verus et fictus, nisi aliquod incidat

---

fange des Iulius geschrieben ist, ergibt sich aus den Worten: *Tironem misi Dolabellae obviam.* Cäsar kam erst am 26. Iulius nach Rom zurük. Dolabella hatte ihn im Afrikanischen Kriege begleitet. S. ad Divers. IX, 7.

L. *PAPIRIO PAETO.* S. zu ep. CCXLVI. im Anf.

1. *Silius* dubio procul est ille, qui propraetor Bithyniae fuerat et ad quem scriptae sunt epistolae 234. 251. Is fortasse nuntium de victoria Caesaris in Africa et de eius adventu proxime exspectando attulerat. Fieri etiam potuit, ut quasdam Ciceroni moveret suspiciones de mutata Caesaris erga illum benevolentia. *SCH.* — *bis quidem eod. ex.* und zwar so, dass Du eine gleichlautende Abschrift mir schicktest. — *commotum,* besorgt. — *accurate,* ausführlich.

2. *quoniam.* S. ep. 447, 1. — *habeto,* so sei versichert. — *potuerit.* Sic Crat. Lamb. 1566 et Madvig. 1. p. 193. *poterit* Ceteri cum Md. *OR.* — *satis est* scil. his nostris temporibus. — *consilio,* mit Klugheit sich seiner Haut zu wehren. — *artific.,* eine künstliche Handlungsweise. — *sed tamen.* Figura epanalepsis. S. Ramsh. §. 206, B, 6. — *istorum,* Caesarianorum. *concil. et collig.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. = *conciliandam et colligendam* Ceteri. cfr. Ern. ad Sueton. Otho. 7. *OR.* — *consec. esse,* zu erstreben gesucht habe. — *ab omn. iis.* Sic Md. Neap. Crat. Vict. 2. Lamb. *his* Cett. — *ab iis.* Sic scripsi = *eis* Neap. Crat. Lamb. *his* Cett. cum Md.

eiusmodi tempus, ut, quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit; cetera sunt signa communia: sed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo vereque arbitrer diligi, quia et nostra fortuna
3 ea est, et illorum, ut simulandi causa non sit. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam: nisi quod omnia sunt incerta, quum a iure discessum est: nec praestari quidquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen eius ipsius nulla re a me offensus est animus. Est enim adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio. Ut enim olim arbitrabar esse meum libere loqui, cuius opera esset in civitate libertas: sic, ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut illius aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum [*offensionem*], fama ingenii mihi est abiicienda: quod, si id possem, non re-
4 cusarem. Sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium: et, ut Servius, frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret, „hic versus Plauti non est, hic est,“ quod tritas aures haberet notandis generibus poëtarum et consuetudine legendi: sic audio Caesarem, quum volumina iam confecerit *ἀποφθεγμάτων*, si quod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere; quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie

OR. — *quasi aurum igni*, wie die Reinheit des Goldes durch's Feuer. — *communia*, beiden gemein. — *simul.*, zu heucheln, sich zu verstellen.

3. *De illo*, Caesare, von Seiten des Mannes. — *nec praest. q. pot.*, und man für Nichts einstehen kann. Vgl. ep. 425, 1 am Ende. — *libid.*, von Laune. — *nulla re*, nullo verbo, libere ac facete dicto. — *opera*, Werk. — *sic* arbitror esse meum, es zieme mir. — *velim*, Ern. Sch. Lün. *vellem*. — [*offensionem*] ex antiquo supplemento omnes meae praeter Vict. 1., qui propria coni.: *famam*. Cdd. aliquot et Margo Crat. *opinionem* prob. Beng. *dictorum fama* Md. *OR.* ne dicta offenderent. S. Ramsh. §. 203, I, 2, c. Not. „die Möglichkeit zu beleidigen od. übler Deutung.“ — *est.* Ern. coni. Sch. Lün. *esset abiicienda*, aufzugeben; ich müsste darauf verzichten. — *quod, si id.* Lamb. Ern. Sch. Lün. *quod si possem* contra Md. *OR.*

4. *Servius, frater tuus.* Est Servius Claudius, ille frater Paeti consobrinus, Metello et Afranio consulibus mortuus, cuius libros olim Paetus Ciceroni donaverat. Vid. ep. 25. *SCH.* — *literat.*, sehr belesen, bewandert in unserer Literatur. — *hic . . . hic.* S. Grotef. §. 289, Zusatz. — *trit. aures . . . not. generib. et cons. leg.*, weil er durch Aufmerksamkeit auf das Eigenthümliche eines ieden Dichters und durch vieles Lesen ein geübtes Gehör bekommen hatte. — *ἀποφθ.*, facete dictorum, von Sinnsprüchen und artigen Einfällen. Sunt, quae Suetonius Caes. c. 56 appellat *dicta*

illius familiares. Incidunt autem in sermone vario multa, quae fortasse illis quum dixi nec illiterata nec insulsa esse videantur. Haec ad illum cum reliquis actis perferuntur. Ita enim ipse mandavit. Sic fit, ut, si quid praeterea de me audiat, non audiendum putet. Quamobrem Oenomao
tuo nihil utor: etsi posuisti loco versus Accianos. Sed 5
quae est invidia? aut quid mihi nunc invideri potest? Verum fac esse omnia. Sic video philosophis placuisse iis, qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, nihil esse sapientis praestare nisi culpam; qua mihi videor dupliciter carere, et quod ea senserim, quae rectissima fuerunt, et quia, quum viderem praesidii non satis esse ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni civis certe non sum reprehendendus. Reliquum est, ne quid stulte, ne quid temere dicam aut faciam contra potentes: id quoque puto esse sapientis. Cetera vero, quid quisque me dixisse dicat aut quomodo ille accipiat aut qua fide mecum vivant ii, qui me assidue
colunt et observant, praestare non possum. Ita fit, ut et 6
consiliorum superiorum conscientia et praesentis temporis moderatione me consoler: et illam Accii similitudinem non modo iam ad invidiam, sed ad fortunam transferam: quam existimo levem et imbecillam ab animo firmo et

---

collectanea. SCH. — *quum dixi*, so wie mir's entfällt. — *illiterata*, platt, gemein. — *actis.* Et publica et privata erant acta: publica, ut edicta, senatus consulta, leges; privata, quidquid privatum ageretur. Vid. Philipp. II. c. 42. MANUT. Ex hoc loco intelligitur hanc epistolam scriptam esse, quum Caesar nondum ex Africa Romam redisset. SCH. *acta* = Zeitungen. — *praeterea*, ausser diesem. — *non aud. putet*, keiner Aufmerksamkeit würdigt. — *Oenomao tuo.* Der alte Dichter Accius hatte das Griechische Volksmährchen von dem Schicksale des Oenomaus, Königs zu Pisa und Vaters der schönen Hippodamia, zum Stoff einer Tragödie genommen (s. Festus u. Nonius), aus welcher Varro in seinem Briefe einen oder zwei Verse anzog und auf Cicero in einem warnenden Tone anwandte. — *nihil utor.* Versus ex Oenomao a Papirio excitati vitandam esse invidiam admonebant. MANUT. — *posuisti loco*, opportune, glücklich angebracht hast.

5. *fac* = gesetzt, es wäre Alles wirklich anders. — *iis*, Md. *his.* — *vim virt. tenere*, das Wesen der Tugend richtig aufgefasst zu haben. — *praest. nisi culp.*, ein Weiser brauche für Nichts zu haften, als dass ihm keine Schuld zur Last liege. — *dupl.* aus doppeltem Grund frei zu sein. — *praesidii*, Mittel, Macht. — *certandum .. non*, man müsse sich ... in keinen Kampf ... einlassen. — *in officio b. c.*, in Dem, in hinsicht Dessen, was die Pflicht eines guten Bürgers ist. — *temere*, unbesonnen. — *ille*, Caesar, *accipiat.*

6. *Ita fit, ut.* S. Ramsh. §. 204, 5. — *illam Accii simil.*, ienes vom Accius entlehnte Gleichniss. — *non modo.* Ern. [ ] *modo*, Sch. Lün. del. — *transfer.* ich beziehe auf. — *levem et imbecillam*, (da es) zu leicht und schwach (ist). — *ab ... frangi*, sich

gravi tamquam fluctum a saxo frangi oportere. Etenim quum plena sint monumenta Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis; quum, servientibus suis civitatibus, fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse, ut neque offendam animum cuiusquam nec frangam
7 dignitatem meam? Nunc venio ad iocationes tuas, quoniam tu secundum Oenomaum Accii, non, ut olim solebat, Atellanam, sed, ut nunc fit, mimum introduxisti. Quem tu mihi † popillium, quem denarium narras? quam tyrota-

---

an . . . brechen, davon zurückprallen. *et ab an.* Neap. Asc. 1. Ern. Sch. Lün. Dieses Gleichniss scheinen die vom Pätus angezogenen Verse enthalten zu haben. — *plena* testimoniorum, *exemplorum.* — *tulerint* d. i. sich unter eigenmächtigen Regirungen, sei es zu Athen oder Syrakus, so benommen haben, dass sie selbst gewisser Massen frei blieben, während diese Republiken sich in Sclaverei befanden. Unter *sap. viri* werden zu Athen Sokrates zur Zeit der dreissig Tyrannen und zu Syrakus Plato und Aristippus unter Dionysius dem älteren verstanden. — *tueri meum statum sic posse,* mich in einer solchen Stellung erhalten zu können. — *nec frang. dign. m.,* noch meiner eigenen Würde Etwas vergäbe.

7. *iocationes*, Scherze; wie ad Attic. II. 8. — *quoniam*, wie §. 2. „weil Du auf die Tragödie des Accius nicht, wie das vormals zu geschehen pflegte, ein kleines, aber ehrbares Atellanisches Lustspiel, sondern, wie es ietzt Mode geworden ist, eine Posse folgen lässt.„ Significat Paetum in epistola sua a re seria ad iocos transisse. Scripserat enim se hospitio quidem Ciceronem, si forte ad se venerit, sed minime lauto ac liberali accepturum, in eoque multum de paupertate sua scilicet iocatus fuerat. *SCH.* Die fabula *Atellana*, eine Art kleiner, niedrig komischer doch anständig kurzweiliger Lustspiele, von Atella einer Stadt der Osci in Campanien, wo sie zuerst aufgekommen war, benannt, pflegte nach einer Tragödie zur Belustigung der niederen Volksklassen im Geschmack der Italienischen Intermezzi gegeben zu werden. Sie musste ietzt aber, vielleicht weil Cäsar ein besonderer Liebhaber von dergleichen war, den Mimen, einer weniger unschuldigen, aber neuern und pikantern Art von Satirischen Monodramen Platz machen. S. zu ep. CXXVI, 3. — *Quem tu mihi . . . patinam?* „was drohest Du mir Schiffskutteln, Meercrabben und eine Schüssel Salzfischpudding vorsetzen zu wollen, womit ich bei Dir vorlieb nehmen soll? Cicero Paetum cavillatus ait: „quem tu mihi pompilum aut quodnam edulium ex thynnis appositurum minaris?“ Fingit nimirum se istos pisces ut viliores fastidire et lautiores appetere. *SCH.* † *popillium.* Sic Md. corrupte. *pompilum* de ingeniosa Rutilii coniect. Sch. Lün. Nec vero male *polypum* de Corradi et Ursini coni. Lall. cfr. infra. §. 8. *ORELLI. pompilus*, *πομπίλος*, ein die Schiffe begleitender (*πέμπων*) Meerfisch, gasterosteus ductor Linn. *Polypus*, *πολύπους*, Meerpolyp, Sepia octapus Linn. Meerspinne. Vid. Plin. H. N. IX, 29. — *denarium*, Sch. *thynnum*, Lünem. de Rutilii coni. *thynnarium. OR. thynnus*, *θύννος*, Scomber thynnus

nichi patinam? Facilitate mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros. Puto enim te audisse, si forte ad vos omnia perferuntur, illos [*apud me declamitare, me*] apud eos coenitare. Tu autem, quod mihi bonam copiam eiures, nihil est; tum enim, quum rem habebas, quaesticulus te faciebat attentiorem: nunc, quum tam aequo animo bona perdas, non eo sis consilio, ut,

---

Linn. Thunfisch. Es gab mehrere Arten des Geschlechts thynnus. S. Plin. H. N. IX, 1, 18., der sect. 20 eine Art *pompili* nennt. Dieser Art ist ohne Zweifel der hier genannte *Pompilus* oder Linnées Gasterosteus Ductor, der auch von Hasselquist im Itin. 336 u. Osbeck. iter. 73. t. 12. f. 2. Scomber Ductor genannt und zu dem Geschlechte der Scombri, also der Thunfische und Makrelen und Boniten gezählt ward. Da besonders die beiden letztern, von denen man das Garum machte, aber auch der Thunfisch ein gutes Fleisch haben: so kann keiner dieser Fische gemeint sein. Man muss also lesen *pompilum thynnaeum* (θυνναῖον) narras, weil der Schiffsgeleiter viele Verwandtschaft und Aehnlichkeit mit den Thunfischen hatte, und sonst noch Fische den Namen pompili führten. Sonst könnte man glauben, es sei da *denario vilem* als altes Glossem gestanden. — *tyrotarichi patinam*, quam saepius Paetus in conviviis apponebat. *SCH.* S. darüber zu ep. CXI, 1. u. DCCII. — *Facil...fereb. antea*, ehemals war ich ia wohl nachsichtig genug, mir so Was gefallen zu lassen; aber die Zeiten haben sich geändert. — *omnia*, quae Romae geruntur, was zu Rom vorgeht. — [*apud me decl., me*] Ex antiquo suppl. Edd. om. Med. *OR.* — *Tu autem ... nihil est*, hoffe Du nicht damit auszulangen, wenn Du Dein Unvermögen zu zahlen beschwörst. *bonam copiam eiurare* est iurare se creditoribus satisfacere non posse. Per iocum Cicero negat se Paeto concessurum, ut hac excusatione utatur: sibi ad Ciceronem lautius accipiendum copias haud suppetere. *SCH.* Ueber *Nihil est, quod* s. Ramsh. §. 184, 1. Grotef. §. 432. Anm. 2. — *quum rem habebas*, als Du noch Vermögen hattest. — *quaesticulus*, ein kleiner Profit. Sic scripsi. *quaesticulis te faciebat* Md. *faciebam* Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. nullâ sententiâ. *quaesticulis te ferebam* (macht' ich wohl zu Deinen kleinen Knickereien ein Auge zu) de Gronov. susp. Lall. Sch. Lün. *OR.* i. e. concedebam tibi, ut lucellis esses attentior. Cicero nimirum pergens iocari inquit: concedebam tibi, ut me minus laute exciperes. *SCH.* — *perdas*, da Du den Verlust Deines Vermögens so hochherzig erträgst. *perdas* per legem Caesaris, qui decreverat, ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum, quanti quisque ante civile bellum comparassent; deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset, qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Vid. Sueton. Iul. c. 42. *GRONOV.* Simul cavillatur Cicero Paetum ut Caesarianum, qui ipse Caesaris, patroni sui, lege tantam iacturam bonorum faceret. *SCH.* Cäsar hatte also zu Gunsten seiner tief verschuldeten Anhänger das Gesetz gegeben, dass, wenn die Schuldner ihre Gläubiger nicht anders als durch Abtretung der ihnen zum Unterpfand eingesetzten Gü-

quum me hospitio recipias, aestimationem te aliquam putes accipere: etiam haec levior est plaga ab amico, quam
8 a debitore. Nec tamen eas coenas quaero, ut magnae reliquiae fiant: quod erit, magnificum sit et lautum. Memini te mihi Phameae coenam narrare: temperius fiat; cetera eodem modo. Quod si perseveras me ad matris tuae coenam revocare, feram id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat ista, quae scribis, apponere aut etiam polypum Miniani Iovis similem. Mihi crede: non audebis. Ante meum adventum fama ad te

---

ter befriedigen könnten, die Gläubiger schuldig sein sollten, sich mit den besagten Gütern, aber in dem Werthe, worin sie vor dem Bürgerkriege gestanden und welcher von einer billigen Schätzung erwählter Schiedsrichter abhangen sollte, sofort abfinden zu lassen. Diesem zufolge mussten die Gläubiger einen grossen Abzug erleiden, weil sie die Güter, um bezahlt zu werden, in einem Preise annehmen sollten, der ihren dermahligen Werth beträchtlich überstieg. — *non eo sis consilio,* bilde Dir ia nicht ein. — *aestimat. te ... accipere,* dass Du, wie iene Cäsarianischen Schuldner, eine schiedsrichterliche Ermässigung meiner Bewirthung von mir erlangen werdest d. i. dass ich mir eine weniger kostbare Bewirthung gefallen liesse. Cicero se cum creditore, Paetum cum debitore comparat. Creditores lege Caesaris a debitoribus, qui aliter satisfacere non poterant, bona ex aestimatione ab arbitris facta accipere cogebantur. Ita minus, quam debebatur, accipiebant. Cicero autem negat se Paeto concessurum, ut se parcius et minus laute in cenis accipiat; negat se illas cenas quasi arbitri aestimatione imminutas aequi bonique consulturum. *SCH.* — *plaga,* Verlust, *ab amico,* den man durch einen Freund, wie ich, erleidet.

8. *ut* (Fortasse: *ubi. OR.*) *magn. reliq. fiant,* wo Viel wieder abgetragen wird. — *magnificum* genere, ut pavones, attagenes, aves Phasianae, acipenseres, mustelae, aselli; *lautum* arte coqui et apparatus elegantia. *MANUT.* Lauter Seitenhiebe auf die Schlemmerei der Cäsarianer. — *Phameae,* qui fuit avus Tigellii tibicinis. Vid. ad Famil. VII, 24, 2 (DCXXXVI). *MANUT.* Von diesem vermuthlich in der Sullanischen Zeit reich gewordenen Freigelassenen und verschwenderischen Emporkömmlinge war schon ep. CCCL, 4. die Rede. Vgl. ep. DCXXXV. Ueber *Memini te ... narrare* s. Ramsh. §. 164. Anm. 4. Grotef. §. 310. Anm. 5. — *temperius* i. e. maturius. Phamea enim ultra iustum ac solitum diei tempus cenam distulerat. *SCH.* — *eodem modo* fiant. — *feram id quoque.* Sensus est: quod si, neglecta mea admonitione, tamen pergis (darauf bestehst) me ad (auf) cenam parcam et frugalem, quales esse matris tuae cenae solent, revocare (zurückzusetzen); feram id quoque h. e. veniam quidem, sed tamen videre cupio, an tu ausurus sis ista, quae scribis, mihi apponere. *SCH.* — *animum,* den Muth. — *Miniani Iovis similem* i. e. rubentem non sua sponte (nam polypus ruber non est) sed iure tinctum (in einer mennigfarbenen Brühe). Iovis simulacri faciem in Capitolio il-

de mea nova lautitia veniet: eam extimesces. Neque est, quod in promulside spei ponas aliquid; quam totam sustuli. Solebam enim ante debilitari oleis et lucanicis tuis. Sed quid haec loquimur? liceat modo isto venire. 9
Tu vero — volo enim abstergere animi tui metum — ad tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi unum sumptum afferam, quod balneum calfacias oportebit: cetera more nostro; superiora illa lusimus. De villa Seliciana et cu- 10
rasti diligenter, et scripsisti facetissime. Itaque puto me praetermissurum. Salis enim satis est, sannionum parum. Vale.

---

lini minio solitam ait Plin. H. N. XXXIII, c. 7. et XXXV, c 12. inde *Miniano* cognomen. *MANUT. Minianus* ein *ἅπαξ λεγόμ.* Lamb. *miniati.* — *non audebis* ista apponere. — *lautitia,* Leckerhaftigkeit. — *in promulside,* antecena. *Promulsis* est gustatio vel gustus, quod et *antecenium* (Vorgericht) dicebatur et *antecena,* sic dicta, quia veteres initio cenae fere mulsum (Meth) apponebant et ea cena dabatur ante mulsum. *GRAEV.* S. Petr. 24. extr. — *debilitari,* mir den Appetit zu verderben. Cicero Paetum ait antea solitum esse hospitem suum promulside, in primis oleis et lucanicis appositis ita debilitare, ut, quum ad ipsam cenam venisset, cibi appetentia fere nulla superesset. *SCH.* S. unten ep. CCCCLVI, 1: *quem solitus es promulside conficere.* — *lucanicis* scil. *hillis,* hiris, mit Deinen Lucanischen Würsten. S. Varro L. L. IV. 24. Martial. IV, 46, 8. XIII, 34, 1. Stat. Sylv. IV, 9, 35. *hillis* pro *oleis* volebat Heinsius Advers. p. 621. Sed apud Petronium c. 31. diserte in promulside memorantur olivae. *ERN.*

9. *isto,* Neapolim, ubi tu es. *MAN.* — *absterg.,* verwischen, vertreiben. — *tyrot.,* = alte Hausmannskost. S. §. 7. — *afferam,* ich werde verursachen, machen. — *cetera more nostro* fiant, im Uebrigen bleibe es bei uns'rer gewohnten Weise. — *lusimus,* ioci causa scripsimus.

10. *De villa Seliciana,* in Betreff der Villa des Selicius. Dieser Römische Ritter, Geldhändler und vertraute Geschäftsmann des Consularen Lentulus Spinther (S. ep. XVI, 1. XCVI, 4.) hatte ein Landgut unweit der Stadt Neapel besessen, was Cicero dessen Erben abkaufen wollte: aber er war durch Pätus in einem scherzhaften Tone, davon abgehalten worden. S. ep. 473, 3. — *Salis enim...parum,* denn Salz haben wir genug, aber wenig Salzverbraucher. Significat satis esse materiae salibus seu dictis facetis dicendis in Caesarianos; sed parum esse *sannionum* sive derisorum, quod propter potentiam eorum et violentiam nemo libere iocari audeat. *Sanna* snim est derisio cum aliquo gestu, ut si quis digitis alicui cornua faciat: unde *sannio* derisor. Hactenus *GRONOV.* Verisimile est salinas fuisse in ista villa, utiturque Cicero ad illas alludens ioco ex ambiguo, quod est in vocabulo *salis. SCH.*

EPISTOLA CCCCLI. (ad Div. IX. 18.)

Scr. in Tusculano, mense Iunio exeunte A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Exponit, quibus causis adductus familiares suos, quasi aperto ludo, in eloquentia coeperit exercere. Addit nonnulla per iocum d· cenarum laetitia. 1—4.

CICERO S. D. L. PAPIRIO PAETO.

Quum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram, ut eâdem me quam maxime conciliarent familiari suo, accepi tuas literas plenissimas suavitatis: ex quibus intellexi probari tibi meum consilium, quod, ut Dionysius tyrannus, quum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse: sic ego, sublatis iudiciis, amisso regno forensi, ludum quasi habere coepe-
2 rim. Quid quaeris? me quoque delectat consilium: multa enim consequor; primum id, quod maxime nunc opus est, munio me ad haec tempora. Id cuiusmodi sit, nescio: tantum video, nullius adhuc consilium me huic anteponere; nisi forte mori melius fuit: in lectulo, fateor: sed non accidit; in acie non fui. Ceteri quidem, Pompeius,

---

1. *otiosus,* allein und unbeschäftigt. Denn, wenn seine Schüler da waren, so declamirte er selbst und hörte ienen zu, wenn sie declamirten. — *discip.*, Hirtium et Dolabellam. — *obviam* Caesari ex Africa redeunti. — *eâdem* scil. viâ: quod optime elicitur e praeced. *obviam.* Alia exempla huius usus vide apud Forcell. Sic. scil. Md. *iidem* Cett., quod h. l. *παρέλκει. ORELLI.* — *pulsus.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. *expulsus* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Ern. Bened. Sch. Lün. *OR.* *Dionysius* minor. Vid. Iustin. Libr. 31. De quo illud proverbium: *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.* S. Tuscul. Disputt. III, 12, 27. V, 20, 57. 21, 62. V, 84. 98. de Officc. II, 7, 25. III, 10, 45. Cornel. Dion. Valer. Max. VI, 9, 6. vgl. mit Aelian. V. H. IX, 8. Athenaeus. XII, p. 529. Heumann dissert. 1732 und in Parerg. Goetting. 1. 3. u. 12. — *amisso regno* meo *forensi* i. e. in foro, quum non amplius possim causas orare in foro, in quo videbar propter eloquentiam regnare et princeps patronorum esse. Sic *regnum loquendi* Manil. Libr. IV. *GRAEVIUS.* Hortensio tribuitur *dominatio regnumque iudiciorum* in Verr. Act. I. c. 12. et ad Attic. I, 1 (h. ed. 19.), Aquillio *regnum iudiciale. SCH.* — *ludum ... habere,* Schule zu halten und Andern die Kunst zu lehren, die ich selbst nicht mehr auszuüben Gelegenheit habe.

2. *consequor* hoc consilium sequendo. — *munio me ad haec tempora,* ich verschanze mich dadurch gegen diese Zeiten; munio me Caesaris familiarium amicitia, Hirtii, Dolabellae et aliorum. *MANUT.* — *Id cuiusm. sit,* wie weit diess reichen möge. — *nullius ... huic* consilio *anteponere* debere, dass ich keine Ursache habe, irgend Iemandes Plan diesem Plane vorzuziehen. *consilium* scripsi cum Dresd. tert. prob. Ern. *consilio me* (i. e. *consilium me* Vict. 2.) Md. *consilia* Ceteri. *OR.* — *melius fuit in lectulo: fateor* male distinguunt (Vict. 1) Graev. Bened. *OR.* — *sed non accidit,*

Lentulus tuus, Scipio, Afranius foede perierunt. — At Cato praeclare. — Iam istuc quidem, quum volemus, licebit: demus modo operam, ne tam necesse nobis sit, quam illi fuit; id quod agimus: ergo hoc primum. Se- 3
quitur illud: ipse melior fio; primum valetudine, quam intermissis exercitationibus amiseram; deinde ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. Extremum illud est: quod tu nescio an primum putes: plures iam pavones confeci, quam tu pullos columbinos. Tu istic te Hateriano iure delectas; ego me hic Hirtiano. Veni igitur, si vir es, et disce a me προλεγομένας, quas quaeris: etsi

---

aber dazu ist es nicht gekommen. — *in acie* i. e. proelio Pharsalico non adfui, quum aeger essem. — *Lentulus.* Lucius Lentulus Crus, qui consul fuit anno primo belli civilis, Ptolemaei Aegyptii regis iussu, ut Pompeius, sed in custodia necatus. *MANUT.* Vid. Caes. de B. Civ. III. 104. — *Scipio,* Pompeii socer. Von dessen Tode aber scheint Cicero falsch berichtet zu sein; denn er starb mit den Waffen in der Hand. S. de Bell. Afr. c. 96. Liv. Epit. libr. XIV. Dio Libr. XLIII. L. *Afranius* wurde dagegen mit Faustus, dem Sohne des L. Sulla, als Kriegsgefangener des P. Sitius in einem Aufstande von Soldaten ermordet. S. de Bell. Afric. c. 95. Liv. Epit. u. Dio l. c. — *praecl.* periit. — *quam illi fuit.* Necesse id Catoni fuit, quia Caesar vetere odio incensus ei timendus erat. Nos damus operam, ut eius animum nobis reconciliemus; itaque cum eius familiarissimis coniunctissime vivimus. *MANUT.* — *primum* esset consilii mei emolumentum.

3. *Sequitur illud* emolumentum. — *exercit.* declamandi, als Leibesübungen zugleich betrachtet. — *si qua* = quae forsan. — *nescio an* = fortasse. S. Ramsh. §. 174. 2, N. 3. Grotef. §. 345. — *confeci,* „ich habe verzehrt," an der Tafel meiner Schüler, des Hirtius und Dolabella. Iunge und auf eine eigene Art fett gemachte Pfauen galten, vermuthlich weil sie theuer waren, schon wegen des Schweifes ein herrliches Schaugericht, für eins der vornehmsten, leckerhaftesten und unentbehrlichsten Gerichte auf den Tafeln der üppigen Römer. Pätus scheint gerne Etwas von gutem Essen gehört zu haben. — *Hateriano iure.* Ludit in voce *ius,* quod et liquidum cibi et leges significat. Videtur Haterium iurisconsultum penes se habuisse Paetus. *GRONOV.* Vermuthlich hatte Pätus die Brühen des Aterius dem Cicero in einem komisch ernsthaften Tone angepriesen. — *delectas.* Sic scripsi. *delectat* Md., ut sexcenties tertiam pers. pro secunda habet. *delectato* Ceteri. *OR.* — *Hirtiano* iure delecto. Videtur Hirtius lautiore quodam iusculo (Suppe) delectatus fuisse, quod fervens sumebatur. Vide infra ep. 456: *Hirtio cenam dedi*" cet. — *προλεγομένας,* die Vorkenntnisse der höheren Esskunst, die Du zu kennen verlangst. Est iocus ex ambiguo. Nam poterant intelligi prolegomena in schola rhetorica, quam Cicero aperuerat; et cibi quidam lautiores, quos Hirtius, ut caput cenae, convivis apponere solebat quorumque se cupidum Paetus in epistola ostenderat. Ci-

4 sus Minervam. Sed quoniam, *ut* video, aestimationes tuas vendere non potes neque ollam denariorum implere, Romam tibi remigrandum est. Satius est hic cruditate, quam istic fame. Video te bona perdidisse: spero item istic familiares tuos. Actum igitur de te est, nisi provides. Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quoniam cantherium comedisti, Romam pervehi. Sella tibi erit in ludo, tamquam hypodidascalo, proxima: eam pulvinus sequetur.

---

cero igitur invitat Paetum ad se, convivio eum excepturus, ut apud se illud edulii genus cognosceret. *SCH.* *προλεγ.* prolegomena, ea quae praefari solemus, antequam disputationem explicandam suscipimus. *LÜN.* — *etsi sus Minervam* scil. docebo. Nam alibi ep. 456 in Paeto *veterem lautitiam* (wogegen Cicero ep. 450, 8: *de mea nova lautitia*) praedicat. Itaque illo proverbio, quod dicitur in eos, qui, cuius rei scientia carent, in ea peritissimos conantur erudire, significat se stulte agere, quod sibi in arte coquinaria Paeto magistrum fore profiteatur. *SCH.* „wiewohl es lächerlich klingt, dass ein Altmeister wie Du von einem Anfänger lernen soll." Ueb. die Ellipse Ramsh. §. 206, C, 2, c.

4. *quoniam.* S. ep. 450, 7. — *ut video.* Sic scripsi. *quo* cum lin. *video* Md. om. *ut.* Vict. 2. Bened. *quomodo video.* Crat. Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *quando, ut video, OR.* — *aestim. t. v. non potes,* Deine ausstehenden Capitalien ohne grossen Verlust nicht verkaufen kannst. S. zu ep. 450, 7. — *ollam denariorum,* Deinen Geldtopf. Eine Anspielung auf den Geldtopf des alten Geizhalses Euklio in der Aulularia des Plautus! *denariorum* numis ex venditione redactis. Ut apud Plautum in Merc. *implere fores elogiorum. SCH.* S. Ramsh. §. 112. Grotef. §. 262. Anm. — *remigrandum est*, weil er dort Freunde in Menge habe, bei denen er umsonst schmausen könne. Scherze, wozu Pätus in seinen Briefen die Veranlassung gegeben hatte und den Ton angab. — *hic*, Romae. — *cruditate,* an Unverdaulichkeit, laute cenando et nimiis cibis, ex quibus existit cruditas. *GRONOV.* — *istic,* Neapoli. — *fame* scil. perire. — *item istic.* Sic scripsi. *idem istuc* Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. *idem istic* de Gronov. coni. Sch. Lün. *OR.* Loquitur Cicero de familiaribus Paeti Neapolitanis. — *familiares tuos* scil. bona perdidisse, parem iacturam fecisse. Zu *idem istic* ist passos esse zu suppliren. — *quoniam,* wie kurz vorher. — *cantherium comedisti,* postquam equum illum castratum (Wallachen), quem habebas, vendidisti, ut haberes in sumptum. *SCH.* — *in ludo,* in meiner Schulstube. — *hypodid.*, als Unterlehrer. — *proxima* meae sellae. — *pulvinus sequetur* i. e. post aliquod tempus honoris causa accedet pulvinus. *SCH.* „Mit der Zeit soll auch noch ein Polster hinzukommen."

EPISTOLA CCCCLII. (ad Div. VII. 3.)

Scr. Romae mense Quintili A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Exponit, quibus rationibus adductus post pugnam Pharsalicam bello abstinuerit. 1—6.

M. CICERO S. D. M. MARIO.

Persaepe mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus tot annos versamur et ut video versabimur, solet in mentem venire illius temporis, quo proxime fuimus una: quin etiam ipsum diem memoria teneo. Nam a. d. III. Idus Maias, Lentulo et Marcello consulibus, quum in Pompeianum vesperi venissem, tu mihi sollicito animo praesto fuisti. Sollicitum autem te habebat cogitatio quum officii, tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verebare, ne officio deessem: si proficiscerer ad bellum, periculum te meum commovebat. Quo tempore vidisti profecto me quoque ita conturbatum, ut non explicarem, quid esset optimum factu. Pudori tamen malui famaeque cedere, quam salutis meae rationem ducere.
Cuius me mei facti poenituit, non tam propter periculum 2
meum, quam propter vitia multa, quae ibi offendi, quo veneram. Primum neque magnas copias neque bellicosas: deinde, extra ducem paucosque praeterea — de principibus loquor — reliqui primum in ipso bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles, ut ipsam victoriam horrerem: maximum autem aes alienum amplissimorum virorum. Quid quaeris? Nihil boni, praeter causam. Quae quum vidissem, desperans victoriam primum coepi suadere pacem, cuius fueram semper auctor: deinde, quum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere in-

---

M. MARIO. S. zu ep. CXXVI im Anf. CLXXXII.

1. *in mentem venire illius t.*, pflegt mir die Zeit wieder gegenwärtig zu werden. S. Ramsh. §. 111, 3, Not. 3. Grotef. §. 241, Anm. — *proxime*, zuletzt. — *III. Id. Mai.*, am 13. Mai. — *Lent. et Marc. cons.* ão. 705, wo der Bürgerkrieg ausbrach. — *si*, Lamb. *sin proficisc.* — *commov.*, angebat. — *famae*, der Achtung vor der Welt. — *salut...rat. duc.*, als meine Erhaltung in Anschlag bringen.

2. *vitia*, Gebrechen. — *quae offendi*, worauf ich stiess, die ich antraf. *Primum... bellicosas* scil. offendi. — *magnas.* Und doch versichert Plutarch, dass das Pompeiische Heer in der Pharsalischen Schlacht dem Cäsarischen zwiefach überlegen gewesen sei. — *reliqui* scil. fuere; statt dass man *reliquos* scil. offendi erwartet. — *maximum* = maxime *autem* scil. horrerem. — *Quid quaeris?* mit einem Wort. — *Nihil boni praeter causam*, „an der ganzen Partei war Nichts gutes, als die Sache;“ dass sie nämlich die Republik verfocht. — *cuius... auctor*, wozu ich immer gerathen

stitui, ut bellum duceret. Hoc interdum probabat et in ea sententia videbatur fore et fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna coepisset suis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille summus nullus imperator fuit. Signa, tirone et collecticio exercitu, cum legionibus robustissimis contulit: victus turpissime, amissis etiam castris, so-
3 lus fugit. Hunc ego mihi belli finem feci: nec putavi, quum integri pares non fuissemus, fractos superiores fore. Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit aut in aliquas insidias incidendum aut deveniendum in victoris manus aut ad Iubam confugiendum aut capiendus tamquam exsilio locus aut consciscenda mors voluntaria. Certe nihil fuit praeterea, si te victori nolles aut non auderes committere. Ex omnibus autem iis, quae dixi, incommodis nihil tolerabilius exsilio, praesertim innocenti, ubi nulla adiuncta est turpitudo; addo etiam, quum ea urbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore. Ego cum meis — si quidquam nunc cuius-

---

hatte. — *abhorreret*, abgeneigt war. — *ut bellum duceret*, den Krieg wenigstens in die Länge zu ziehen; was Cäsar an Pompeius Stelle selbst würde gethan haben. — *probabat*, er fand gut. — *in ea sent. fore*, dass er dieses Verfahren ergreifen würde; und er hätte es vielleicht gethan. — *ex pugna*, seit, nach einem gewissen Gefecht, illa ad Dyrrhachium. Nach Cäsars eigenem Geständniss konnte diess Gefecht für ihn entscheidend werden, wenn Pompeius seine darin errungenen Vortheile und die nachtheilige Lage des Gegners benutzt hätte. — *tirone et coll. exerc.*, mit einem ungeübten, und aller Orten her aufgerafften Heere. — *cum legion.* Caesaris. *signa conferre cum*, Einem eine Schlacht liefern.

2. *pepulit* = *perculit* Lamb., betroffen hat. — *iniuria,* Beschädigung; quod neque exsilio affectus nec bonis privatus erat a Caesare. *SCH.* — *ut ipsum..pecc. me exist.,* dass ich darin Unrecht zu thun vermeine, wenn ich solches Leben länger aushalte. *ut hoc ipsum* Vict. 2. Lamb. contra Md. Aliis placebit *ut id ipsum.* Sed cfr. Hand ad *Wopk.* p. 391. *ORELLI.* — *Careo,* ich sehe mich beraubt. — *distraxit,* zerstreuete. — *te socio,* mit Deinem Beistande, in opprimenda Catilinae coniuratione. Vid. Plutarch. in Cic. Vita et in Opusculo: *Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. MANUT.* — *defensa res p.* st. defensio rei publicae. S. Ramsh. §. 171, III, 2, Not. 3. — *versor,* ich treibe mich umher mitten unter. — *id*

et bonorum direptionibus; nec audio solum, quod ipsum esset miserum, sed etiam id ipse video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium exstinximus: et, in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc his quidem omnibus caremus. Obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem: sed ea plus non potest, quam vis et mutatio omnium rerum atque temporum. Itaque orbus 3
iis rebus omnibus, quibus et natura me et voluntas et consuetudo assuefecerat, quum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo. Natus enim ad agendum semper aliquid dignum viro, nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem: et, qui antea aut obscuris hominibus aut etiam sontibus opitulari poteram, nunc P. Nigidio, uni omnium doctissimo et sanctissimo et maxima quondam gratia et mihi certe amicissimo, ne benigne quidem polliceri possum. Ergo hoc ereptum est literarum genus. Reliquum est, ut con- 4
soler et afferam rationes, quibus te a molestiis coner abducere. At ea quidem facultas vel tui vel alterius consolandi in te summa est, si unquam in ullo fuit. Itaque eam partem, quae ab exquisita quadam ratione et doctrina proficiscitur, non attingam: tibi totam relinquam.

---

ipse video. Sic scripsi. *sed etiam de ipsum video* Md. *sed etiam id ipsum video* Vict. 1. 2. Lamb. *sed etiam ipse video* Bened. *sed etiam video* Crat. Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR. id* weiset auf *dissipari.* — *quibus adiutoribus,* mit deren Beihülfe. — *illud incendium,* Catilinae coniurationem. — *in qua urbe.* S. Ramsh. §. 159, 3, d. Not. 2. — *in ea nunc urbe,* ex interpol. Mart.-Lag. Lünem. *OR.* — *his.* Sic Md. Vict. 1. 2. Mart.-Lag. Sch. Lün. *iis quidem* Cett. *OR.* — *Caesaris . . . humanit.* Diess, wie vorher *Caesar detulerit,* konnte Cicero vor Cäsars Rückkehr aus Africa nicht schreiben.

3. *iis,* Md. Vict. 2. *his rebus.* — *mihi ipse.* Neap. Asc. 1. Mart.-Lag. Sch. *mihi ipsi* contra Md. *ipsi mihi* Crat. — *Natus* per invers. vorangestellt, = quum natus sim. — *rationem,* Veranlassung, Gelegenheit, Etwas zu thun. — *obscuris,* obscuro loco natis, unbedeutenden. — *sontibus.* Nam et nocentibus opem interdum tulit eius eloquentia. *MANUT.* — *P. Nigidio,* einem P. Nigidius, artig u. mit Bedeutung gesagt st. tibi. S. Ramsh. §. 151, c, 1. 203, I, a, 3. — *et maxima q. gratia* valenti, einem einst so allgemein geschätzten u. beliebten Manne. del. *et* Ern. Mart.-Lag. Sch. *OR.* *ne ben. q. p. possum,* Md. Vict. 1. *possim.* „ich bin nicht im Stande auch nur ein freundliches Wort, eine Gefälligkeit, eine gefällige Verwendung für ihn bei Cäsar zu versprechen.

4. *ut te consoler.* Lamb. — *et* Sch. *ut afferam.* — *a molest.,* von Deinen Bekümmernissen. — *ratione et doctrina* eine Hendiadys st. *ratione doctrinae,* was Mart.-Lag. vermuthet. „Die Trostgründe, die aus den lauteren Quellen philosophischer Bildung ge-

Quid sit forti et sapienti homine dignum: quid gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a pueritia floruisti, a te flagitent, tu videbis. Ego, quod intelligere et sentire, quia sum Romae et quia curo attendoque, possum, id tibi affirmo: te in istis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum; in iis autem, in quibus etiam nos sumus, for-
5 tasse semper fore. Videor mihi perspicere primum ipsius animum, qui plurimum potest, propensum ad salutem tuam. Non scribo hoc temere. Quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. Quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum. Familiares vero eius, et ii quidem, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te et loquuntur et sentiunt. Accedit eodem vulgi voluntas vel potius consensus omnium. Etiam illa, quae minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est, res publica, quascunque vires habebit, ab iis ipsis, quibus

---

schöpft werden." — *intelligere et sentire,* wahrnehmen und merken. — *et quia talia,* ex interpol. Crat. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — scilicet affirmo, *te in istis mol.* u. s. w. — *in iis,* Md. Vict. 1. 2. *his.* „wiewohl Das, was uns alle drückt, vielleicht immer währen wird" d. i. der Umsturz des Freistaats im Gegens. von dem Exsil, was den Figulus privatim drückte. *fort. non semper fore* Cld. Lambini, Crat. prob. Beng. *OR.* Diess scheint richtiger wegen §. 5. *Etiam illa, quae* cet.

5. *qui plur. potest.,* kluge Umschreib. statt Caesaris. — *ad salut. t.* d. i. zu Deiner Befreiung vom Exsil. — *temere,* ohne Grund. — *Quo minus ... curiosior,* ie seltener ich mich ihm nähere, desto schärfer beobacht' ich ihn. — *Quo facilius* = ut eo facilius: „damit er Anderen, auf die er ernstlicher zürnt, um so leichter eine gestrengere Antwort geben könne, eben desshalb zögert er noch so, Dich von Deiner unangenehmen Lage zu befreien. VI, 13 (465 h. ed.) schreibt Cicero: Caesar Africanae causae est iratior, *diutius velle videtur eos habere sollicitos* (in Angst lassen), a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis conflictatum. *quibus est iratior* propter bellum in Africa renovatum. *MANUT.* Man sieht also, dass Nigidius nicht mit nach Africa gegangen war; wie auch, dass dieser Brief erst nach dem Africanischen Kriege geschrieben ist. — *et ii,* Md. Vict. 2 *et hi quidem.* — *mirabiliter,* äusserst vortheilhaft, auf eine bewundernswerthe Art, mit Bewunderung. — *consensus omnium,* die öffentliche gute Meinung von Dir. — *sed possit necesse est* brevius dictum pro: *sed aliquando plus possit necesse est.* Sic VI, 10: non enim perpetuo iacere potest; et omnino vires aliquas recuperabit. *SCH.* — *ab iis ipsis* i. e. Caesare et Caesarianis. *ab his* Md. Vict. 2. — *quibus.* Cld. aliq. Lamb. Lall. *a quibus tenetur* (in deren Gewalt sie ist). Sed cfr. Haud ad *Wopkens.* p. 7. — *de te ... impetrabit,* wird Deine Wiederherstellung nächstens erwirken.

tenetur, de te propediem, mihi crede, impetrabit. Redeo 6
igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid, quod primo omiseram. Nam et complectar eius familiarissimos, qui me admodum diligunt multumque mecum sunt: et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo: et certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, pervenire posse. In hoc toto genere plura faciam, quam scribere audeo: ceteraque, quae tibi a multis prompta esse certo scio, a me sunt paratissima: nihil in re familiari mea est, quod ego meum malim esse, quam tuum. Hac de re et de hoc genere toto hoc scribo parcius, quod te, id quod ipse confido, sperare malo te esse usurum tuis. Extre- 7
mum illud est, ut te orem et obsecrem, animo ut maximo sis nec ea solum memineris, quae ab aliis magnis viris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio studioque peperisti. Quae si colliges: et sperabis omnia optime et quae accident, qualiacunque erunt, sapienter feres. Sed haec tu melius vel optime omnium. Ego, quae pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia diligentissi-

6. *quod primo omiseram*, i. e. quod facere me non posse ostenderam. *SCH.* „gegen meine anfängliche Aeusserung." — *complectar*, ich werde anliegen. — *in ipsius* Caesaris *me consuetudinem ... insinuabo*, ich werde mich in einen näheren Zutritt zu ihm selbst einzuwinden suchen. Sed *insinuabo* pro *insinuabor*. Sic in Verr. Libr. III. c. 68. de Orat. 1, c. 20. Liv. XL. c. 37. Virgil. Aen. II, 229. *MANUT.* — *quam ... clausit.* So muss der Brief denn wohl älter sein, als die Rede pro Marcello, womit er begann, sich für Andere in Staatssachen beim Cäsar zu verwenden. *SCHMIEDER.* — *et certe.* Mart.-Lag. del. *et.* — *perveniri* Lamb. Mart.-Lag. — *In hoc toto.* Delev. ult. voc. Mart.-Lag. Lünem. — *Ceteraque, quae.* Sic Md. Vict. 1. Beng. Bened. *cetera, quae* Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* „worüber Du, wie ich gewiss weiss, bei Vielen zu gebieten hast." — *a me sunt parat.*, steht Dir auch bei mir alle Augenblicke zu Dienste. — *de hoc genere toto*, über diesen ganzen Artikel. — *hoc ... parcius*, um so Weniger. — *quod te ... sperare malo, te esse usurum tuis* i. e. parcius tibi offero facultates meas, quod malo te sperare te mox tuis usurum; id quod futurum esse propediem ipse confido. *SCH.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. Sch. om. *te* Neap. Asc. 1. Lamb. Graev. Ern. Mart.-Lag. Lün. *OR.*

7. *Extr. illud est*, ich schliesse diesen Brief damit. — *peperisti* scil. tibi. Hoc pertinet ad animum eius et suapte natura et optimorum philosophorum libris ad virtutem et beate vivendi consuetudinem informatum. Nam scripta Nigidii magis in naturae rerum abditis et literatura versabantur, quam in morum disciplina. *SCH.* — *Quae si colliges*, nimmst Du das zusammen, hältst Du Dich daran. — *sper. omn. opt.*, so wirst Du immer das Beste hoffen. — *Sed haec ... omnium* scil. agere scis. — *trist. meo*

meque curabo tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo.

EPISTOLA CCCCLXIV. (ad Div. IV. 7.)

Scr. Romae mense Septembri A. U. C. 708. (a. C. 46.)

M. Marcellum, qui in consulatu Caesarem vehementer impugnaverat, nunc Mytilenis exsulantem et perpetuo a patria abesse volentem permovere studet, ut bona cum Caesaris venia, quam facile sit impetraturus, Romam redire malit. 1—6.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

Etsi eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut meum consilium non anteponam tuo: tamen et amicitiae nostrae vetustas et tua summa erga me benevolentia, quae mihi iam a pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quae et saluti tuae conducere arbitrarer et
2 non aliena esse ducerem a dignitate. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante videris, consulatum magnificentissime atque optime gesseris, praeclare memini: sed idem etiam illa vidi, neque te consilium civilis belli ita gerendi nec copias Cn. Pompeii nec genus exercitus probare semperque summe diffidere: qua in sententia me quoque fuisse, memoria tenere te arbitror. Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis et

---

tempore, quum eiectus a Clodio exsularem. *MANUT.* „die Du Dir in der trübesten Zeit meines Lebens um mich erworben hast.“

M. MARCELLO, der 703 mit Serv. Sulpicius Consul gewesen war. S. zu ep. CCXVII im Anf.

1. *Etsi eo te...consil. usum intelligo*, obgleich ich Dich noch immer auf einem Entschlusse der Art beharren sehe. — *non quin ...dissentiam*, nicht als ob ich hierin Deiner Meinung wäre. Ueber *non quin* s. Ramsh. §. 186. Grotef. §. 394. — *meum consil.*, meine Meinung. — *conducere*, zuträglich sein. — *aliena esse a dignitate*, mit der Würde unvereinbarlich sein.

2. *eum te esse, qui..videris...gesseris.* Ueber die 2. Person der Verb. s. Grotef. §. 202. Zus. 1. — *optime atque magnif.*, Mart.-Lag. Sch. Lün. contra Med. *opt. magnificentissimeque* Neap. Asc. 1. *OR.* — *etiam illa*, was auf die folgenden Infinit. c. acc. hinweiset. *ille* Mart.-Lag. coni. probante Goerenz *Legg.* pag. 86. Obstat interiectum v. *etiam.* Margo Crat. *sed illa etiam vidi. OR.* — *ita*, nempe extra Italiam. — *semperque* = sed semper nach der Negation. „sondern dass Du immer das grösste Misstrauen in Das alles setztest. — *rebus gerendis*, bei den Kriegesverrichtungen. —

ego id semper egi, ne interessem. Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quae erant in nobis superiora, sed lacertis et viribus, quibus pares non eramus. Victi sumus igitur, aut, si vinci dignitas non potest, fracti certe et abiecti. In quo tuum consilium nemo potest non maxime laudare, quod cum spe vincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem ostendistique sapientem et bonum civem initia belli civilis invitum suscipere, extrema libenter non persequi. Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, 3
eos video in duo genera esse distractos. Aut enim renovare bellum conati sunt, hique se in Africam contulerunt: aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt. Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. Fateor a plerisque vel dicam ab omnibus sapiens tuum consilium, a multis etiam magni ac fortis animi iudicatum. Sed habet ista ratio, ut mihi quidem videtur, quendam modum: praesertim quum tibi nihil deesse arbitrer ad tuas fortunas omnes obtinendas praeter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu illud beneficium omnino non

---

id...egi, ich wusste es so zu machen. — *iis* (Md. Vict. 2 *his*) *rebus,* mit der Art von Waffen. — *valere,* dem Gegentheile überlegen sein. — *causa,* mit der Güte der Sache. — *viribus,* Streitkräften. — *fracti certe* (= doch, wenigstens. S. Ramsh. §. 203. IV, 2, a.) *et abiecti,* überwältigt und zu Boden geworfen. — *nemo potest non,* Iedermann muss. S. Ramsh. §. 173. Grotef. §. 337. — *abiecisti,* aufgabest. — *ostendisti* tuo exemplo. — *extrema aut. lib. non persequi,* den Bürgerkrieg freiwillig nicht auf's Aeusserste treibe.

3. *in duo genera esse distractos,* die schlugen, seh' ich, zwei verschiedene Wege ein. — *hique se* Sic Md. Vict. 1. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *iique se* Bened. *hi qui se* Vict 2. *et hi se* Crat. *ii qui se* Graev. *ut ii qui se* Lamb. *OR.* — *victori* (Caesari) *sese credid.,* vertraueten ihr Schicksal dem Edelmuthe des Siegers. Mart.-Lag. coni. *tradiderunt,* ein zu starker Ausdruck. — *Medium ...consilium,* Du ergriffest zwischen beiden eine Art von Mittelweg; ut neque bellum renovares neque Romam redires, sed in oppidum liberum et ab armis remotum te reciperes. *MANUT.* — *qui* = quum tu ... *duceres,* da Du dieses für Niederträchtigkeit, ienes für Starrsinn halten mochtest. S. Ramsh. §. 191, 1. Grotef. §. 431, 2. — *vel dicam,* oder ich möchte wol sagen. — *consil.,* Deine Massnehmung. — *ista ratio* = consilium, dieser Vorsatz, Beschluss. — *quend. mod.,* sein Maass u. Ziel. — *ad tuas fort. omn. obtin.,* zu völliger Wiedererlangung, Wiederherstellung Deiner vorigen Glücksumstände. — *praeter volunt.* tuam, — *ne...non putares,* es möchte Dir vielleicht durch Deine Zurückberufung nicht einmahl ein Gefallen geschehen. Ueber *ne..non* s. Ramsh.

putares. De quo quid sentiam, nihil attinet dicere:
4 quum appareat, ipse quid fecerim. Sed tametsi iam ita constituisses, ut abesse perpetuo malles, quam ea, quae nolles, videre: tamen id cogitare deberes, ubicunque esses, te fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate. Qui si facile passurus esset te carentem patria et fortunis tuis quiete et libere vivere, cogitandum tibi tamen esset Romaene et domi tuae, cuicuimodi res esset, an Mytilenis aut Rhodi malles vivere. Sed quum ita late pateat eius potestas, quem veremur, ut terrarum orbem complexa sit: nonne mavis sine periculo tuae domi esse, quam cum periculo alienae? Equidem, etiam si oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis. Hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt: quorum est magna pro tuis maximis
5 clarissimisque virtutibus multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuae, quam dissipari nolumus. Nam etsi nullam potest accipere iniuriam, quae futura perpetua sit: propterea, quod neque is, qui tenet rem publicam, patietur neque ipsa res publica: tamen impetum praedonum in tuas fortunas fieri nolo. Hi autem qui essent, auderem scribere, nisi te intelligere confiderem.
6 Hic te unius sollicitudines, unius etiam multae et assiduae lacrimae C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur:

---

§. 193, I, 3. Grotef. §. 402. Anm. — *nihil attinet dicere*, ist unnöthig zu sagen.

4. *tametsi* de Ernest. sententia Mart.-Lag. Sch. Lün. *tamen si* Priores cum Md. *OR.* S. Ramsh. §. 191, 1. Grotef. §. 408. 428. — *cuicuimodi* i. e. cuiuscunque demum modi *res esset*, wie die Sachen auch übrigens ständen. de Gronov. sententia Mart.-Lag. Sch. Lün. *cuiusmodi* cum Md. Priores praeter Lamb., qui: *cuiuscuiusmodi. OR.* S. Ramsh. §. 165, I, 1, Not. Grotef. §. 430. Anm.; über *cuicuimodi* Wyttenb. zu de Legg. II, 5. Tuscul. III, 34, 83. V, 41, 121. Ramsh. §. 46, 8. Schulz. §. 47. 27; über *an ... aut* Ramsh. §. 174, 3, d, Not. 4. — *mavis*, Mart.-Lag. Sch. Lün. *malis.* — *si oppet. mors esset*, wenn ich dem Tode entgegengehen, ihn bestehen müsste. — *atque in alienis* Mart.-Lag. Sch. Lün. contra Md.

5. *Hab. rat.* cet., überdiess ziehen Wir auch Dein Vermögen in Betracht. — *nullam potest* scil. res tua familiaris. Sic Md. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *potes* Vict. 1. Mart.-Lag. *OR.* — *is*, Caesar. — *patietur.* Sic Md. Vict. 1. Graev. Seqq. *pateretur* Vict. 2. Lamb. *OR.* — *impetum praedonum.* Caesarianos quosdam designat, obaeratos fortasse et in eorum, qui a Pompeii partibus steterant, bona invadere cupidos; qui ne forte impudentia flagitandi a Caesare impetrarent, ut sibi Marcelli bona dividerentur, verendum erat. *SCH.* — *Hi* (*Ii* Crat.) *autem.* — *te intelligere*, dass Du mich verständest.

6. *Hic* i. e. Romae *te*, Lamb. *pro te.* — *Caii Marcelli*, qui

nos cura et dolore proximi sumus, precibus tardiores, quod ius adeundi, quum ipsi deprecatione eguerimus, non habemus. Gratia tantum possumus, quantum victi: sed tamen consilio, studio Marcello non desumus. A tuis reliquis non adhibemur; ad omnia parati sumus.

EPISTOLA CCCCLXV. (ad Div. VI. 13.)

Scr. Romae mense Septembri A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Solatur Ligarium exsulem eumque bene sperare iubet et, ut forti animo sit, hortatur. 1—5.

CICERO LIGARIO.

Etsi tali tuo tempore me aut consolandi aut iuvandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat, tamen adhuc id non feceram, quia neque lenire videbar oratione neque levare posse dolorem tuum. Postea

---

cum L. Aemilio Paullo 704 consul fuerat. *unius*, „von Deiner Familie" wie gleich nachher *A tuis reliq. non adh.* zeigt. — *precibus tardiores*, im Fürbitten freilich zögernder. — *ius adeundi*, freien Zutritt zum Cäsar. — *deprecatore* Neap. Asc. 1. Lamb. Mart.-Lag. contra Md. — *Gratia tantum possumus* cet., mein Einfluss vermag nur so wenig, als sich ein Besiegter versprechen kann. — *Marcello*, fratri tuo. — *A tuis reliquis non adhib.*, Deine übrigen Angehörigen nehmen mich nicht in Rath.

LIGARIO. Es lebten damals drei Gebrüder dieses Namens. Der älteste von ihnen, Q. Ligarius, war als Legatus des Proprätors Considius von demselben beim Abgange aus der Provinz Africa bis zur Ankunft eines neuen Proprätors mit der einstweiligen Verwaltung derselben beauftragt worden. Beim Ausbruche des Bürgerkrieges verlangten die Pompeianer daselbst, dass er das Commando übernehmen sollte, was er ausschlug. Dagegen verstand sich Atius Varus, ein vormaliger Proprätor in Africa, wirklich dazu, bei welchem er als Legatus verbleiben musste. Indess kam der neue vom Senat abgeordnete Proprätor Q. Tubero mit seinem Sohne dahin, ward aber vom Varus nicht an's Land gelassen, ging zum Pompeius nach Griechenland, und erhielt nach dem Pharsalischen Treffen von Cäsar Begnadigung. Ligarius hingegen fuhr fort in Africa unter Scipio gegen Cäsar zu dienen, für welchen seine beiden Brüder fochten; irrte aber, nach der entscheidenden Niederlage der republicanischen Partei daselbst, eine geraume Zeit im Elende hin und her, ohne Hoffnung vom Sieger begnadigt zu werden. Um diese Zeit schrieb Cicero zwei Briefe an ihn. Zu bemerken ist noch, dass der jüngere Tubero, weil er seinen Vater und ihn selbst in Africa nicht habe landen lassen, ihn de vi beim Cäsar belangte; aber Cicero hielt die noch vorhandene schöne Rede zu seiner Vertheidigung.

1. *tali tuo temp.*, in Deiner dermaligen Lage. — *oportebat* coniunct. loco. Vid. Ramsh. §.16, 62, c, N. Grotef. §. 184. Zumpt §. 518.

vero quam magnam spem habere coepi fore, ut te brevi tempore incolumem haberemus, facere non potui, quin
2 tibi et sententiam et voluntatem declararem meam. Primum igitur scribam — quod intelligo et perspicio — non fore in te Caesarem duriorem; nam et res eum quotidie et dies et opinio hominum et, ut mihi videtur, etiam sua natura mitiorem facit: idque quum de reliquis sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis eius: quibus ego ex eo tempore, quo primum ex Africa nuntius venit, supplicare una cum fratribus tuis non destiti. Quorum quidem et virtute et pietate et amor in te singularis et assidua et perpetua cura salutis tuae tantum proficit, ut nihil sit,
3 quod non ipsum Caesarem tributurum existimem. Sed si tardius fit, quam volumus; magnis occupationibus eius, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: et simul Africanae causae iratior diutius velle videtur eos habere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse

---

Postea . . . quam. Tmesis. — *fore, ut.* S. Ramsh. §. 168, B, 4, Not. 1. Grotef. 310, Anm. 6. Zumpt. §. 594. — *incol. hab.*, Dich in kurzer Zeit wohlbehalten in uns'rer Mitte zu sehen. — *non potui, quin* so konnt' ich nicht umhin, zu. S. Ramsh. §. 185, 2. Grotef. §. 404, 2.

2. *quod intelligo et persp.*, so viel ich merken u. einsehen kann. — *duriorem*, unerbittlich. — *dies*, die Alles lindernde Zeit. — *op. hom.*, die öffentliche Meinung. Denn Cäsar wird nicht grausam scheinen wollen. — *sua natura* a crudelitate abhorrens. Et Caesar quum Adrumetum pervenisset, Q. Ligario et C. Considio filio, qui tum ibi fuerant, vitam, ut pluribus aliis, qui contra se pugnaverant, facile concessit. Vid. Auct. de Bello Afric. c. 89. *SCH.* — *idque . . . sentio,* ich merke diess sowohl in Hinsicht der Andern, die nämlich wie Ligarius in Africa die Waffen gegen Caesar getragen hatten. — *de te*, in Ansicht Deiner. — *ex fam. eius*, Caesaris, aus dem Munde seiner Vertrautesten. — *quibus . . supplicare*, bei welchen für Dich zu bitten. — *cum fratr.*, die ja beim Cäsar gedient hatten. — *pietate.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Bened. Mart.-Lag. Nec constructio tamen ipsa neque Benedicti interpretatio placet. Puto fuisse: *quorum quidem et virtute et pietate et amore in te singulari, et* (an hoc *et* delendum?) *assidua et perpetua cura* (scil. mea et amicorum, casu primo) *salutis tuae tantum profecit*: ut fere est seq. Ep. initio. *quorum quidem et virtus et pietas* Ceteri coni. (*sal. tuae cura* Crat. Lamb.) *ORELLI.*

3. *magnis occupat.* brevius dictum pro: in causa est, quod magn. occ. cett. *SCH.* — *Africanae causae* i. e iis, qui post pugnam Pharsalicam bellum in Africa renovarant, inter quos Ligarius quoque fuerat. — *velle vid. eos hab. sollic.*, scheint er die durch eine längere und ängstlichere Ungewissheit ihres Schicksals strafen zu wollen. Ueb. *habere* s. Ramsh. §. 171. II, A, 1. Grotef. §. 324. — *a quibus . . . conflictatum,* die er als die Veran-

molestiis conflictatum. Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius et placatius ferre. Quare mihi crede et memoriae manda me tibi id affirmasse te in istis mole-
stiis diutius non futurum. Quoniam, quid sentirem, ex- 4
posui: quid velim tua causa, re potius declarabo, quam oratione. Et, si tantum possem, quantum in ea re publica, de qua ita sum meritus, ut tu existimas, posse debebam; ne tu quidem in istis incommodis esses: eadem enim causa opes meas fregit, quae tuam salutem in discrimen adduxit. Sed tamen, quidquid imago veteris meae dignitatis, quidquid reliquiae gratiae valebunt; studium, consilium, opera, gratia, fides mea nullo loco deerit tuis optimis fratribus.
Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti: 5
primum ob eas causas, quas scripsi: deinde, quod ea de re publica semper voluisti atque sensisti, ut non modo nunc secunda sperare debeas, sed etiam, si omnia adversa essent, tamen conscientiâ et factorum et consiliorum tuorum, quaecunque acciderent, fortissimo et maximo animo ferre deberes.

EPISTOLA CCCCLXVI. (ad Div. IV. 8.)

Scr. Romae mense Sept. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Laudatâ Marcelli prudentiâ pollicetur officia sua et, ut domum, quicunque status rei publicae sit, revertatur, iterum admonet. 1—2.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

Neque monere te audeo praestanti prudentia virum

---

lasser ansieht, dass er sich mit langwierigern und beschwerlichen Feldzügen hat plagen müssen. *e quibus* Mart.-Lag. coni. sed *a quibus* = quorum culpa. S. Ramsh. §. 150, 1, b. — *remissius*, kälter, gelassener. Eine vom abgespannten Bogen entlehnte Metapher! — *memoriae manda*, merke Dir's, denke daran. — *affirmasse*, pro certo praedixisse.

4. *Quoniam*. S. ep. 455, 2. — *quid velim tua causa*, was ich für Dich zu thun wünsche. Sic Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *vellem* Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *OR*. — *oratione*, verbis. — *debebam* st. deberem. — *ne . . esses*, so würdest auch nicht einmal Du Dich in dieser beschwerlichen Lage befinden. — *enim* = doch. *opes meas*, meine Kräfte, meinen Einfluss. — *imago*, der Schemen, Schatten. — *nullo loco deerit*, wird überall zur Seite stehen. — *fratribus* pro te supplicantibus.

5. *nunc secunda*, ietzt das Beste zu hoffen berechtigt bist. Sic. Lamb. Graev. *secunda* del. cum Crat. Ern. prob. Rostio *Spec.* 4, p. 6. *nunc, secunda quum sp.* perversâ sententiâ Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR*. — *adversa* tibi. — *conscientiâ* = propter conscientiam. Ablat. causae. —

nec confirmare maximi animi hominem unumque fortissimum: consolari vero nullo modo. Nam si ea, quae acciderunt, ita fers, ut audio, gratulari magis virtuti debeo, quam consolari dolorem tuum: sin te tanta mala rei publicae frangunt, non ita abundo ingenio, ut te consoler, quum ipse me non possim. Reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum praebeam praestemque et ad omnia, quae tui velint, ita sim praesto, ut me non solum omnia debere tua causa, sed ea quoque etiam, quae non possim, putem.
2 Illud tamen vel tu me monuisse vel censuisse puta vel propter benevolentiam tacere non potuisse: ut, quod ego facio, tu quoque animum inducas, si sit aliqua res publica, in ea te esse oportere iudicio hominum reque principem, necessitate cedentem tempori; sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exsulandum locum. Si enim libertatem sequimur: qui locus hoc dominatu vacat? sin qualemcunque locum; quae est domestica sede iucun-

---

M. MARCELLO. S. zu ep. CCXVII. u. CCCCLXIV.

1. *confirmare,* Muth einsprechen. — *unumque fort.*, einem, wenn ie Einer es war, so tapfern Manne. *virumque* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Tolerari h. l. nequit, quia praecedit *virum.* Alius suspicabitur excidisse v. *omnium. ORELLI.* — *nullo modo* scil. audeo. — *gratulari virt.*, Dir zu Deiner Mannhaftigkeit, Seelengrösse, Standhaftigkeit Glück zu wünschen. — *te ... frangunt,* dein Herz zermalmen, brechen. — *possim* scil. consolari. — *ut tibi me . . . eum* = talem *praeb. praestemque*, dass ich mich Dir . . . als einen solchen Freund erweise und bewähre. — *et.* Sic Lamb., ut aliquoties iam *ut* Medicei corrigendum erat. *ut* Ceteri cum Md. *OR.* — *ita sim praesto,* und so bei der Hand sei. Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *adsim* Marg. Crat. Graev. Ern. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *causa, quae possum.* Vict. 2. Lamb. *causa, quae possim* Mart.-Lag. Supplementum haud improbabile. *OR.* — *putem.* Sic Md. Vict. 1. Ern. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lünem. *putent* Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. *OR.* Ciceronis hoc erat cogitare, se plura debere, quam posset. *SCH:* „wie es die von mir gehegte Ueberzeugung verlangt, dass ich nicht nur Alles, was ich vermag, sondern sogar Mehr, als ich vermag, für Dich zu thun schuldig sei.“

2. *ut . . tu quoque animum inducas,* dass auch Du Dich überreden möchtest. — *si sit aliq. res p.*, wenn auch nur ein Schatten von Republik noch vorhanden wäre. — *esse op.*, darin leben müssest, da Du im Urtheile der Menschen u. in der That der Erste derselben bist. *principem* kurz für quum princeps sis. — *necess. ced. temp.*, wenn Du gleich nothgedrungen den Zeitumständen nachgibst. — *nulla* scil. res publica, sollte es aber mit ihr gänzlich aussein. — *hunc* i. e. Romam. — *sequimur* = sequi volumus, nachziehen wollen. — *sin qual. loc.* sequimur, gilt uns aber der Ort gleich. — *quae* scil. sedes cet., wo wohnte sich san-

dior? Sed mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, favet ingeniis: nobilitatem vero et dignitates hominum, quantum ei res et ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura, quam statueram. Redeo ergo ad unum illud, me tuum esse, fore cum tuis, si modo erunt tui: si minus, me certe in omnibus rebus satis nostrae coniunctioni amorique facturum. Vale.

EPISTOLA CCCCLXVII. (ad Div. VII. 27.)

Scr. Romae fortasse eodem, aut alio mense A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Fadium Gallum, qui se per literas accusaverat, graviter repungit. 1—2.

M. CICERO S. D. GALLO.

Miror, cur me accuses, quum tibi id facere non liceat. Quod si liceret, tamen non debebas. „Ego enim te in

---

genehmer als in der Heimath? — *qui o. tenet* Umschreib. für *Caesar.* — *dignit.*, bekleidete Staatswürden, Männer von Würde. — *res*, die Natur der Sache. — *ipsius causa*, sein eigenes Interesse. — *ampl.* = tuetur, nimmt er in Schutz. — *Sed plura* scripsi. Ueber d. Ellipse s. Ramsh. §. 206, C, 2, c. — *me tuum esse, fore cum tuis*, den Deinigen zur Seite stehen werde. Sic Md. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. *me ad nutum esse et fore tuis, si modo* Mart.-Lag. (partim de I. F. Gronovii susp.) Lünem. Sed hoc sane nimium est: *fore cum tuis* Italice dixeris: *operare di concerto. OR.* — *si modo erunt tui*, sofern sie als die Deinigen sich gegen Dich erweisen. *in omn. rebus*, bei allen Gelegenheiten. — *satis . . . facturum.* Tmesis.

GALLO. S. zu ep. CLXXIX im Anf. Dieser T. Fadius Gallus, ein Anhänger des Pompeius, war unter Cicero's Consulate 691 Quästor und 697, als Cicero aus dem Exsil zurückberufen wurde, Tribunus Plebis gewesen. S. Pighius Annal. ad a. 696. Wie es scheint, hatte er ietzt dem Cicero in einem etwas unziemlichen Tone Vorwürfe darüber gemacht, dass er sich bei Cäsar nicht um seine Zurückberufung von der Verbannung aus Italien verwende, da er, Fadius, es ganz anders um ihn verdient habe und ihr ehemaliges Verhältniss (des Consuls zu seinem Quästor, wie eines Vaters zu seinem Sohne) Etwas ganz anders von Cicero erfordert hätte.

1. *Miror, cur me accuses*, es wundert mich, dass Du mich anklagst. S. Ramsh. §. 174, 2. Gronovio videtur Cicero in verbo *accusses* ludere, quod positum sit pro *culpes, arguas, reprehendas*; quum sequentia ita sonent, quasi id posuisset de accusatione in foro coram iudice. — *non liceat* propter quaestoriae necessitudinem. Vid. Divin. in Caecin. c. 19. Fuerat autem quaestor Ciceronis cons. 691. Vid. post Redit. in Senat. c. 8. Sed et alia potest causa dari, quia erat exsul. *GRONOV.* — „*Ego . . . observaram*, ich hatte doch, sagst Du, für Dich während Deines Consulats alle Achtung gehabt." Fadius igitur imputat Ciceroni cultum et officia, quae ei consuli

consulatu observaram;" et ais fore, ut te Caesar restituat. Multa tu quidem dicis: sed tibi nemo credit. Tribunatum plebei dicis te mea causa petisse. Utinam semper esses tribunus! intercessorem non quaereres. Negas me audere, quod sentiam, dicere: quasi tibi, quum impudenter me rogares, parum fortiter responderim.
2 Haec tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. Quod si humaniter mecum questus esses, libenter tibi me et facile purgassem: non enim ingrata mihi sunt, quae fecisti: sed, quae scripsisti, molesta. Me autem, propter quem ceteri liberi sunt, tibi liberum non visum demiror: nam, si falsa fuerunt, quae tu ad me, ut ais, detulisti:

---

praestiterit. *te in consulatu* = te consulem. — *et ais* und fügst hinzu. — *restituat,* ab exsilio revocet. Nämlich auch, wenn Cicero sich seiner nicht annehme. Wirklich rief Cäsar Viele aus dem Exsil zurück. S. ep. 473. — *nemo credit* doppelsinnig. Es kann heissen, „Niemand glaubt oder Niemand leihet Dir Geld; Du hast keinen Credit." — *mea causa petisse,* ut Lentulum Spintherem consulem adiuvare posses me ab exsilio revocari cupientem. *SCH.* — *intercessorem non quaereres,* so brauchtest Du Keinen, der sich für Dich verbürgte. Non quaereres, qua fide et quo sponsore quisquam tibi crederet numos. *GRONOV.* Wiederum ein Spiel mit dem Worte *intercessorem!* insofern Der, welcher Tribunus ist, selbst das ius intercedendi hat; and'rer Seits aber intercedere pro aliquo pecuniam = fide iubere sich verbürgen bedeutet; z. B. Philipp. II, 18; Tantum enim se pro te intercessisse dicebat und ad Attic. 1, 6: intercessisse se pro iis magnam pecuniam; Senec. ep. 119: Nolo per intercessorem mutueris. — *fortiter,* herzhaft. Fadius scheint auch dem Cicero früher zugemuthet zu haben, dass er sich für eine Summe Geldes, deren er im Exsil bedürftig war, verbürgen möchte. Da dieser sich dessen weigerte, so hatte er ihm einen bittern Brief geschrieben, worauf Cicero ihm herzhaft antwortete, wie er hier in Erinnerung bringt.

2. *in ... genere* scil. scribendi. — *humaniter,* in einem anständigen Tone. — *facile,* ohne Bedenken. — *se purg.,* sich bei Iemandem entschuldigen. — *quae fec.,* was Du für mich einst gethan hast. — *molesta,* verdriesslich. — *propter quem ceteri liberi sunt,* „dem die Uebrigen ihre Freiheit zu danken haben:" nämlich weil er die Catilinarische Verschwörung unterdrückt hatte. Cicero nahm sich in Acht gegen einen Erbitterten nur leise zu äusseren, dass seiner Meinung nach die Römer ietzt ihre Freiheit durch Cäsar verloren hätten; er sagt: *liberi sunt,* als wenn Cäsar die Republik würde bestehen lassen. — *liberum non visum* vel quod Fadius negaverat, Ciceronem audere, quod sentiat, dicere; vel quod insolens fuerat in probris ei obiiciendis, quasi non ad consularem, sed ne ad liberum quidem hominem scriberet. *SCH.* — *si falsa fuerunt* cet. „denn, wenn die geheimen Nachrichten, die Du, wie Du mir vorrückst, während meines Consulats über die Cati-

quid tibi ego debeo? si vera, tu es optimus testis, quid mihi populus Romanus debeat.

EPISTOLA CCCCLXVIII. (ad Div. IV. 9.)

Scr. Romae exeunte Septembri A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Reditum in patriam iterum Marcello suadet, refutatis singulis, quae dissuadere videbantur, praesertim quum nec aliter futurum fuisset, si vicissent Pompeiani. 1—4.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

Etsi perpaucis ante diebus dederam Q. Mucio literas ad te pluribus verbis scriptas, quibus declaraveram, quo te animo censerem esse oportere et quid tibi faciendum arbitrarer: tamen, quum Theophilus, libertus tuus, proficisceretur, cuius ego fidem erga te benevolentiamque perspexeram, sine meis literis eum ad te venire nolui. Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum: ut in ea republica, quaecunque est, quam primum velis esse. Multa videbis fortasse, quae nolis; non plura tamen, quam audis quotidie. Non est porro tuum uno sensu solum oculorum moveri, quum idem illud auribus percipias, quod etiam maius videri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicendum 2
erit aliquid, quod non sentias; aut faciendum quod non

---

linarische Verschwörung zutrugest, falsch waren; was für Dank wär' ich Dir dann dafür schuldig? waren sie aber richtig, so bist Du der beste Zeuge, wie Viel mir das Römische Volk verdanke." Dem sei also, wie ihm wolle; in keinem von beiden Fällen geziemte es Dir, so mich anzufahren. Ceterum coniuratio Catilinaria, quam Gallus ad eum detulerat, vera fuit.

M. MARCELLO. S. zu ep. CCXVII, CCCCLXIV, CCCCLXVI.

1. *Q. Mucio* Scaevolae, Q. F. Q. N., unter dem Consulate des Ahenobarbus u. Appius Pulcher als Tribun ein Vertheidiger der Optimaten. S. ad Divers. III, 5. ad Attic. IV, 16. ad Q. Fratr. III. 2. 3. — *Theophilus*, libertus M. Marcelli. S. ep. 425. — *sine meis literis*, ohne einen Brief von mir — *de rebus*, was denselbigen Punct betrifft. Sic Md. Crat. Vict. 1. Graev. *te r.* Ern. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. *te de r.* Lamb. Placet. *OR.* — *noles* Crat. — *Non est porro tuum*, und es will sich doch für einen Mann, wie Du bist, nicht schicken. — *moveri*, so empfindlich zu sein. — *quod et. maius v. s.*, öfters noch dazu vergrössert, übertrieben. Durch die Fama. — *minus laborare*, Dich weniger davon anfechten zu lassen. Vergl. ep. 463. 2: nec audio solum cet. u. ad Famil. VI, 1, 1 (517): oculi augent dolorem cet. Utrumque verum est, et mala, quae audimus, saepe maiora videri partim opinione nostra partim fama exaucta, et ea, quae videmus, maiore nos dolore afficere, quam quae audimus. *SCH.*

2. *At* aber (es wird beim Sehen nicht bleiben) Du wirst u. s. w.

probes. Primum tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum: deinde non habet, ut nunc quidem est, id vitii res. Dicere fortasse, quae sentias, non licet: tacere plane licet. Omnia enim delata ad unum sunt. Is utitur consilio, ne suorum quidem, sed suo. Quod non multo secus fieret, si is rem publicam teneret, quem secuti sumus. An, qui in bello, quum omnium nostrûm coniunctum esset periculum, suo et certorum hominum minime prudentium consilio uteretur, eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisset? et, qui nec, te consule, tuum sapientissimum consilium secutus esset nec, fratre tuo consulatum ex auctoritate tua gerente, vobis auctoribus uti voluerit, nunc omnia tenentem nostras sen-
3 tentias desideraturum censes fuisse? Omnia sunt misera in bellis civilibus: quae maiores nostri ne semel quidem, nostra aetas saepe iam sensit: sed miserius nihil, quam ipsa victoria; quae, etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit, ut, etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur: multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt. An tu non videbas mecum simul, quam illa crudelis esset futura victoria? Igitur tunc quoque

— *tempori cedere*, sich in die Zeit schicken. Haec *id est nec. parere* de Ruhnk. susp. ad *Vellei* 2. 23. *p.* 144. del. Sch. Non tamen *id est* semper gloss. indicium: nec damnarim cum Cd. Ciz. ac Daehnio verba *Lib.* 2, 17, 4. *id est, populum Romanum. ORELLI.* — *sapientis* signum. — *id vitii res*, und dann ist die Nothwendigkeit, gegen seine Ueberzeugung zu reden, grade nicht der Fehler uns'rer dermaligen Verfassung; opus tibi, si redieris, non erit aliquid dicere, quod non sentias. *SCH.* Vgl. folg. Br. §. 3 am Ende. — *delata ad unum sunt*, denn Alles beruht nun auf einem Einzigen. — *is..quem sec. sumus*, Pompeius. — *quum esset periculum*, ungeachtet Wir Alle uns in gleicher Gefahr befanden, wir alle dieselbe Gefahr theilten. — *consilio uti*, auf den Rath hören. — *magis communem* (*κοινόν, ἰσονόμον*)...*fuisse*, er würde als Sieger gemeinschaftlicher, mittheilender, republikanischer zu Werke gegangen sein. *in victoria* = victorem, victoriâ partâ, nach erhaltenem Siege. — *incertis in rebus*, als da der Ausgang noch ungewiss war. om. *in* Lamb. Seqq. *OR.* — *te consule* 703. — *ex auctor. tua*, in Deinem Sinne, nach Deinem Vorgange. — *gerente*, 704. — *nec...vobis auct. uti voluerit*, noch sich... von Euch wollte leiten lassen. — *nunc.* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *hunc.* — *omnia tenentem* = quum omnia teneret, wenn er alle Gewalt in seine Hände bekommen hätte. — *nostr. sent. desid. ..fuisse*, er würde sich Viel um unsere Meinungen bekümmert, sich viel daraus gemacht haben.

3. *ne semel quidem* sensere, erfahren haben. — *ad mel. venit*, der besseren Partei zu Theil wird. — *impot.* sui, unbändiger. — *quam illa crudelis..victoria* Pompeianorum, quorum crudelitatem

careres patria, ne, quae nolles, videres. Non, inquies:
ego enim ipse tenerem opes et dignitatem meam. At erat
tuae virtutis, in minimis tuas res ponere: de re publica
vehementius laborare. Deinde, qui finis istius consilii
est? Nam adhuc et factum tuum probatur et, ut in tali
re, etiam fortuna laudatur: factum, quod et initium belli
necessario secutus sis et extrema sapienter persequi no-
lueris: fortuna, quod honesto otio tenueris et statum et
famam dignitatis tuae. Nunc vero nec locus tibi ullus
dulcior esse debet patria: nec eam diligere minus debes,
quod deformior est, sed misereri potius nec eam multis
claris viris orbatam privare etiam adspectu tuo. Deni- 4
que, si fuit magni animi non isse supplicem victori; vide
ne superbi sit aspernari eiusdem liberalitatem: et, si sa-
pientis est carere patria, duri non desiderare: et, si re
publica non possis frui, stultum est nolle privata. Caput
illud est, ut, si ista vita tibi commodior esse videatur,
cogitandum tamen sit, ne tutior non sit. Magna gladio-
rum est licentia: sed in externis locis minor etiam ad
facinus verecundia. Mihi salus tua tantae curae est, ut
Marcello, fratri tuo, aut par aut certe proximus sim.
Tuum est consulere temporibus et incolumitati et vitae
et fortunis tuis.

---

semper extimuit. Sic ad Famil. IV, 142 (516): *Si vicissent ii* cet. *MANUT.* Vgl. ep. 438. 388. 446. 398. — *At erat* coniunct. loco. Vid. Ramsh. §. 166, 2, c. Not. — *in min. t. res ponere,* auf Deine Besitzungen die wenigste Rücksicht zu nehmen. — *de re p. v. lab.,* um das Gemeinwesen aber desto heftiger Dich zu bekümmern. — *fin. istius consilii,* „wozu soll iener Dein Entschluss führen?“ dass er nämlich nicht in Rom sein wolle. — *Nam,* freilich. — *factum,* Dein bisheriges Benehmen. — *secutus sis,* mitgemacht habest. — *extr. . . persequi,* die Sache auf's Aeusserste treiben. — *hon. ot. tenueris,* durch anständige Entfernung von allen Staatsgeschäften aufrecht gehalten hast. — *deformior,* hässlicher. — *multis claris viris,* luminibus, z. B. sieben Consularen, Pompeius, Bibulus, P. u. L. Lentulus, Appius Pulcher, Domitius Ahenobarbus, Scipio; dann noch Cato u. Andere.

4. *isse* obviam et *supplicem victori* Caesari. — *vide ne,* so bedenke, ob nicht. Ramsh. §. 193, I, 3. — *asp.,* von der Hand weisen. — *liberal.,* seine günstige Gesinnung, optimam Caesaris voluntatem. S. ep. 464, 3: *Intellexi nihil al. esse* cet. — *carere* posse. — *duri* est *non desiderare* patriam. — *frui,* Wohlgefallen woran haben. — *stultum est, nolle privata* re frui, so ist es doch thöricht, sich darum auch den Genuss des häusslichen Glücks versagen zu wollen. *stulti, nolle* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. — *ne tutior non sit,* ob es auch sicherer sei. S. Ramsh. §. 193, I, 3. — *gladiorum,* unter einer Soldatenregirung. — *ad fac. verec.,* Scheu vor einem Bubenstück. — *proximus* scil. curâ. — *consul.,* die angemessensten Massregeln wofür ergreifen. Fast eine Weissagung

EPISTOLA CCCCLXIX. (ad Div. IV. 4.)

Scr. Romae exeunte Sept. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Sulpicii excusatione literarum saepius uno exemplo datarum partim accepta partim reiecta, probat illius consilium administrationem Achaiae provinciae in se recipiendi. Deinde narrat de senatus in Marcelli restitutione a Caesare impetranda officio, ac de Servii filii studiis. 1—5.

M. CICERO S. D. SER. SULPICIO.

Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur saepius ad me literas uno exemplo dedisses: sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia aut improbitate eorum, qui epitolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur: illam partem excusationis, qua te scribis *orationis paupertate* — sic enim appellas — iisdem verbis epistolas saepius mittere, nec nosco nec probo. Et ego ipse, quem tu per iocum — sic enim accipio — *divitias orationis* habere dicis, me non esse verborum admodum inopem agnosco; εἰρωνεύεσθαι enim non necesse est: sed tamen idem — nec hoc εἰρωνευόμενος — facile cedo tuo-
2 rum scriptorum subtilitati et elegantiae. Consilium tuum, quo te usum sribis hoc Achaicum negotium non recusavisse, quum semper probavissem, tum multo magis probavi, lectis tuis proximis literis. Omnes enim causae, quas commemoras, iustissimae sunt tuaque et auctoritate et prudentia dignissimae. Quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis: id tibi nullo modo assentior. Sed, quia tanta perturbatio et confusio est rerum, ita

---

des Schicksals, welchem Marcellus, als er sich endlich im folgenden Iahre auf den Weg nach Italien machte, Nichts ahnend entgegen ging.

SER. SULPICIO. S. zu ep. CCCLXV, CCCLXXI, CCCCLXI.

1. *literas uno exemplo*, denselben Brief in mehren Abschriften. — *improb.*, Unredlichkeit. — *orat. paup.*, aus Armuth an Ausdruck, an Worten. — *iisd. verb. epist.*, gleichlautende Briefe. — *nosco* = *agnosco* Lamb. — εἰρωνεύεσθαι, dissimulanter loqui, denn es bedarf hier keiner verstellten Bescheidenheit. — εἰρων., scil. scribo, loquor. — *cedo*, räum' ich Dir ohn' alles Bedenken den Vorzug in Gedankenreichthum und geschmackvollem Stile ein. *subtilitati* in sententiis, *elegantiae* in verbis. S. Brut. c. 42. *subt. et eleg.* st. tibi scriptori subtilissimo et eleganti. S. Ramsh. §. 203, 7, 2, a.

2. *hoc Achaïcum negotium*, proconsulatum Achaiae intellige Sulpicio a Caesare demandatum. — *recus.*, abgelehnt, ausgeschlagen zu haben. — *aliter...atque*, anders... als. — *opinatus sis*, quod plus molestiae fuerit in administranda provincia, quam praevideris. *SCH.* — *Sed*, denn. — *tui cons.*, Dein Entschluss, quod

perculsa et prostrata foedissimo bello iacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, et sibi quisque miserrimus esse videatur, propterea et tui consilii poenitet te et nos, qui domi sumus, tibi beati videmur: at contra nobis non tu quidem vacuus molestiis, sed prae nobis beatus. Atque hoc ipso melior est tua, quam nostra, conditio, quod tu, quid doleat, scribere audes, nos ne id quidem tuto possumus: nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, sed ipsius victoriae, quae civilibus bellis semper est insolens.
Uno te vicimus, quod de Marcelli, collegae tui, salute 3
paullo ante, quam tu, cognovimus: etiam mehercule, quod, quemadmodum ea res ageretur, vidimus. Nam sic fac existimes: post has miserias, id est, postquam armis disceptari coeptum sit de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam et ipse Caesar, accusata acerbitate Marcelli, — sic enim appellabat — laudataque honorificentissime et aequitate tua et prudentia, repente praeter spem dixit, „se senatui roganti de Marcello ne hominis quidem causa negaturum.“ Fecerat autem hoc senatus, ut, quum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello et quum C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecis-

---

receperis Achaiae proconsulatum. *SCH.* — *prae nobis,* im Vergleich mit uns. — *doleat,* Cdd. aliq. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *doleas* contra Md. *OR.* — *vitio,* Caesaris, durch die Schuld des Siegers. — *quo nihil* = nemo moderatior, den Keiner an Mässigung übertrifft. — *insolens,* übermüthig. Man merke auf das Abstractum pro Concreto. Vgl. d. vor. Br. §. 3.

3. *Uno te vicimus,* das Einzige hab' ich durch meine Anwesenheit in Rom vor Dir voraus. *vincimus* de Ern. susp. Mart.-Lag. Sch. Lün. — *de ... salute ... cognov.,* dass ich die Wiederherstellung und Zurückberufung ... erfuhr. *collegae* in consulatu 703. — *quemadm. ea r. ager.,* wie es dabei zuging. — *fac. exist.,* S. Ramsh. §. 167. 2, Not. 1. — *postquam ... de iure publico,* da, Was in unserem Staate Recht sein sollte, den Waffen zur Entscheidung überlassen wurde. Sic Md. Crat. Bened. *coeptum est* Ceteri. *OR.* Innuitur controversia Caesaris, qui se ius rei publicae defendere dicebat, quum sibi, quae lege populi data essent, negarentur. *ERNESTI.* — *esse actum* in senatu *cum* vera *dignitate,* quam hoc. — *accusata acerbitate Marcelli.* Significatur id, quod Suetonius exposuit his verbis in Caes. c. 28: *M. Marcellus consul edicto ... retulit ad senatum, ut Caesari succederetur ante tempus* cet. *SCH.* — *praeter spem,* unverhofft. — „*se senatui ... negaturum,*“ dass er dem Senate Nichts, worauf derselbe zu Gunsten des Marcellus antragen würde, aus persönlicher Unzufriedenheit mit dem Manne abzuschlagen gesonnen sei. *ne hominis quidem causa,* a quo graviter esset offensus. Vgl. ep. 470, 10 am Ende: *Marcellum, cui maxime succensebat, cum summa illius dignitate restituit.* — *L. Piso* Caesoninus, 696 consul cum Gabinio, Caesaris socer. Vid. Philipp. I, 4. Orat. Sext. 7. 10. 14. Dom. 9. Pis. 24. 17. 22. Prov. Cons. 6.

set, cunctus consurgeret et ad Caesarem supplex accederet. Noli quaerere: ita mihi pulcher hic dies visus est, ut speciem aliquam viderer videre quasi reviviscentis rei
4 publicae. Itaque quum omnes ante me rogati gratias Caesari egissent praeter Volcatium, — is enim, si eo loco esset, negavit se facturum fuisse — ego rogatus mutavi meum consilium. Nam statueram, non mehercule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis, in perpetuum tacere. Fregit hoc meum consilium et Caesaris magnitudo animi et senatus officium. Itaque pluribus verbis egi Caesari gratias: meque metuo ne etiam in ceteris rebus ho-

---

C. Marcellus M. Marcelli frater patruelis (der Sohn des Oheims vom Marcus Marcellus); non, ut Manutius putabat, frater eius germanus; hic enim, qui 705 consul fuerat, cum collega L. Lentulo Crure in bello civili perierat. — *noli quaerere,* quum res eiusmodi sit, ut eam ne longa quidem oratione pro voluntate nostra satis exprimere posse videamur. *MANUT.* — *hic dies.* Mart.-Lag. coni. Lün. *is dies.* — *viderer videre.* Vict. 1. *videre viderer* contra Md. Sed sic *Lib.* 9. *Ep.* 15. *OR.* Ueb. die Wortstellung s. Ramsh. §. 197, 4, a.

4. *ante me rogati,* vor mir um ihre Stimme Aufgerufene. Ante Ciceronem sententiam rogati videntur ex veteri more senatores, qui magistratum tum gerebant; deinde consulares, qui prius quam ipse consulatum gesserant. Nempe Caesar tum demum, si singuli sententiam dixissent, plane certus fieri poterat, an omnes vel certe plurimi Marcelli reditum expeterent. *SCH.* — *Volcatium.* Is fuit vel L. Volcatius Tullus, qui cum L. Aemilio Lepido 688 consul fuerat triennio ante Caesarem; vel quod verisimilius est, eius filius L. Volcatius Tullus, cui Caesar hoc anno iuris dicundi, potestatem tanquam praetori dederat. *SCH.* Letzter ward 721 Consul. S. ep. CCCCLXXXIV. — *negavit* Mart.-Lag. Sch. Lün. *is enim sic eo loco negavit* (denn dieser erklärte: er würde an Cäsars Stelle nicht so gefällig gegen Marcellus gewesen sein.) Pessime: sententia est: „si ipse restitutus esset a Caesare, se gratias acturum fuisse negavit. *ORELLI.* Nämlich, wenn er der Wiederhergestellte wäre, der sich Das gegen Cäsar hätte zu Schulden kommen lassen, was Marcellus als Consul gegen ihn gethan; so würde er auch keinen Gebrauch von Cäsars Gnade machen, sie ihm nicht Dank wissen. So arg habe iener gegen Cäsar, verfahren. Aus Erbitterung auf den Marcell spricht er so. Vgl. ep. 464, 3: Sic enim intellexi cet. — *inertia,* aus Bequemlichkeit. — *desid. pristinae dignitatis,* „weil ich die ehemalige Würde des Stimmgebens vermisste.“ Denn es deuchte mir, es geschähe das nur zum Scheine. — *Fregit* cet., aber es brach sich, wie die Welle an einem Felsen, so iener mein Entschluss zu schweigen einer Seits an Cäsars Grossherzigkeit, and'rer Seits an der Liebe des Senats zu einem seiner Mitglieder d. i. zum Marcell. — *egi Caesari gratias.* Id factum esse adhuc omnes sibi persuaserant oratione pro Marcello, quae exstat inter Ciceronianas; donec F. A. Wolfius huius orationis *νοθείαν* luculentis argumentis demonstrasset; in quibus vel confirmandis vel augendis

nesto otio privarim; quod erat unum solatium in malis. Sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc rem publicam non putare, si perpetuo tacerem: modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut et illius voluntati et meis studiis serviam. Nam, etsi a prima aetate me omnis ars et doctrina liberalis et maxime philosophia delectavit, tamen hoc studium quotidie ingravescit, credo et aetatis maturitate ad prudentiam et his temporum vitiis, ut nulla res alia levare animum molestiis possit. A quo studio te abduci negotiis intelligo 5 ex tuis literis: sed tamen aliquid iam noctes te adiuvabunt. Servius tuus vel potius noster summa me observantia colit: cuius ego quum omni probitate summaque virtute, tum studiis doctrinaque delector. Is mecum saepe de tua mansione aut decessione communicat. Adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Caesar velle videatur. Res sunt eiusmodi, ut, si Romae sis, nihil praeter tuos delectare possit. De reliquis, nihil melius ipso est: ceteri et cetera eiusmodi, ut, si alterum utrum necesse sit, audire ea malis, quam videre. Hoc nostrum consilium nobis minime iucundum est, qui te videre cupimus; sed consulimus tibi.

---

praeclaram operam posuit Spaldingius *in Museo Antiquitatis studiorum* opera Wolfii et Buttmanni edito Volum. I. Fascic. 1. *SCH.* — *in ceteris rebus*, mich auch bei anderen Angelegenheiten des Genusses einer untad'ligen Musse von Geschäften beraubt zu haben. — *quoniam . . . tacerem*, da ich dadurch der Gefahr entgangen bin, dass er mein beständiges Stillschweigen als ein Zeichen meiner Unzufriedenheit mit Dem, was wir für die Republik halten sollen, hätte aufnehmen können. — *intra modum*, eher zu wenig als zu viel. — *et meis studiis*, = mit dem wenigsten Abbruch meiner literärischen Geschäfte. — *hoc studium*, meine Liebe zu diesen Studien. — *his tempor. vitiis*, wegen dieser so heillosen Zeit. — *molest.*, die Lasten des Lebens.

5. *iam noctes adiuvabunt*, scil. iam pro anni tempore longiores. *SCH.* — *Servius tuus* filius. S. ep. CCCCLXI, 4. — *de tua mans. aut decess.*, wo Du Dich aufhällst oder wohin Du abgehest, reisest. — *nihil.* Neap. Asc. 1. *te nihil.* Lamb. *nihil te.* — *delectare te* Crat. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. contra Md. *OR.* — *De reliquis*, übrigens. — *nihil melius ipso* Caesare. — *ceteri et cetera eiusmodi.* Mart.-Lag. *ceteri et cetera sunt eiusmodi* ex interpol. *est: cetera eiusmodi* Sch. coni. Lün. *OR.* — *Hoc nostr. cons.*, „Was ich Dir diesemnach rathe", nämlich von Rom lieber ferne zu sein.

EPISTOLA CCCCLXX. (ad Div. VI. 6.)

Scr. Romae mense circiter Octobri A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Consolatur Caecinam exsulantem divinatione melioris fortunae, sumpta ex ingenio Caesaris et natura rerum ac temporum, proposita fortitudinis laude et conscientiae recte factorum: quibus addit communis calamitatis et turbatae rei publicae argumentum. 1—13.

M. CICERO S. D. A. CAECINAE.

Vereor, ne desideres officium meum: quod tibi pro nostra et meritorum multorum et studiorum parium coniunctione deesse non debet: sed tamen vereor, ne literarum a me officium requiras; quas tibi et iam pridem et saepe misissem, nisi quotidie melius exspectans gratulationem quam confirmationem animi tui complecti literis maluissem. Nunc, ut spero, brevi gratulabimur: itaque
2 in aliud tempus id argumentum epistolae differo. His autem literis animum tuum, quem minime imbecillum

---

A. CAECINAE. Aulus Licinius Caecina, vermuthlich derselbe, dessen Sachwalter Cicero in einer Privatrechtssache vor 23 Iahren gewesen war, ein Ritter, der Geldgeschäfte in den Provinzen machte (s. ad Divers. XIII, 66), auch als Schriftsteller bekannt (über sein Buch de Etrusca disciplina s. ad Divers. VI, 6. Plin.), ergriff im Bürgerkriege die Partei des Pompeius und focht sogar mit der Feder gegen Cäsar (s. ad Divers. VI, 7. Sueton. Caes. c. 75), den er iedoch nach der Pharsalischen Schlacht durch eine andere Schrift, liber querelarum, sich wieder gut machen wollte (s. ad Divers. VI, 7. VI, 6.). Allein der Sohn desselben und Cicero wünschten, dass er mit dieser Palinodie zurückbleiben möchte (s. ad Divers. VI, 5.). Inzwischen wird Cäcina noch nach Cäsars Tode als ein warmer Freund des Generals Furnius ad Divers. X, 25 erwähnt.

1. *Vereor.* Mart.-Lag. *Non vereor.* — *ne desideres officium meum,* Du möchtest meine Dienstbeflissenheit vermissen. — *merit. mult.... coni.*, vermöge unserer Verbindung durch viele gegenseitige Dienstleistungen u. s. w. — *studiorum parium.* Sic Vict. 2. Lamb. Bened. Intelligit divinationem, ut infra *Ep.* 9. §. 1. *studiis communibus.* Md. *studiorum partum.* Crat. Vict. 1 Seqq. *studiorum et partium* (Pompeianorum) *OR.* — *sed tamen vereor* = vereor, inquam. Epanalepsis. — *ne liter... requiras,* Du möchtest meine Dienstbeflissenheit im Briefschreiben vermissen. — *et* quidem *iam.* — *melius exsp.*, in täglicher Erwartung besserer Aussichten; nämlich Deiner Zurückberufung aus dem Elende. — *gratul.... complecti mal.*, wenn ich Dir nicht lieber einen Glückwunsch als einen Trostbrief hätte schreiben wollen. — *gratulabimur* nempe ob reditum a Caesare impetratum. *SCH.*

2. *imbecillum.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. (cfr. Goerenz in Iahn Iahrbücher 1. p. 301. *imbecillem* Ceteri. *OR.* — *auctoritate,* durch Deinen Glauben an. Unter *amic. hom.* versteht

esse et audio et spero, etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate, confirmandum etiam atque etiam puto: nec iis quidem verbis, quibus te consoler ut afflictum et iam omni spe salutis orbatum, sed ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitem, quam te memini dubitare de mea. Nam, quum me ex re publica expulissent ii, qui illam cadere posse, stante me, non putarant: memini, me ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia, in qua tu eras, venerant, audire te de glorioso et celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quaedam Etruscae di- 3
sciplinae, quam a patre, nobilissimo atque optimo viro, acceperas, non fefellit: ne nos quidem nostra divinatio fallet: quam quum sapientissimorum virorum monumentis atque praeceptis plurimoque, ut tu scis, doctrinae studio, tum magno etiam usu tractandae rei publicae magnaque nostrorum temporum varietate consecuti sumus. Cui quidem divinationi hoc plus confidimus, quod 4
ea nos nihil in his tam obscuris rebus tamque perturbatis unquam omnino fefellit. Dicerem, quae ante futura dixissem, ni vererer, ne ex eventis fingere viderer. Sed tamen plurimi sunt testes me et initio, ne coniungeret se cum Caesare, monuisse Pompeium: et postea, ne seiunge-

---

Cicero sich selbst. — *nec iis,* Md. Vict. 2. *nec his.* — *salute,* Wiederherstellung in das Bürgerheil. — *de mea,* als Du vormals an der meinigen. — *expulissent.* Clodiana tempora significat, nec magis ipsum Clodium quam Crassum, Pompeium, Caesarem tacite carpit, qui omnes, pulso Cicerone, facilius aditum sibi ad pessima quaeque parari posse crediderunt. Vide orat. pro Sextio. *MANUT.* — *non putarant.* Sic Lamb. *putarunt* Md. Crat. Graev. Ern. Bened. Lün. *putarent.* Mart.-Lag. Sch. *OR.* — *non* würde seine Stelle richtiger vor *posse* haben. *in qua tu eras* negotiationis causa. Nam etiamnum Caecina in Asia negotiabatur. Vid. ad Divers. VI, 8. *SCH.* — *te ... confirmare,* Du sagtest als Etwas ganz gewisses voraus, ich würde in Kurzem auf die glorreichste Art zurückberufen werden.

3. *ratio quaed.,* gewisse Regeln. — *Etruscae disciplinae,* der von den Etruskern zu den Römern überkommenen Divinatio oder Kunst, aus den Eingeweiden geschlachteter Opferthiere u. s. w. Zukünftiges vorherzusehen. S. Cic. de Divin. I, 2. de Nat. Deor. II. Liv. V, 15. Arnob. VII. Valer. Max. I, 1. Sie scheint in der Familie der Caecinae zu Volaterrae erblich gewesen zu sein. — *nostra div.,* meine Art von göttlicher Ahnung. — *doctrinae studio,* durch wissenschaftliches Forschen. — *usu r. tr.,* durch lange Uebung in den Staatsgeschäften.

4. *Dicerem,* ich könnte Dir Beispiele anführen von Dingen. — *ne ... fing. vid.,* ich möchte sie erst aus dem Erfolge erdichtet zu haben scheinen. — *initio,* unter Cäsars erstem Consulate, 695. — *ne seiungeret,* sich nicht wieder von ihm zu trennen. — *di-*

ret: coniunctione frangi senatus opes, diiunctione civile bellum excitari videbam. Atque utebar familiarissime Caesare, Pompeium faciebam plurimi: sed erat meum consilium quum fidele Pompeio, tum salutare utrique.
5 Quae praeterea providerim, praetereo. Nolo enim hunc de me optime meritum existimare ea me suasisse Pompeio, quibus ille si paruisset, esset hic quidem clarus in toga et princeps: sed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet. Eundum in Hispaniam censui: quod si fecisset, civile bellum nullum omnino fuisset. Rationem haberi absentis non tam pugnavi ut liceret, quam ut, quoniam ipso consule pugnante populus iusserat, haberetur. Causa orta belli est. Quid ego praetermisi aut monitorum aut querelarum! quum vel iniquissimam pacem
6 iustissimo bello anteferrem. Victa est auctoritas mea, non tam a Pompeio — nam is movebatur — quam ab iis, qui duce Pompeio freti peropportunam et rebus domesticis et cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant. Susceptum bellum est, quiescente me: depulsum ex Italia, manente me, quoad potui. Sed valuit

---

iunctione (durch die Trennung). Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. = *disiunctione* Ceteri. *OR.* — *Atque,* und zwar. *Atqui* Crat. Lamb.

5. *providerim* i. e. operam dederim, ne acciderent. Sic VI, 10 sub fine: *quae sunt in fortuna ... providebuntur. MANUT. praeviderim* Lamb. — *hunc..meritum,* nempe Caesarem. — *quibus si ille paruisset,* durch dessen Befolgung Pompeius es würde bewirkt haben, dass dieser, Cäsar u. s. w. Hellenismus. — *clarus in toga,* zwar auch in der Toga noch immer ein glänzender Mann. — *Eundum* esse scil. Pompeio *in Hispaniam,* wo er auf 10 Iahre Proconsul mit vier Legionen war, die er nach Massgabe der Umstände noch vermehren konnte. — *civ. bell. n. o. fuisset.* Nam Caesar conditionem hanc ferebat, velle se, si Pompeius in Hispaniam iret, in urbem venire et praesentem petere consulatum, non absentem, ut ei lex concedebat, ipso Pompeio tertium consule adnitente lata. Vid. Caes. de B. Civ. I, 9. *MANUT.* — *Rationem haberi absentis* scil. Caesaris; dass dem Cäsar gestattet werden sollte sich abwesend um das Consulat zu bewerben, dafür hab' ich nicht so sehr gestritten, als dafür, dass ihm müsse Wort gehalten werden u. s. w. — *quoniam.* S. ep. 465, 3. — *ipso consule pugnante,* auf eifrigstes Betreiben des Consuls Pompeius selbst. Pompeius tertium consul contenderat, ut decem tribuni pl. ferrent, ut Caesaris absentis ratio haberetur. *SCH.* — *Causa orta b. est,* endlich war die Veranlassung zum Ausbruche des Krieges da.

6. *Victa..mea,* überstimmt ward meine Stimme, d. i. sie blieb unbeachtet. — *nam is mov.,* denn auf den macht' ich Eindruck. — *ab iis,* Md. Vict. 2. *his.* — *freti,* also des Sieges sich gewiss haltend. — *peropport.,* sehr erwünscht und vortheilhaft. — *reb. domest.*; nam obaerati erant. — *cupiditatibus suis* explendis. — *depulsum ex Italia,* er ward aus Italien hinausgespielt und

apud me plus pudor meus, quam timor: veritus sum deesse Pompeii saluti, quum ille aliquando non defuisset meae. Itaque vel officio vel fama bonorum vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego, prudens et sciens, „ad pestem ante oculos positam" sum profectus. Quo in bello nihil adversi accidit non praedicente me. Quare quoniam, ut augures et astrologi solent, ego quo- 7
que augur publicus ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae: debebit habere fidem nostra praedictio. Non igitur ex alitis involatu nec e cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec ex tripudiis sollistimis aut soniviis tibi auguror: sed habeo alia signa, quae observem; quae etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel ob-

---

getrieben. — *pudor,* Zartgefühl. — *non defuisset meae;* denn er hatte ihn aus dem Elende zurückgerufen. — *fama bonorum,* Scheu vor dem Urtheile der Patrioten. — *pudore,* Scham vor mir selbst. — *Amphiaraus,* der doch endlich in den Thebanischen Krieg fortzog, ungeachtet er seinen Untergang vorhersah. S. Diodor. Lib. V. Cic. de Divin. I, 40. Verr. IV, 13. Stat. Theb. IV, 211 sqq. Virgil. Aen. VI, 445. Hygin. fab. 70. 73. 250. Ovid. ex Pont. III, 1, 52. — *prudens et sciens,* mein Verderben vorhersehend und wissend. — *ad pestem.*, *posit.* Versiculus antiqui poëtae tragici esse videtur. — *non praed. me* = ita ut id non praedixissem, was ich nicht vorhergesagt hätte.

7. *ex meis...divin. meae,* auf das Eintreffen meiner ehemaligen Prophezeihungen den Glauben an meine dermalige Vorhersagung bei Dir zu begründen gesucht habe. — *habere fidem,* apud te. — *involatu.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Videtur vocabulum artis proprium. *volatu* Crat. Rursus de Manutii sententia Mart.-Lag. Sch. Lün. prob. Wolf. ad *S et. Tib.* 39. *ORELLI.* Vgl. Liv. I, 7. — *oscinis.* Oscines ore canentes auspicia faciebant; alites volatu. Vid. Fest. *cantu sinistro* pro laeto et prospero apud Romanos. Varro Epist. Quaest. Libr. V. de Ling. Lat. Libr. VI. Cic. de Divinat. II, 39. de Legg. III, 4. Plaut. Pseudol. II, 4, 72. — *in nostra disciplina.* Sermo est de augurali disciplina — et Cicero augur publicus erat — non de haruspicina Etrusca. *ORELLI.* — *ex trip. sollistimis,* aus der Esslust der heiligen Hühner, so dass sie das Futter auf die Erde fallen lassen, terripavium, tripudium. *sollistimum* von *solum.* S. Plin. H. N. X, 21. Diess wird beschrieben von Cicero de Divin. II, 34. Fest. u. Liv. X, 40. — *soniviis,* wenn der Brei, der ihnen während des Fressens vom Schnabel sprützt, mit oder ohne Klatsch aufs Estrich fällt, S. Plin. H. N. XV, 22. Fest. Virgil. Aen. III, 90. und das. Servius. — *certiora.* Da Cicero selbst Augur war, so würde sich's nicht für ihn geschickt haben, über die Gewissheit der Auguralkunst eine zweifelhafte Miene, zumal, wie es schien, gegen einen Rechtgläubigen, zu machen. Ueberdiess hielt er die Augurien in Ermangelung besserer Surrogate noch immer für ein unentbehrliches Mittel zur Volksleitung.

8 scuritatis vel erroris. Notantur autem mihi ad divinandum signa duplici quadam via: quarum alteram duco e Caesare ipso; alteram e temporum civilium natura atque ratione. In Caesare haec sunt: mitis clemensque natura, qualis exprimitur praeclaro illo libro QUERELARUM tuarum. Accedit, quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, delectatur. Praeterea cedit multorum iustis et officio incensis, non inanibus aut ambitiosis voluntatibus; in quo vehementer eum consentiens Etruria
9 movebit. Cur haec igitur adhuc parum profecerunt? Quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi, cui iustius videtur irasci posse, concesserit. Quae est igitur, inquies, spes ab irato? Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leviter adspersus. Postremo homo valde est acutus et multum providens: intelligit te, hominem in parte Italiae minime contemnenda facile omnium nobilissimum et in communi re publica cuivis summorum tuae aetatis vel ingenio vel

---

8. *e Caesare.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *a Caes.* Ceteri. *OR.* — *e temp. c. n. atq. ratione* = e temp. naturali ratione, aus der natürlichen Beschaffenheit unserer dermahligen politischen Verhältnisse. Eine Hendiadys! — *clemens*, zum Verzeihen geneigt, in ulciscendo naturâ lenissimus nach Sueton. — *expr.*, dargestellt wird. Metapher vom Abdrücken eines Bildnisses in Wachs u. s. w. — *QUERELARUM tuar.* Caecina librum criminosissimum in Caesarem ediderat teste Suetonio Iul. c. 74. Ab hoc diversus est hic liber *querelarum*, quem postea scripsit, in quo de calamitate sua questus Caesarem potius laudavit, quam accusavit. *SCH.* Vermuthlich in Versen und im Tone der Ovidischen *Tristia.* — *cedit*, giebt er Gehör. — *iustis.* Neap. Mart.-Lag. Sch. Lün. *iustis precibus* ex interpolatione. *OR.* — *off. incens.*, durch pflichtmässige Beweggründe zu lodernder Flamme angefachten. — *inan.*, schlecht begründeten. — *amb. volunt.*, selbstsüchtigen Zumuthungen. — *consent. Etruria*, die von ganz Etrurien einstimmig für Dich eingelegte Fürbitte.

9. *haec*, diese Umstände. — *Quia..posse multorum*, „weil er fürchtet, von zu vielen Andern unaushaltlich bestürmt zu werden;“ die er nämlich noch eine Zeitlang in Angst lassen wollte. — *iustius*, quia non solum arma in eum tulisti, sed libro etiam acerbissimo maledixisti. *MANUT.* — *Eodem fonte*, respondeo, *se haust.* cet., er sieht ia ein, dass er aus derselbigen Quelle, aus welcher er ein wenig angesprützt worden, die schmeichelhaftesten Lobpreisungen künftig zu schöpfen habe. *leviter adsp.* Cicero verkleinert die dem Cäsar vom Cäcina zugefügte Beleidigung, um diesem Muth zu machen. Sueton rechnet es dem Cäsar sehr hoch, einen so ehrenrührigen Angriff auf seine Person dem Cäcina verziehen zu haben. — *multum providens*, ein weit vor sich sehender Mann. — *in comm. re publ.*, in dem Gemeinwesen, dem Du, wie Cäsar u. alle Anderen,

gratia vel fama populi Romani parem, non posse prohi-
beri re publica diutius. Nolet hoc temporis potius esse
aliquando beneficium, quam iam suum. Dixi de Caesare: 10
nunc dicam de temporum rerumque natura. Nemo est
tam inimicus ei causae, quam Pompeius animatus melius
quam paratus susceperat, qui nos malos cives dicere aut
homines improbos audeat. In quo admirari soleo gravi-
tatem et iustitiam et sapientiam Caesaris: nunquam nisi
honorificentissime Pompeium appellat. — At in eius per-
sona multa fecit asperius. — Armorum ista et victoriae
sunt facta, non Caesaris. At nos quemadmodum est com-
plexus! Cassium sibi legavit: Brutum Galliae praefecit:
Sulpicium Graeciae: Marcellum, cui maxime succensebat,
cum summa illius dignitate restituit. Quo igitur haec 11
spectant? Rerum hoc natura et civilium temporum non
patietur: nec manens nec mutata ratio feret primum, ut
non in causa pari eadem sit et conditio et fortuna omni-
um: deinde, ut in eam civitatem boni viri et boni cives
nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot ne-
fariorum scelerum condemnati reverterunt. Habes augu- 12
rium meum, quo, si quid addubitarem, non potius uterer,
quam illa consolatione, qua facile fortem virum susten-
tarem: te, si explorata victoria arma sumpsisses pro re

---

angehörst. Gegensatz von *in parte Italiae*, Etruria, Caecinae patria. Vgl. das Ende der Rede pro Caecina. — *fama p. R.*, an Ruf beim R. Volke. — *prohib. re publ.*, vom Gemeinwesen ausgeschlossen werden. — *Nolet* cet., er wird lieber wollen, dass Du Deine Zurückkunft seiner Grossmuth als der Zeit zu danken habest.

10. *Dixi de Caesare.* So viel vom Cäsar! Eine Schlussformel. — *paratus*, gerüstet. — *qui* = ut is nach *tam*. — *In quo*, in dieser Hinsicht. — *admir. soleo* st. semper admiror. S. Ramsh. §. 203, III, 4. — *persona.* Sic Md. Neap. Neap. Asc. 1. Mart.-Lag. Recte. cfr. *Laelii* §. 41: *propinqui quid in P. Scipione effecerint:* ibique Beierum. *personam* Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *complexus*, verbindlich aufgenommen, sich verbindlich benommen gegen. — *Cassium.* S. zu ep. 241 im Anf. — *legavit*, hat er zu seinem Legaten gemacht. — *Brutum.* S. zu ep. 686. im Anf. — *Sulpicium.* S. zu ep. 365 im Anf. 469. — *Marcellum.* S. zu ep. 217 im Anf. 468.

11. *nec manens.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *pat., rei publicae nec* ex interpol. Tu supple cogitatione e praecedd. „*rerum.*" *OR.* — *feret* = patietur hoc *primum.* — *in causa pari* = Aller, die einerlei Partei gehalten haben — *condemnati.* Maxime significat eos, quos lege Pompeia de ambitu damnatos Caesar restituit. *MANUT.* S. ep. 366. Sueton. Iul. Caes. c. 41. Caes. de B. Civ. III, 1.

12. *consolatione.* Mart.-Lag. Sch. Lün. mala coni. *cohortatione.* Inest re verâ *consolatio*, ut mox *solatio tibi conscientia* cet. *OR.* *illa* weiset auf die folg. Infinit. cum accus. hin. — *te, si*, Sch. coni. Lün. *te, qui.* — *explorata victoria*, in der festen Ueberzeu-

publica — ita enim tum putabas — non nimis esse laudandum: sin propter incertos exitus eventusque bellorum posse accidere, ut vinceremur, putasses: non debere te ad secundam fortunam bene paratum fuisse, adversam ferre nullo modo te posse. Disputarem etiam, quanto solatio tibi conscientia tui facti, quantae delectationi in rebus adversis literae esse deberent. Commemorarem non solum veterum, sed horum etiam recentium vel ducum vel comitum tuorum gravissimos casus; etiam externos multos claros viros nominarem: levat enim dolorem communis quasi legis et humanae conditionis recordatio.

13 Exponerem etiam, quemadmodum hic et quanta in turba quantaque in confusione rerum omnium viveremus: necesse est enim minore desiderio perdita re publica carere, quam bona. Sed hoc genere nihil opus est. Incolumem te cito, ut spero, vel potius, ut perspicio, videbimus. Interea tibi absenti et huic, qui adest, imagini animi et corporis tui, constantissimo atque optimo filio tuo studium, officium, operam, laborem meum iampridem et pollicitus sum et detuli; nunc hoc amplius, quod me amicissime quotidie magis Caesar amplectitur: familiares quidem eius, sicuti neminem. Apud quem quidquid valebo vel auctoritate vel gratia, valebo tibi. Tu cura, ut quum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes.

---

gung, dass die Republik siegen würde. Hierauf bezieht sich die Parenthese *ita...putabas*. — *non nimis*. Cdd. aliquot Marg. Crat. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. *n. minus*. *OR*. — *sin propter*. Mart.-Lag. Sch. Lün. *quam, si propter*. De miris istis corruptelis, quibus sanissimum locum pessum dederunt Bened. Mart.-Lag. Sch., cfr. Madvig. 1. p. 85. *OR*. — *non debere*. Mart.-Lag. *nec debere*. Sch. Lün. *nec decere*. — *te posse*. Sic Md. Vict. 1. Bened. del. *te* Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR*. — *quantae*. Crat. Graev. Ern. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. *quantaeve*. *OR*. — *literae*, Deine Gelehrsamkeit. — *veterum*, ehemaliger grosser Männer uns'rer Republik. — *comit.*, Waffenbrüder. — *levat enim...recordatio*, denn die Beherzigung Dessen, was das allgemeine Gesetz und Loos des menschlichen Daseins ist, macht uns're allgemeinen Leiden erträglicher.

13. *perdita*, zerrüttet, im Gegens. von *bona* = im guten Zustande. — *hoc genere* consolationis. — *Incolumem*, glücklich wieder hergestellt, zurückberufen. — *detuli*, angetragen. — *nunc hoc amplius*. Mart.-Lag. Sch. Lün. distinguunt: *sum, et detuli nunc hoc a*. *OR*. — *amplect.*, mit grösster Freundschaft umfasst. — *familiares quidem* (wenigstens) scil. Caesaris, Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius, me amplectuntur, *sicuti n*. — *apud quem*. Mart.-Lag. coni. Sch. *apud quos*. *OR*.

EPISTOLA CCCCLXXI. (ad Div. VII. 33.)

Scr. Romae mense Sept. vel Oct. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Volumnio, qui scripserat aegre se carere declamationibus, quas Cicero cum Hirtio, Dolabella, Cassio exercere coeperat, respondet, eum nihil in ea re damni facere; tamen se eum mox videre cupere literisque eius delectari etiam longioribus significat. 1—2.

M. CICERO S. D. VOLUMNIO.

Quod declamationibus nostris cares, damni nihil fa-
cis. Quod Hirtio inviderес, nisi eum amares, non erat
causa invidendi; nisi forte ipsius eloquentiae magis,
quam, quod me audiret, invideres. Nos enim plane, mi
suavissime Volumni, aut nihil sumus aut nobis quidem
ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente
vigebamus, amissis: ut etiam, si quando aliquid dignum
nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod haec *pin-
nigero, non armigero in corpore tela exerceantur*, ut ait
Philoctetes apud Accium, *abiecta gloria*. Sed tamen omnia 2
mihi erunt, si tu veneris, hilariora: quamquam venies,

VOLUMNIO. S. zu Ep. CCXXIX im Anf.

1. *declam. nostris,* quas coeperat cum Hirtio, Dolabella, aliis exercere in Tusculano: deinde Romae eas continuabat. *SCH.* S. ep. CCCCL, 7 u. s. w. — *damni n. f.*, dadurch verlierst Du Nichts. — *nisi eum amares* scil. ut scripsisti. — *illis...amissis* = ex quo gregales illos ... amisimus, seitdem so Viele meines Gleichen nicht mehr sind, deren Talent ehemals das meinige zu solchen Kraftäusserungen befeuerte, dass Du mir Deinen lauten Beifall schenktest oder die mir Deinen Beifall erwarben. — *te plaud.* = ita, ut tu plauderes. — *ut etiam* = so sehr, dass, hängt von *displicemus* ab. — *emisimus* = habe ausgehen lassen, vel ad libros rhetoricos et philosophicos, quos edebat, vel ad orationes ab eo editas referri potest. Si de orationibus intelligas, scripta videatur haec epistola post editam Ligarianam. Ac sensus est: si quando huiusmodi orationem emisi, dignam meo nomine, ingemisco me amisso regno forensi ad declamationes descendere. *SCH.* — *pinnigero*, Crat. Sch. Lün. *pennigero*, ut de Finibb. V, 11. Intelligitur de avibus, quas Philoctetes (vid. Sophocl.) sagittis conficiebat. Et Qui ctil. I, 4 *pinnas* de avibus dici non vult. *MANUT.* *tela*, ut *βέλ.*, de oratione metaph. dictum. — *apud Accium,* in seiner freien Uebersetzung der Sophokleischen Tragödie dieses Namens. — *abiecta gloria* scil. rei publicae gerendae, nach aufgegebenem vormahligen Ruhme. Cfr. Hermanni *Opuscula* Vol. 3. p. 123. *ORELLI.*

2. *quamquam venies* (Sic Crat. Lamb. *venis* Md. Cett)...*occupat.,* wiewohl Du mich ... grade mit einer Menge wichtiger Be-

ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum: quas si, ut volumus, exceperimus, ego vero multam salutem et foro dicam et curiae; vivamque tecum multum et cum communibus nostris amatoribus. Nam et Cassius tuus et Dolabella noster vel potius uterque noster studiis iisdem tenentur et meis aequissimis utuntur auribus. Opus est huc limatulo et polito tuo iudicio et illis interioribus literis [meis], quibus saepe verecundiorem me in loquendo facis. Mihi enim iudicatum est, si modo hoc Caesar aut patietur aut volet, deponere illam iam personam, in qua me saepe illi ipsi probavi, ac me totum in literas abdere tecumque et cum ceteris earum studiosis honestissimo otio perfrui. Tu, vellem, ne veritus esses, ne † pluribus legerem tuas literas, si mihi — quemadmodum scribis — longiores forte misisses: ac velim posthac sic statuas, tuas mihi literas longissimas quasque gratissimas fore.

---

schäftigungen überladen finden wirst. — *exceperimus* = sustinuerimus, hab' ich diese abgethan. — *salutem dicam*, dann will ich dem Gerichtshofe und Rathhause tausendmal gute Nacht sagen. — *Dolabella noster*, mit welchem er das Ehescheidungsgeschäft in Hinsicht seiner Tochter freundschaftlich abgemacht zu haben scheint. — *studiis iis*, scil. quibus nos, *tenentur*, treiben zwar die nämlichen Studien mit vieler Anhänglichkeit. — *auribus*, quum eos scil. apud me declamantes audio. *SCH.* Vor dem folg. *Opus est* = Aber es bedarf, wir bedürfen, supplire: at. — *huc* = dazu. *hic* Crat. *hoc* Luen. — *illis inter. lit.* cet., und dieser aus dem Innersten der Kunst geschöpften Bemerkungen, womit Du mich oft zu grösserer Behutsamkeit im Reden veranlassest. — † [*meis*] del. Ern. Sch. Lün. *eis* Lamb. — *Mihi enim iudic. est*, denn ich habe fest bei mir beschlossen. *enim* bezieht sich auf *vivam tecum multum* cet. — *aut volet*, oder gerne sehen wird. — *personam*, Rolle. — *in qua . . . probavi*, die ich zeither und nicht selten zu seiner Zufriedenheit gespielt habe. — *ne*, Lamb. *non veritus esses.* — † *pluribus.* Sic Md. Crat. Bened. *perinvitus* coni. Vict. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. Sed latet potius iocus aliquis in corrupto *pluribus*, quod frustra explicare studuit Bened., ut sit „pluribus verbis scriptas." Fac fuisse *Ulubris*, ita veritus esset Volumnius, ne lectionem epistolarum suarum dilaturus esset Cicero, donec in tristi aliquo deversorio nihil aliud potius faciendum ei videretur. *ORELLI.* *Ulubrae* ein Flecken in Latium. S. ad Divers. VII, 18. Horat. Epist. I, 11, 30. Iuvenal. X, 102. Plin. H. N. III, 5. — *longissimas quasque grat.*, ie länger, ie lieber. S. Ramsh. §. 156, 1, b. Grotef. §. 279, 384.

EPISTOLA CCCCLXXII. (ad Div. VII. 28.)

Scr. exeunte anno U. C. 708. (a. C. 46.)

Probat consilium Curii, quod re publica desperata in Graeciam se contulerit; et, quod ille pedibus consecutus sit, id se alia ratione, studiis nimirum et literis, assequi scribit. 1—3.

M. CICERO S. D. CURIO.

Memini, quum mihi desipere videbare, quod cum istis potius viveres, quam nobiscum: erat enim multo domicilium huius urbis — quum quidem haec urbs — aptius humanitati et suavitati tuae, quam tota Peloponnesus, nedum Patrae: nunc contra et vidisse mihi multum videris, quum, prope desperatis his rebus, te in Graeciam contulisti, et hoc tempore non solum sapiens, qui hinc absis, sed etiam beatus. Quamquam, quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest? Sed, quod tu, cui lice- 2
bat, pedibus es consecutus, ut ibi esses, *ubi nec Pelopidarum* — nosti cetera: nos idem propemodum consequimur alia ratione. Quum enim salutationi nos dedimus

---

CURIO. Dieser M'. Curius zog bei guter Benutzung seines Vermögens die Ruhe des Privatlebens von ieher den Staatsgeschäften vor, so dass er nie um ein öffentliches Amt nachsuchte. Eine geraume Zeit betrieb er Geldgeschäfte zu Patrae in Achaia, wesshalb ihn Cicero dem dortigen Proconsul Servius Sulpicius (ad Divers. XIII, 17) und dessen nächstem Nachfolger (s. das. XIII, 50), wie auch später dem Acilius (s. VII, 31) empfahl. Eben derselbe nahm sich dagegen des auf Cicero's Rückkehr aus Cilicien krank gewordenen Tiro mit grösster Sorgfalt an. S. ad Divers. XVI, 4. 5. 9. ad Attic. VII, 2. VIII, 5. 6.

1. *Memini* eius temporis, *quum* = quo, wie unser da für wo. S. Ramsh. §. 203. IV, 1, b. — *cum istis* Graecis, in primis Patrensibus. Patris enim Curius negotiabatur. *SCH.* Crat. Lamb. *quod istic potius.* — *quum quidem haec urbs* scil. adhuc esset; quasi nunc non sit urbs, ubi dominetur tyrannus cum satellitibus suis, latronibus, exsulibus, lex nulla, mos nullus, nullus pudor. *GRONOV.* — *nedum.* S. Ramsh. § 173, 1, N. 2. Grotef. §. 336. Anm. 4. — *vidisse,* in die Ferne, Zukunft, gesehen zu haben. — *qui* = quod tu *hinc absis.*

2. *ubi nec Pelopidarum* (Atrei et Thyestae) *nomen nec facta audiam* [— as], wie dieser Vers eines alten Römischen Tragödienschreibers ad Attic. XV, 11. ad Famil. VII, 30 vollständiger angeführt wird. Unter dem Namen Pelopidae spielt Cicero auf die unsittlichen Officiere und Umgebungen des Cäsars an. — *nosti cetera,* Du weisst ia, wie es weiter heisst. — *salutationi,* „sobald wir die Morgenbesuche unserer guten Freunde (der Cäsarianer) abgewartet haben.“ Dasselbe sagt Cicero ep. 456, 3. Daher dieser Brief

amicorum; quae fit hoc etiam frequentius, quam solebat, quod quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre: abdo me in bibliothecam. Itaque opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties: intellexi enim ex tuo sermone quodam, quum meam maestitiam et desperationem accusares domi tuae, dicere te ex meis libris animum meum desiderare.
3 Sed mehercule et tum rem publicam lugebam, quae non solum *suis erga me*, sed etiam meis erga se beneficiis erat mihi carior: et hoc tempore, quamquam me non ratio solum consolatur, quae plurimum debet valere, sed etiam dies, quae stultis quoque mederi solet, tamen doleo ita rem communem esse dilapsam, ut ne spes quidem melius aliquando fore relinquatur. Nec vero nunc quidem culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt — nisi forte id ipsum esse non debuit — sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, ut *de* praeteritis non sit querendum. Reliquam spem nullam video: quare ad prima redeo: sapienter haec reliquisti, si consilio: feliciter, si casu.

---

in demselbigen Iahre muss geschrieben sein. — *opera efficio tanta, quanta*, bring' ich so grosse Werke, wofür Du sie vielleicht halten wirst, zu Stande. In diesem Iahre schrieb er die Partitiones oratorias, den Brutus s. de claris oratoribus und den Orator. S. ad Attic. XII, 6. — *accus.*, tadeltest. — *domi tuae*, in Deinem Hause zu Rom. — *dicere* del. Ern. Sch. Lün. — *te...desiderare*, „Du vermisstest den Mann in mir, den meine Schriften verriethen." Da Cicero nicht laut klagen durfte, so war es zu entschuldigen, wenn er es unter vertrauten Freunden that. Der Umsturz der Republik musste ihm nur zu schmerzlich sein. *ex meis libris*, quum diceres non eum me esse, qui viderer in meis libris. *MANUT.*

3. *suis erga me.* Verba ex antiquo sunt supplem. om. Md. *OR.* — *beneficii*, Verdienste. Ablat. causae. — *dies*, die Zeit. — *rem comm.* = rem publicam, das Gemeinwesen, der Freistaat, wo Alle Theil am Staate nehmen. — *in cuius p. omn. sunt.* Excusat Caesarem, ut alibi in literis hoc tempore scriptis, ex. caus. ep. 470. *SCH.* — *de* omis. Md. Recte suppletum est. *ORELLI.* — *prima.* S. den Anf. des Briefs. — *sap. haec reliq.*, Du hast weise daran gethan, Dich von hier wegzumachen. — *si consilio* feceris, wenn Du es aus Ueberlegung gethan hast. — *feliciter* haec reliquisti, ein Glück aber musst Du es nennen. — *si casu* id factum sit; wenn er grade zu der Zeit ökonomischer und anderer Umstände wegen von Rom sich entfernt habe.

EPISTOLA CCCCLXXIII. (ad Div. IX. 15.)

Ser. Romae mense circiter Octobri A. U. C. 703. (a. C. 46.)

Duabus epistolis Paeti respondet, et primae quidem sic, ut neminem sibi compluribus de causis Paeto iucundiorem esse confirmet. 1—2. secundae, ut nihil referre dicat, utrum Romae sit an Neapoli, quum Romae unius nutu omnia regantur. 3—5.

CICERO PAETO S.

Duabis tuis epistolis respondebo: uni, quam quatriduo ante acceperam a Zetho: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi pergratam tibi [*esse curam meam valetudinis tuae animumque erga te meum*], quem tibi perspectum esse gaudeo. Sed, mihi crede, non perinde, ut est reapse, ex literis perspicere potuisti. Nam, quum a satis multis — non enim possum aliter dicere — et coli me videam et diligi, nemo est illorum omnium mihi te iucundior. Nam quod me amas, quod id et iampridem et constanter facis, est id quidem magnum atque haud scio an maximum, sed tibi commune cum multis: quod tu ipse tam amandus es tamque dulcis tamque in omni genere iucundus, id est
proprie tuum. Accedunt non Attici, sed salsiores, quam 2
illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. Ego autem — existimes licet, quod lubet — mirifice capior facetiis, maxime nostratibus; praesertim quum eas videam primum oblitas Latio tum, quum in urbem nostram est

---

PAETO. S. zu ep. CCXLVI im Anf.

1. *quatriduo.* Sic Md. Crat. Vict. 2. Bened. *triduo* Ceteri. *OR.* — *a Zetho,* Attici liberto. — *Phileros,* nomen servi. Vid. Orat. pro Corn. I. — [*esse curam... meum, quem tibi*]. Sic supplevi partim cum Crat. ac Lamb., ne *perspectum* Md. mutandum esset in *perspectam.* Ex antiquo alio suppl. Margo Crat. Ern. Bened. Sch. Lün. *pergratam tibi esse curam meam valetudinis tuae, quam tibi perspectam* cet. *OR.* — *non perinde, ut,* Dir nicht so gross vorstellen, wie. S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. Grotef. §. 385. — *ex literis.* Crat. *re ipsa absens literis.* cfr. *Oratoris* §. 18. Ed. minoris. *ORELLI.* — *constanter,* mit Beständigkeit, d. i. immer in gleichem Grade und ohne Wankelmuth. — *est id quidem.* S. Ramsh. §. 158, 2, f u. g. — *haud scio an.* S. Ramsh. §. 174, 2, N. 3. Grotef. §. 345, 340, 3. — *in omni genere iucund.,* in allen Fächern so unterhaltend.

2. *urbani sales,* unserer Stadt eigene Art von Scherzen, Witz. Quinctil. VI, 3, 17. — *existimes licet, quod lubet* (*quidlibet* Md. Crat. Vict.), denke davon, Was Du willst. — *oblitas Latio* i. e. facetias vere Romanas primum oblitas i. e. inquinatas fuisse, quum Latini (inde a Sullae temporibus) civitatem Romanam adepti essent, ut urbanitas antiqua peregrinitate quadam infecta

infusa peregrinitas, nunc vero etiam braccatis et Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaque, te quum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, — vere ut dicam — Crassos quoque et Laelios videre videor. Moriar, si praeter te quemquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquae et vernaculae festivitatis agnoscere. Ad hos lepores quum amor erga me tantus accedat, miraris me tanta perturbatione vale-
3 tudinis tuae tam graviter exanimatum fuisse? Quod autem altera epistola purgas te non dissuasorem mihi emptionis Neapolitanae fuisse, sed auctorem moderationis urbanae, neque ego aliter accepi; intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te mihi licere, id quod

---

sit. *oblitas* enim est ab *oblinere*, non ab *oblivisci*. *SCH.* „dass der ursprüngliche Charakter des Römischen Witzes einen Lateinischen Anstrich bekam.“ *peregr.* st. peregrini homines. Abstr. pro concreto. — *braccatis et transalpinis nat.*, so wie ietzt auch durch Einschwärzung so vieler neuer Bürger aus dem behoseten und transalpinischen Gallien. Gallia *braccata*, quae cis Alpes fuit, dicebatur provincia Narbonensis a genere vestimenti; *comata* vero, quae Romanis, antequam a C. Caesare superaretur, non paruit, dicta a comis alendis. Hic Cicero iocatur, non sine stomacho, in Caesarem, qui Gallis quibusdam non modo cisalpinis verum etiam transalpinis civitatem dederat, ex quibus nonnullos etiam in senatum recepit. Vid. Sueton. Caes. c. 76. et 80. *SCH.* — *leporis*, Artigkeit, Feinheit. — *Granios .. Lucilios .. Crassos .. Laelios* d. i. Männer wie Granius, Lucilius, Crassus, Lälius (s. Ramsh. §. 34, II, a, 1.), die sich durch die Lebhaftigkeit ihres Witzes besonders in schnellen, unerwarteten, scherzhaften oder spitzigen, beissenden und Gelächter erregenden Antworten d. i. durch *dicacitas* auszeichneten. Ueber *Granius* vgl. de Orat. II, 60. *Lucilius* schrieb scherzhafte u. gesalzene Satiren. Crassum autem et Laelium a Granio et Lucilio separat, quod nobiles iidemque eloquentissimi essent. *SCH.* S. de Orat. II, 66. Brut. 36. 39. 43. 50. 86. 87. über L. Licinius Crassus, orator; über C. Laelius sapiens s. Brut. 21. 23. 24. Laelius, 25. u. s. w. de Officc. 1, 26. Top. 20. Er war der Sohn des C. Laelius, der als Freund des Africanus maior bekannt ist. — *vernaculae festiv.*, genuinae, inter Romana pomoeria natae. Vid. Brut. c. 46. ad Attic. VII, 11. (de Curio) *αὐτόχθων in homine urbanitas est.* Gronov. IV. de pec. vet. c. 10. *SCH.* — *lepores* ingenii tui. — *tam grav. exan. fuisse*, dass ich . . . in die heftigste Gemüthsunruhe versetzt bin.

3. *purgas te*, Dich entschuldigst, Du habest mich von einem Ankaufe in Neapel nicht sowohl abrathen, als den Aufenthalt zu Rom in stiller Mässigung mir anrathen wollen. — *moderationis*. Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened. et explicare licet: „ut in urbe remanens moderatione uterer, nec nimis aperte pristinam libertatem requirens Caesarem offenderem, vel eo ipso fortasse, quod Neapolim proficiscerer. *commorationis* Lamb. Graev. Lall. Ern. *demorationis* de Gul. coni. Sch. Lün. novo vocabulo. *ORELLI.* —

ego arbitrabar, res has non omnino quidem, sed magnam
partem relinquere. Catulum mihi narras et illa tempora.
Quid simile? ne mi quidem ipsi tunc placebat diutius ab-
esse ab rei publicae custodia. Sedebamus enim in puppi
et clavum tenebamus: nunc autem vix est in sentina lo-
cus. An minus multa senatus consulta futura putas, si 4
ego sim Neapoli? Romae quum sum et urgeo forum, senatus
consulta scribuntur apud amatorem tuum, familiarem meum.
Et quidem quum in mentem venit, ponor ad scribendum: et
ante audio senatus consultum in Armeniam et Syriam esse
perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur,
quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. Atque
hoc nolim me iocari putes: nam mihi scito iam a regibus
ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quod
se mea sententia reges appellaverim: quos ego non modo
reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Quid ergo
est? Tamen, quamdiu hic erit noster hic praefectus mori-
bus, parebo auctoritati tuae: quum vero aberit, ad fungos 5

---

res has, die dermaligen Staatsgeschäfte. — *Catulum . . . tempora*, „Du stellst mir den Catulus und iene Zeiten als Beispiel vor.“ Dieser Q. Lutatius Catulus, der Sohn des Q. Catulus, der mit C Marius Consul gewesen war, bekleidete 676 das Consulat und widersetzte sich als ächter Patriot in der Folge, wiewohl fruchtlos, der übermässigen Vergrösserung des Pompeius u. Cäsars. — *Quid simile?* aber wo ist die Aehnlichkeit? — *diutius abesse* bezieht sich darauf, dass Cicero in seinem Consulate sich weigerte, mit seinem Collegen Antonius um eine der Provinzen zu loosen, zu deren Verwaltung die iedesmal abgehenden Consuln berechtigt waren. Cicero konnte sich ebenfalls nicht entschliessen, sich der Obhut über die Stadt auf längere Zeit zu entziehen. — *in sentina*, im Schiffsraum.

4. *urgeo forum*, dum forenses causas ago, und den Sachwalter mache. — *scrib. ap. amat. tuum*, Caesarem, qui Paeti facetiis delectabatur. Sensus: senatorum sententiae non rogantur, sed senatus consulta inscio senatu domi apud Caesarem scribuntur. *MANUT.* — *quum in mentem venit* Caesari, in senatus consulto ponit adfuisse me scribendo, so setzt er meine Unterschrift darunter. *ponor adfuisse scribendo* de Man. coni. Lamb. Sch. (hic sic scripsit: *ponor ADF. SCRIB.*). Cfr. tamen infra *Lib.* 12, 29: *nunquam fuit ad scribendum.* ad *Attic.* 1, 19: *quod me esse ad scribendum vides.* Omnibus autem his locis eodem plane modo verba ista corrupta esse, sane parum est probabile; nostramque formulam agnovit etiam Gronovius *Observv. Add.* p. 848. *Ed. Lips. ORELLI.* — *ultimis*, am Ende der Welt. — *reges app.*, ihnen den Königstitel verschafft hätte.

5. *praefectus moribus*, Sittenmeister; ein neues Amt, mit welchem der Senat (s. Dio XLIII) dem Cäsar eine willkührliche Art von Oberaufsicht über die Sitten der Römer für drei Iahre auftrug. — *auctoritati*, consilio. — *aberit* Roma. Denn er war im Begriff nach Spanien gegen die Söhne des Pompeius auszu-

me tuos conferam. Domum si habebo, in denos dies singulos sumptuariae legis dies conferam. Sin autem minus invenero, quod placeat, decrevi habitare apud te: scio enim me nihil tibi gratius facere posse. Domum Sullanam desperabam iam, ut tibi proxime scripsi: sed tamen non abieci. Tu velim, ut scribis, cum fabris eam perspicias. Si enim nihil est in parietibus aut in tecto vitii, cetera mihi probabuntur.

EPISTOLA CCCCLXXIV. (ad Div. IX. 26.)

Scr. Romae mense Oct. vel Nov. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Cenam apud Volumnium Eutrapelum, accumbente Cytheride meretrice, iocose describit. 1—4.

CICERO PAETO.

Accubueram hora nona, quum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. Dices, ubi? Apud Volumnium Eutrapelum, et quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. Miraris tam exhilaratam esse servitutem nostram. Quid ergo faciam? Te consulo, qui philosophum audis. Angar? excruciemne me? Quid assequar? Deinde

---

ziehen. — *fungos*, von welchen Pätus ein grosser Liebhaber war und auf deren Zubereitung seine Köche sich gut verstehen mussten. — *Domum* scil. Neapoli. — *in denos dies* cet., so gedenk' ich dort zehen Tage von der Summe zu leben, die uns das neue Aufwandsgesetz des Sittenmeisters Cäsar an einem Tage zu verzehren erlaubt. Ita non modo non contra Caesaris legem sumptuariam, sed etiam intra legem epulabor. Tulit eam Caesar post bellum Africanum Dione teste. *MANUT.* Vid. ep. 474 et 598. — *invenero* aedificium. — *Sullanam* in urbe Neapoli. „Das Haus des Sulla zu erhandeln, dazu hab' ich schon wenige Hoffnung. Vielleicht ist hier der Neffe des Dictators gemeint. S. ad Famil. IX, 10. XI, 17. de Offic. II, 8. Vergl. zu ep. 450, 10 de villa Seliciana. — *non abieci*, spem aus *desp.*; lass' ich sie noch nicht fahren. — *cum fabris*, mit Zimmerleuten und Maurern. *persp.*, genau besichtigen.

1. *Accubueram*, ich sass grade bei Tisch um 3 Uhr. — *harum* literarum *exempl. in cod. exaravi*, als ich diesen Brief in meine wächserne Schreibtafel zur nachherigen Abschrift kratzte. — *Volumn. Eutrap.* S. ep. CCCCLXXI. u CCXXIX. im Anfange. — *Verrius.* S. ep. 456, 2. Vielleicht der Verrius Flaccus, der des ius pontificii so kundig war und als dessen Freigelassener der Grammaticus Verrius Flaccus bekannt ist. — *familiares tui* accubuerunt. — *tam exhil.* cet. statt nos tam exhilaratos esse potuisse in servitute nostra, re publica exstincta. Lamb. 1596 *severitatem n.* al. *senectutem.* — *audis.* Er meint den Epikurer Dion, den Paetus bei sich im Hause hatte. Ausser ihm gab es zwar noch Philosophen des Namens, einen Akade-

quem ad finem? Vivas, inquis, in literis. An quidquam me aliud agere censes? aut possem vivere, nisi in literis viverem? Sed est earum etiam non satietas, sed quidam modus. A quibus quum discessi, etsi minimum mihi est in coena — quod tu unum ζήτημα Dioni philosopho posuisti, — tamen quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio. Audi reliqua. Infra Eutrapelum Cytheris 2
accubuit. In eo igitur, inquis, convivio Cicero ille, *quem adspectabant? cuius ob os Graii ora obvertebant sua:* —? Non mehercule suspicatus sum illam affore: sed tamen [*ne*] Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset obiectum, habere eum Laida. „Habeo, inquit, non habeor a Laide." Graece hoc melius: tu, si voles, interpretabere. Me vero nihil istorum ne iuvenem quidem movit unquam: ne nunc senem. Convivio delector: ibi loquor, quod in solum, ut

---

miker und Stoïker. — *Quid assequar*, was gewönn' ich dadurch? — *quem ad finem* h. e. quousque. — *haud possem* Crat. — *etsi...posuisti* i. e. etsi ego minimi facio cenam ipsam, quum tu contra eam tanti facias, ut philosopho tuo Dioni, quaestionem sibi proponi iubenti, hoc unum ζήτημα (Frage, Aufgabe) proponeres, ut diceres, te cenam a mane quaerere; cuius ioci infra Cicero mentionem facit. *SCH.*

2. *Cytheris* Volumnii liberta et amica. Sie war eine der drei berüchtigtsten Tänzerinnen u. Hetären der damahligen Zeit. Die beiden andern hiessen Arbuscula und Origo. S. Servius zu Virgils Eclog. X. u. hier ep. 376. Philipp. II, 24. Plin. H. N. VIII, 16. Plutarch. im Anton. Horat. Sat. 1, 2, 55. 10, 77. Cicer. ad Attic. IV, 15 (142 h. ed.). Die Cytheris wird auch *Volumnia* genannt in Philipp. II, 24. — *accubuit*, quia meretrix; nam honestae mulieres sedebant. *SCH.* — *In eo* = tali. — *Cicero ille* adfuit? — *Quem . . . obverteb. sua:* —? Versiculus Ennii ex tragoedia Telamone. cfr. Tuscul. Disputt. III, 18. „Auf dessen (Telamons) Antlitz selbst der Griechen Augen mit eifersüchtiger Bewunderung starr geheftet waren." Eine Parodie! — [*ne*] Sic Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. excidit *ne* post *tamen* e Md. *sed tamen Ar. q. i. Socr. non er.* Ern. Bened. Sch. *et tamen* vult Santenius ad *Terentianum* p. 31. *OR.* *Aristippus* Socraticus, Cyrenaïcae philosophiae auctor, qui voluptatem summum bonum fecit. Vide de Orat. III, 17; de Invent. II, 58. Tuscul. II, 6. Acadd. IV, 45. de Officc. 1, 41. — *esset ei obiectum.* Lamb. — *Laïda* scortum nobile, paucorum hominum, magno pretio consuetudinem illius ementium. Vid. Gell. 1, 8. Lactant. III, 15. Laërt. in Aristippi vita. Athenaeum XII. et XIII. Clement. Alex. Strom. II. *MANUT.* — *a Laïde* del. Lamb. *Graece*: „ἔχω, οὐκ ἔχομαι." „Auf Griechisch lässt sich das artiger sagen." Denn ἔχομαι bedeutet auch *inhaereo.* De hoc Aristippi dicto vid. Acadd. II, 42. de Finibb. I, 7. 8. II, 6 11. — *interpret.*, versuche Du einmahl es besser zu übersetzen, wenn Du Lust hast. — *movit*, hat angefochten. — *ne nunc senem* = *nedum senem* Lamb. — *Conv. del.*, ich speise gern in Gesellschaft. — *quod in solum* venit i. e. quidlibet,

3 dicitur, et gemitum in risus maximos transfero. An tu id melius, qui etiam in philosophum irriseris? quum ille, si quis quid quaereret, dixisset, coenam te quaerere a mane dixeris? Ille baro te putabat quaesiturum, unum coelum esset, an innumerabilia. Quid ad te? At hercule
4 coena numquid ad te? ibi praesertim. Sic igitur vivitur: quotidie aliquid legitur aut scribitur: dein, ne amicis nihil tribuamus, epulamur una non modo non contra legem, si ulla nunc lex est, sed etiam intra legem et quidem aliquanto. Quare nihil est, quod adventum nostrum extimescas. Non multi cibi hospitem accipies; multi ioci.

EPISTOLA CCCCLXXV. (ad Div. VI. 14.)

Scr. Romae pridie Kalendas intercalares priores A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Quae cum Caesare egerit de Ligarii restitutione et quam spem salutis habeat, declarat; et ad laetitiam exhortatur. 1—3.

CICERO LIGARIO.

Me scito omnem meum laborem, omnem operam, cu-

---

quidquid occurrit, quidquid casus fert, was mir in den Mund kommt. Proverbium a frugibus ductum, quae praeter exspectationem agricolae in solum veniunt et inutilia enascuntur. Cf. de Nat. Deor. 1, 23. Varro ap. Non. 9. n. 8. — *et gemitum . . . transfero*, und errege über Dinge, die ich sonst beseufze, das lauteste Gelächter.

3. *id melius* facis. — *qui* = quum tu. — *in philos.* Dionem. — *et quum ille* Sch. Lün. — *si* = εἰ, „ob Iemand noch Etwas zu fragen habe? — *dixisset*, nämlich am Schluss einer öffentlichen Vorlesung. — *coenam .. a mane*, Du fragest früh Morgens schon, Was Du zu Abend essen werdest. — *dixeris*, responderis. — *baro*, der Schafskopf. — *Quid* hoc *ad te* pertinet? quid id tua refert? — *numquid ad te.* Sch. Lün. *nimium quantum.* h. e. at permultum tua refert scire, unde tibi cena suppetat, ibi praesertim, ubi nunc es (Neapoli), ubi, nisi providebis, fame tibi pereundum erit. Supra enim ep. 451 simili ioco scripserat: „*sed quomodo video* cet. — *ibi*, in Neapel nämlich, wo Pätus, so wie seine dortigen Freunde durch Cäsars neue Gesetze in einen so grossen Vermögensabfall zu gerathen befürchteten, dass es sehr schmal an ihren Tafeln hergehen würde.“ Coniectura ingeniosa. Vulgatae tamen sententia haec est: „At hercule coena numquid pertinebat ad te? quid opus tibi erat, eam a mane quaerere, ibi praesertim, ubi lautas epulas tibi apparatas sciebas? *ORELLI.*

4. *ne . . . tribuamus*, damit wir uns unsern guten Freunden nicht gänzlich entziehen. — *una*, zusammen mit ihnen. — *intra leg. cet.*, sondern um ein Namhaftes unter Dem, was Cäsars Gesetz erlaubt. — *Non multi cibi*, der nicht Viel isst. — *multi ioci*, aber desto mehr scherzt. *sed multi ioci* contra Md. Crat. bamb. Graev. Sch. Lün. Recte Md. lectionem defendit Borgers ad *Parad.* p. 28. *OR.*

ram, studium in tua salute consumere: nam quum te semper maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos aeque atque te summa benevolentia sum complexus, singularis pietas amorque fraternus nullum me patitur officii erga te studiique munus aut tempus praetermittere. Sed quae faciam fecerimque pro te, ex illorum te literis, quam ex meis, malo cognoscere. Quid autem sperem aut confidam et exploratum habeam de salute tua, id tibi a me declarari volo. Nam si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus semperque magis adversos rerum exitus metuens, quam sperans secundos, is ego sum: et, si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen quum 2
a. d. v. Kal. intercalares priores, rogatu fratrum tuorum, venissem mane ad Caesarem atque omnem abeundi et conveniendi illius indignitatem et molestiam pertulissem; quum fratres et propinqui tui iacerent ad pedes et ego essem locutus, quae causa, quae tuum tempus postulabat: non solum ex oratione Caesaris, quae sane mollis et liberalis fuit, sed etiam ex oculis et vultu, ex multis praeterea signis, quae facilius perspicere potui, quam scribere, hanc *in* opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset.

LIGARIO. S. zu ep. CCCCLXV im Anfange.

1. *meum* del. Graev. Ern. Lün. = deren ich fähig bin; alle mir mögliche. S. Ramsh. §. 158, 4, a. — *in tua s. consum.*, dazu verwende, Deine Wiederherstellung zu befördern. — *nullum me . . . praetermittere*, erlaubt mir nicht, irgend eine Gelegenheit oder Zeit, Dir meinen Diensteifer zu beweisen, unbenutzt zu lassen.

2. *a. d. v. Kal. intercal. priores* h. e. d. XXVII Novembris quinque diebus ante initium prioris mensis intercalaris hoc anno ad anni confusionem corrigendam instituti. Vide supra ep. 440. *SCH.* — *atque . . . pertulissem*, und alle die Beschwerlichkeiten und Demüthigungen geduldig ertragen hatte, die man sich muss gefallen lassen, um bei ihm Zutritt und Gehör zu erlangen. — *ad pedes* Caesaris. — *essem locutus* bezieht sich nicht auf Cicero's Rede pro Ligario gegen die Anklage des iungen Tubero; sondern auf diese frühere Fürbitte Cicero's, dass Cäsar dem Ligarius verzeihen und die Wiederherstellung vergönnen möchte: denn erst, als Cäsar dadurch schon besänftigt schien, trat Tubero's Sohn mit seiner Anklage dazwischen. Indess erreichte Cicero durch seine Defension, die er im folgenden Iahre niederschrieb (s. ad Attic. XIII, 44), dass Cäsar den Ligarius endlich begnadigte und ihm die Rückkehr nach Rom erlaubte. S. Plutarch. — *tuum tempus*, Deine Lage. — *ex multis.* Crat. Vict. 2. Lamb. Mart.-Lag. *et multis. OR.* — *quam scribere* potuerim, als ich sie Dir mit Worten angeben könnte. — *hanc in op. discessi*, gelangte ich zu der entgegengesetzten Ueberzeugung. om. *in* Md. Fuitne: *hac opinione discessi*, scil. a Caesare? *OR.* „verliess ich den Cäsar mit der Ueberzeugung."

3 Quamobrem fac animo magno fortique sis: et, si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora laete feras. Ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficillimis; neque Caesari solum, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognovi, pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo.

EPISTOLA CCCCLXXVI. (ad Div. VI. 8.)

Scr. Romae exeunte anno U. C. 708. (a. C. 46.)

Permissum Caecinae scribit, ut ei liceret esse in Sicilia; ibique ut commoretur, suadet. 1—3.

CICERO CAECINAE.

Quum esset mecum Largus, homo tui studiosus, locutus Kalendas Ian. tibi praefinitas esse: quod omnibus rebus perspexeram, quae Balbus et Oppius, absente Caesare, egissent, ea solere illi rata esse: egi vehementer cum iis, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, esse uti liceret. Qui mihi consuessent aut libenter polliceri, si quid esset eiusmodi, quod eorum animos non offenderet; aut etiam negare et afferre rationem, cur negarent: huic meae rogationi *** potius non continuo responderunt; eodem die tamen ad me reverterunt: mihi hoc dederunt, ut esses in Sicilia, quoad velles; se praestaturos nihil ex eo te offensionis habiturum. Quoniam,

---

3. *si turbid. sap. fer.*, wenn Du Dich in Dein Schicksal, als es am trübesten aussah, mit Weisheit ergabest, so ergib Dich demselben ietzt mit Fröhlichkeit, da es ein heitereres Ansehen gewonnen hat. — *tuis rebus sic adero, ut diff.*, ich werde mich Deiner Angelegenheiten so annehmen, als ob sie höchst misslich noch ständen.

CAECINAE. S. zu ep. CCCCLXX im Anf.

1. *praefinitas esse*, sei Dir anberaumt worden, Sicilien zu verlassen. Ueber *Largus* ist sonst Nichts weiter bekannt. — *absente Caesare*, der vor Ausgang des Iahrs 708 nach Spanien abgegangen war, um den Sex. und Cn. Pompeius zu bezwingen. — *quod . . non offenderet*, wobei sie kein Bedenken fanden. — *rogationi*. Excidisse hic duo voc. viderunt multi. *huic meae rogationi aut flagitationi potius* haud male supplet Sch. *meae actioni seu rogationi potius* Neap. Lamb. Vulgatam defendit Rostius *Spec.* 2. p. 6. *OR.* Nihil deest; nam *potius* refertur ad illa superiora. Quum suessent aut polliceri aut etiam negare, horum neutrum fecerunt, sed potius huic meae rogationi non continuo responderunt. *MANUT.* Graevius correxit *protinus non resp.*, ut *continuo* sit glossa vocabuli *protinus.* — *se praest.* cet., sie wollten es auf sich nehmen, dass Dir keine Verantwortlichkeit daraus erwachsen sollte. — *Quoniam.* S. ep. 470, 7.

quid tibi permittatur, cognosti: quid mihi placeat, puto te scire oportere. Actis his rebus, literae a te mihi red- 2
ditae sunt, quibus a me consilium petis, quid sim tibi auctor; in Siciliane subsidas, an ut ad reliquias Asiaticae negotiationis proficiscare. Haec tua deliberatio non mihi convenire visa est cum oratione Largi. Ille enim mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat: tu autem, quasi concessum sit, ita deliberas. Sed ego, sive hoc sive illud est, in Sicilia censeo commorandum. Propinquitas locorum vel ad impetrandum adiuvat crebris literis et nuntiis, vel ad reditus celeritatem, re aut impetrata, quod spero, aut aliqua ratione confecta. Quamobrem censeo magno opere commorandum. T. Furfanio Postumo, familiari meo, legatis- 3
que eius, item meis familiaribus, diligentissime te commendabo, quum venerint: erant enim omnes Mutinae. Viri sunt optimi et tui similium studiosi et mei necessarii. Quae mihi venient in mentem, quae ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam: si quid ignorabo, de eo admonitus omnium studia vincam. Ego etsi coram de te cum Furfanio ita loquar, ut tibi literis meis ad eum

---

2. *Actis his rebus,* bald nach dieser Unterhandlung mit Oppius und Balbus. — *subsidas* = maneas. — *an ut* oder ob ich Dir riethe, zur Besorgung Deiner noch übrigen Geldgeschäfte nach Asien abzureisen. Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. del. *ut* Ceteri. *OR.* — *deliberatio,* Unentschlossenheit. — *cum orat. Largi,* mit Dem, was mir Largus sagte, nicht recht zu vertragen. — *ad impetrandum adiuvat,* ist der Beschleunigung Deines Gesuchs um die Erlaubniss zurückkehren zu dürfen günstig. — *crebr. lit. et n.,* weil Briefe und Boten von da häufiger und schneller abgehen und dort anlangen können. *adiuvabit* Ern. coni. Mart.-Lag. Sch. Lün. — *re aut impetrata,* wann Du die Erlaubniss dazu erhältst. — *quod spero.* Md. Crat. *aut quod spero.* Fuitne: *id quod sp.? OR.* — *aut aliq. rat. conf.,* oder wenn die ietzige Lage der Dinge eine andere Wendung nähme, d. i. wenn der Feldzug in Spanien für den Cäsar unglücklich ausfiele. Denn dann könnte Cäcina auch ohne dessen Erlaubniss zurückkehren. — tibi *commorandum* esse in Sicilia.

3. *T. Furfanio Postumo,* dem Cäsar die Statthalterschaft auf Sicilien für das Iahr 709 übertragen hatte. Cicero schickt desshalb dem Cäcina den nachfolgenden Empfehlungsbrief am Ende des Iahrs 708, damit er ihn dem Furfanius sogleich bei dessen Ankunft in Sicilien überreichen könnte. Denn noch war er in Mutina und wurde von da erst in Rom erwartet. Mart.-Lag. verlegt desshalb mit Unrecht diesen Brief in's Iahr 709. — *erant* im Briefe statt *sunt.* — *tui simil. stud.,* die Deinesgleichen zu schätzen wissen. — *de eo admonitus* kurz st. simul ut de eo admonitus fuero, sobald ich nur einen Wink darüber bekomme. — *omn. stud. vincam,* so werd' ich Aller Eifer, Dir darin zu dienen, über-

nihil opus sit: tamen, quoniam tuis placuit te habere meas literas, quas ei redderes, morem iis gessi. Earum literarum exemplum infra scriptum est.

EPISTOLA CCCCLXXVII. (ad Div. VI. 9.)

Scr. Romae eodem die, quo superior A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Furfanio Caecinam commendat. 1—2.

M. CICERO FURFANIO PROCOS. S.

Cum A. Caecina tanta mihi familiaritas consuetudoque semper fuit, ut nulla maior esse possit. Nam et patre eius, claro homine et forti viro, plurimum usi sumus: et hunc a puero, quod et spem magnam mihi afferebat summae probitatis summaeque eloquentiae et vivebat mecum coniunctissime non solum officiis amicitiae, sed etiam studiis communibus, sic semper dilexi, nullo
2 ut cum homine coniunctius viverem. Nihil attinet me plura scribere: quam mihi necesse sit eius salutem et fortunas quibuscunque rebus possim tueri, vides. Reliquum est, ut, quum cognorim pluribus rebus, quid tu et de bonorum fortuna et de rei publicae calamitatibus sentires, nihil a te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Caecinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

---

bieten. — *meas*, von mir. — *morem iis gessi*, so habe ich ihnen den Willen gethan.

FURFANIO. Dieser T. Furfanius Postumus wird in der Rede pro Milone c. 27 als ein sehr achtungswürdiger Mann gepriesen.

1. *et hunc.* Inde a v. *hunc* usque ad *fieri intelligo* habes huius Ep. epitomen in Cd. Taurinensis reliquiis in Peyronis *Fragmm. Cic.* p. 117. *OR.* — *non solum ... comm.*, nicht nur wegen unserer gegenseitigen Dienstleistungen, sondern auch wegen unserer gemeinschaftlichen Geistesbeschäftigungen.

2. *Nihil attinet*, es wäre überflüssig. — *quam mihi nec. sit*, wie sehr es mir obliege. — *Reliq. est*, es bleibt also nur übrig. — *plur. reb.*, aus mehren Umständen, bei mehren Gelegenheiten. — *de bonor. fort.* h. e. de fortuna eorum, qui rem publicam salvam vellent. *SCH* — *tantus cumulus*, eine so grosse Zugabe.

EPISTOLA CCCCLXXVIII. (ad Div. VI. 7.)

Scr. in Sicilia sub exitum anni U. C. 708. (a. C. 46.)

Excusat Caecina filium, quod librum Ciceroni sero reddiderit. 1. Queritur sibi Caesarem irasci, quod antea in eum scripserit, quum ignoverit omnibus, qui deos venerati sint contra eius salutem. 2. Rursus omissam repetit libri sui mentionem et, quam parce de Cicerone, quam timide de Caesare scripserit, ostendit. 3—4. Non iturum in Asiam Cicerone suadente confirmat. Petit, ut sibi venia redeundi a Caesare impetretur. Librum custodiri cupit aut ita emendari, ne, si exeat, eius rationibus nocere possit. 5—6.

CAECINA CICERONI PLUR. S.

Quod tibi non tam celeriter liber est redditus, ignosce timori nostro et miserere temporis. Filius, ut audio, pertimuit, neque iniuria, si liber exisset; quoniam non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur; ne ea res inepte mihi noceret; quum praesertim adhuc stili poenas dem. Qua quidem in re singulari sum fato: nam quum mendum scripturae litura tollatur, stultitia fama multetur, meus error exsilio corrigitur: cuius summa criminis est, quod armatus adversario male dixi. Nemo nostrûm est, ut opinor, quin vota Victoriae suae 2 fecerit: nemo, quin, etiam quum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quam primum Caesar superaretur, optarit. Hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est: si scit et persuasus est, quid irascitur ei, qui

---

CAECINA. S. zu ep. CCCCLXX im Anf.

1. *liber* ist entweder das Buch, liber querelarum betitelt (s. ep. 470), oder ein Stück desselben, was Cicero noch nicht erhalten hatte, oder eine andere ähnliche Lobschrift auf Cäsar, um ihn auszusöhnen. — *temporis,* und aus Mitleiden mit uns'rer Lage. — *Filius* meus. — *si liber exisset,* wenn das Buch früher unter die Leute käme, als Cäcina wüsste, wie es der abwesende Cäsar aufnehmen möchte. — *quoniam.* S. ep. 476, 1. — *inepte mihi.* Crat. *mihi inepte.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *inepto m. OR.* — *quum praes...dem,* zumal da ich noch immer für meine frühere Schmähschrift auf Cäsar büsse. — *liturâ,* durch Ausstreichen mit dem umgekehrten Griffel. — *error,* quod in Caesarem scribens non putaram eum victorem fore et summae rerum praefuturum. *SCH.* — *cuius summa..male dixi,* da doch mein ganzes Verbrechen darin besteht, dass ich dem Gegner, gegen den ich im Felde die Waffen führte, auch mit Worten zu Leibe gegangen bin.

2. *nostrûm,* Pompeianorum. — *quin* = qui non. Ramsh. § 185. Not. I. 2. Grotef. §. 401, 3. — *Victoriae suae,* nempe Victoriae deae et sibi propitiae futurae. *SCH.* — *optarit,* andächtig geflehet, gebetet hätte. — *non cogitat,* sich nicht vorstellt. — *omni-*

aliquid scripsit contra suam voluntatem, quum ignorit
omnibus, qui multa deos venerati sint contra eius salu-
3 tem? Sed, ut eodem revertar, causa haec fuit timoris.
Scripsi de te parce, me dius fidius, et timide, non revo-
cans me ipse, sed paene refugiens. Genus autem hoc
scripturae non modo liberum, sed incitatum atque ela-
tum esse debere, quis ignorat? Solutum existimatur esse
alteri maledicere; tamen cavendum est, ne in petulantiam
incidas: impeditum, se ipsum laudare, ne vitium arro-
gantiae subsequatur: solum vero liberum, alterum lau-
dare; de quo quidquid detrahas, necesse est aut infirmi-
tati aut invidiae assignetur. Ac nescio, an tibi gratius
opportuniusque acciderit: nam quod praeclare facere non
poteram, primum erat, non attingere: secundum bene-
ficium, quam parcissime facere. Sed tamen ego quidem
me sustinui: multa minui, multa sustuli, complura ne po-
sui quidem. Quemadmodum igitur, scalarum gradus si
alios tollas, alios incidas, nonnullos male haerentes relin-
quas, ruinae periculum struas, non ascensum pares: sic
tot malis tum vinctum, tum fractum studium scribendi,
4 quid dignum auribus aut probabile potest afferre? Quum

---

bus rebus, vollkommen, gar zu. — *multa vener. sint*, viele Gebete zu den Göttern abgeschickt haben. Ueber *multa* s. Ramsh. §. 152. Not. 2. e. Grotef. §. 132.

3. *Scripsi*, nämlich überall, wo ich in meiner Schrift von Dir sprechen musste. — *non revoc.* cet. statt non quasi revocarem... refugerem, als ob ich nicht bloss an mich hielte, sondern beinahe meinen eigenen Gedanken entlaufen möchte. — *genus hoc script.* quo utimur alterum laudantes. — *liberum*, freies Laufs. — *incit. atq. elat.*, feurigen Schwungs sein. — *Solutum*, ungebunden. — *impeditum* = difficile. — *solum vero liberum τὸ alt. laudare*, Lobschriften aber einzig und allein gebühre völlige Freiheit so weit zu gehen als man wolle. — *infirmitati*, einer Schwäche an Talent. — *Ac nescio, quum timide fecerim, an* ex Interpol. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* „ob Dir meine Schüchternheit und Zurückhaltung da, wo ich von Dir sprach, nicht sehr angenehm und gelegen gekommen sei." Ueber *Nescio, an* s. Ramsh. §. 174, 2. N. 3. Grotef. §. 345. — *praeclare*, mit gebührender Würde; d. i. so von Cicero sprechen, als es seine Würde verlangte. — *beneficium*. del. Lamb. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. (Ern. unc. incl.) Si gloss. est, est antiquissimum. Sed tuetur locum suum: „secundum, id quod me iuvisset": nec, quod olim in mentem venit, transponendum nunc puto: *attingere beneficium* (a te in me collatum): *secundum. ORELLI.* — *me sustinui*, ich habe mich zurückgehalten. — *minui, sustuli*, herabgestimmt, gestrichen; nämlich bei der Durchsicht der Schrift. — *nonn. male haer. relinq.*, einige schlecht eingefügte Sprossen stehen liesse. — *probabile*, das Urtheil der Kenner befriedigendes.

vero ad ipsius Caesaris nomen veni, toto corpore contremisco, non poenae metu, sed illius iudicii: totum enim Caesarem non novi. Quem putas animum esse, ubi secum loquitur? „Hoc probabit:“ „hoc verbum suspiciosum est.“ „Quid, si hoc muto?“ „At vereor, ne peius sit.“ „— Age vero, laudo aliquem:“ „num offendo?“ „Quum porro offendam?“ „Quid? si non vult?“ „Armati stilum persequitur: victi et nondum restituti quid faciet?“ Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caves tibi per Brutum et ad excusationem socium quaeris. Ubi hoc omnium patronus facis: quid me, veterem tuum, nunc omnium clientem sentire oportet? In hac igitur calumnia timoris et caecae suspicionis tormento, quum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur, quam difficile sit evadere, si minus expertus es, quod te ad omnia summum atque excellens ingenium armavit,

---

1. *veni,* scil. librum denuo perlegens. — *sed metu illius* i. e. Caesaris *iudicii.* — *quem putas... loquitur* h. e. quomodo animum meum affectum esse putas, ubi inter scribendum sic secum loquitur? — *probabit* Caesar. — *Age vero* = fac vero, gesetzt aber. — *offendo* Caesarem; ut si Catonem forte Uticensem laudare velim. — *si non vult.* Sententia haec est: „Num offendo? Non spero quidem, sed tamen fieri potest. Quid autem inde sequetur, si re vera eum offendam? Quid? si omnino non vult laudari eum, quem laudavi? „Sic distinctione iuvi locum antea obscurum: *quum porro offendam, quid, si non vult? ORELLI.* — *armati stilum,* quod ante pugnam Pharsalicam adversus eum ut hostis et arma gerens scripseram. *SCH.* — *victi et nondum restituti* scil. stilo s. de stilo *faciet?* Caesaris iudicium metuebat, ut antea dixit. Hic finitur illud Caecinae soliloquium. — *qui... quaeris,* da Du in Deinem Orator, falls Du etwa einer Entschuldigung bedürftest, den Brutus vorschiebst und zum Theilnehmer an Deiner Verantwortlichkeit machst. S. Orat. c. 10: *Itaque hoc sum aggressus, statim Catone absoluto, quem ipsum numquam attigissem tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti et illius memoriam mihi coram excitanti non parere nefas esse duxissem.* — *per Brutum* Catonis ex sorore nepotem eiusdemque admiratorem; eundem tamen etiam Caesari carum. *SCH. Ubi hoc omnium patronus facis, quid me... ibi sentire oportet?* In diesem Falle, wo Du, der allgemeine Beschützer aller Angeklagten, so handelst, wie muss mir, ehemals Deinem und nun aller Welt Clienten, da vollends zu Muthe sein? Ciceronem omnium reorum patronum dicit, quasi ad eum omnes causae deferri solitae essent. *SCH.* — *veterem tuum,* quod eum Cicero defenderat oratione, quae exstat. *SCH.* — *omnium clientem,* quippe qui in miseria exsilii nullius auxilium aut patrocinium aspernari debeo. *SCH.* — *sentire* ist von Ernesti eingeklammert, da sich aus *facis* leicht *facere* an die Hand gibt. — *calumnia,* Chicane, Selbstbetrug. — *ad alieni sensus coniecturam,* nach der Vermuthung, wie ein Andrer (Cäsar) es nehmen werde, §. 1: quo animo accipiatur. — *evadere,* sich her-

nos sentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret et auferret, aut ea conditione daret, si reciperes
5 te correcturum, hoc est, si totum alium faceres. De Asiatico itinere, quamquam summa necessitas premebat, ut imperasti, feci. Te pro me quid horter? vides tempus venisse, quo necesse sit de nobis constitui. Nihil est, mi Cicero, quod filium meum exspectes. Adolescens est: omnia excogitare vel studio vel aetate vel metu non potest. Totum negotium tu sustineas oportet: in te mihi omnis spes est. Tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Caesar, tenes: a te omnia proficiscantur et per te ad exitum perducantur necesse est: apud ipsum multum, apud eius omnes plurimum potes.
6 Unum tibi si persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris, ut facias, — quamquam id magnum et amplum est — sed totum tuum esse onus, perficies: nisi forte aut in miseria nimis stulte aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed utrique rei excusationem tuae vitae consuetudo dat: nam quod ita consuesti pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te,

---

auszuhelfen. — *ad omnia..armavit,* für alle Fälle mit Hülfsmitteln ausrüstete. — *nos sentimus,* so fühlt Das unser Einer doch. — *auferret,* wieder mit sich nehmen. — tibi *daret,* Dir lassen.

5. *summa me* Lamb. — *ut imperasti* ep. CCCCLXXVI, 2. — *Te..horter?* Uebrigens worin soll ich Dir noch anliegen, Dich meiner anzunehmen? — *quo . . constitui,* wo mein Schicksal entschieden werden muss. — *Nihil est . . . quod f. m. exspectes,* von meinem Sohne erwarte ia nicht Viel. — *studio,* vor Eifer. — *quibus capiatur,* wodurch er gewonnen werde, man ihm beikommen könne. — *tenes,* Du hast es weg, weisst es. — *apud eius omnes,* bei allen seinen Günstlingen.

6. *tuum esse onus.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *opus.* Blandietur haec coniectura aliis quoque: quocirca refellenda est. Argutissima videlicet inest sententia, qua hoc dicit: „Persuade tibi, non hoc esse tui ipsius muneris atque officii, si quid rogatus fueris, ut facias, i. e. nunc ut pro me intercedas: sic enim periculum est, ne nimis pudenter agas, quem ad modum scil. faceres, si tibimet ipsi pro te rogandum esset: immo persuade tibi, esse hoc totum tuum onus, ab amico tibi impositum; tum ages liberius, impensius, nec unquam timebis, ne sis vel nimis arrogans, vel victori molestus.“ Praeterea *opus* et mox sequens *onus* vocabulorum concursum et tamquam lusum efficerent minime gratum minimeque dignum praeclarae huius epistolae elegantia: nec denique iusta est ea oppositio inter *munus* et *opus,* quae inter *munus* et *onus. OR.* — *non hoc esse tui muneris,* es fülle Das Deine Verpflichtung noch nicht, es sei nicht genug für Deine Verpflichtung. — *sed tot. t. esse onus,* sondern die ganze Last beruhe auf Dir allein, sei Dir ganz übertragen. — *perficies,* dann wirst Du das Werk zu Stande bringen. — *pro amicis laborare,* für Deine Freunde Dich so zu verwenden, als ob

sed etiam sic imperant tibi familiares. Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat, aut ita corrigas, ne mihi noceat.

EPISTOLA CCCCLXXIX. (ad Div. VI. 5.)

Scr. Romae exeunte anno U. C. 708. (a. C. 46.)

Caecinam iubet de reditu impetrando optime sperare, eique studium suum et operam pollicetur. 1—4.

M. CICERO S. D. A. CAECINAE.

Quotiescunque filium tuum video, — video autem fere quotidie — polliceor ei studium quidem meum et operam sine ulla exceptione aut laboris aut occupationis aut temporis, gratiam autem atque auctoritatem cum hac exceptione, quantum valeam quantumque possim. Liber tuus et lectus est et legitur a me diligenter et custoditur diligentissime. Res et fortunae tuae mihi maximae curae sunt; quae quidem quotidie faciliores mihi et meliores videntur, multisque video magnae esse curae; quorum de studio et de sua spe filium ad te perscripsisse certo scio. Iis autem de rebus, quas coniectura consequi 2
possumus, non mihi sumo, ut plus ipse prospiciam, quam te videre atque intelligere mihi persuaserim: sed tamen, quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites, puto esse meum, quid sentiam, exponere. Ea natura rerum est et is temporum cursus, ut non possit ista aut tibi aut ceteris fortuna esse diuturna; neque haerere in tam bona causa et in tam bonis civibus tam acerba iniuria. † Quare ad eam spem, quam extra ordinem de 3
te ipso habemus, non solum propter dignitatem et virtu-

---

es Dein Leben, Deine Ehre, Dein Alles gälte. — *imperant tibi*, muthen Dir Das zu. — *familiares*, Dieienigen, die Dir noch näher angehören. — *ne exeat*, dass die Schrift nicht unter die Leute komme, in vulgus. — *noceat* liber.

1. *sine ulla except.*, ohne Entschuldigung mit irgend einer Arbeit oder einem Geschäfte oder ungelegener Zeit. — *cum h. except.*, mit der Einschränkung. — *custod.* scil. a me, verwahr' ich. — *faciliores*, erträglicher, günstiger. — *quorum de studio*, über deren Verwendung für Dich.

2. *Iis.* Sic Mart.-Lag. Sch. Lün. *His* Cett. cum Md. *OR.* „Was aber solche Dinge betrifft. — *non mihi sumo, ut..prosp.*, nehm' ich mir nicht heraus, weiter darin zu sehen, als. — *perturb. an.*, mit nicht genug ruhiger Seele. — *ista...fortuna*, die Lage, worin Du Dich mit mehren Anderen befindest. — *haerere in*, anhaften, verhängt bleiben über. — *iniuria*, Unrecht.

tem tuam — haec enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia — accedunt tua praecipua, propter eximium ingenium summamque virtutem: cui, mehercules, hic, cuius in potestate sumus, multum tribuit. Itaque ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectatur, se violatum putasset: quod ipsum lenitur quotidie: significaturque nobis ab iis, qui simul cum eo vivunt, tibi hanc ipsam opinionem in-
4 genii apud illum plurimum profuturam. Quapropter primum fac animo forti atque magno sis; ita enim natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id

---

3. *summamque virtutem.* Sic corrupte in quibusdam Md. Vict. Graev. Pro altero *virtutem* Lamb. Ern. substituerunt *doctrinam*, Gronov. Lall. *eruditionem*, Bened. *summumque* deleto *virtutem*. Mart.-Lag. *de te, ipsi ... Sed etiam propter * * * accedit tua ... summamque doctrinam.* Sch. Lün. *quam ex tuo ordine de te ipsi habemus non soli, ... summamque eloquentiam.* In quibus falsum in primis est *accedit* pro *accedunt*. Meliora ipse non reperi, ut nec Rostius *Spec.* 2. p. 5. Nota marginem Crat. pro *propter dignit.* habere *praeter dign. ORELLI. Ex tuo ordine,* quod eques erat Caecina in Etruria (vid. ep. 470, 9.) et quod eiusdem ordinis multi erant, qui Caesarem pro eius salute adirent., in quo *vehementer eum consentiens Etruria* movere debebat. — *non soli* significat, Ciceronem multos habere in hac spe secum consentientes, quoniam multis aliis Caecinae dignitas et virtus perspecta esset. Vid. ep. 476: *Intelligit Caesar* cet. 470, 8: *Praeterea cedit* cet. — *propter dignit. et virt. tuam.* Illud *dignitatem* eo pertinet, quod esset Caecina auctoritate et gratia ordinis sui facile princeps; *virtus* autem Caecinae ep. 477 *summae probitatis nomine* laudatur. — *accedit tua praecipua* spes, ex his ornamentis, quae sequuntur et quae singularia erant in Caecina i. e. in quibus neminem inter equites habebat similem. — *eloquentiam.* Hanc enim etiam in Caecina laudavit Cicero ep. 477. *SCH. non solum* scheint aus Interpretation entstanden zu sein, um dadurch sed etiam *propter exim. ingen.* als Gegensatz in Verbindung zu bringen; statt des ersteren *propter* ist *praeter* wol richtig. Der Sinn wäre demnach: „Daher treten zur Begründung dieser meiner Hoffnung, die ich abgesehen von Deinem Ritterstande auf Dich selbst, d. i. auf Deine Eigenschaften setze, ausser Deinem politischen Ansehen und Deiner Rechtschaffenheit — denn diese Empfehlungen hast Du mit Anderen Deines Standes gemein — Dir besonders eigene Empfehlungen hinzu wegen Deines ausgezeichneten Genies und grossen Talents für die Redekünste.“ Auch das letztere *propter* ist verdächtig und unbeholfen, da man bloss den Nominat. *exim. ingen. summaque eloquentia* erwartet. — *tribuit*, er legt einen hohen Werth darauf. Vgl. ep. 470, 8: Accedit, quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, delectatur (Caesar). — *violatum*, wegen der Schmähschrift. — *ab iis*, Md. Vict. 2. *ab his.* — *opinionem ingenii*, seine hohe Meinung von Deinem Genie.

4. *ita cognitus*, und so der Welt bereits bekannt. — *omnia*

faciendum sit: deinde spem quoque habeas firmissimam propter eas causas, quas scripsi. A me vero tibi omnia liberisque tuis paratissima esse confidas velim: id enim et vetustas nostri amoris et mea consuetudo in meos et tua multa erga me officia postulant.

EPISTOLA CCCCLXXX. (ad Div. IV. 11.)

Scr. Mitylenis exeunte anno U. C. 708. (a. C. 46.)

Marcellus quum de suo reditu a Caesare impetrato ex fratris Ciceronisque literis — quae aetatem non tulerunt — cognovisset: scribit se maxime Ciceronis auctoritate commotum exsulandi consilium abiecisse, sibique nihil gratius esse eius similiumque virorum et amicorum benevolentia significat. 1—2.

MARCELLUS CICERONI S.

Plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem quum in omni re tum in hoc maxime negotio potes existimare. Quum mihi C. Marcellus, frater amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret: non prius mihi persuadere potuit, quam tuis est effectum literis, ut uterer vestro potissimum consilio. Res quemadmodum sit acta, vestrae literae mihi declarant. Gratulatio tua etsi est mihi probatissima, quod ab optimo fit animo: tamen hoc mihi multo iucundius est et gratius, quod in summa paucitate amicorum, propinquorum ac necessariorum, qui vere meae saluti

---

...*parat. esse*, alle Dienstleistungen meiner Seits in möglichster Bereitschaft stehen. — *consuetudo*, die Regel meines Benehmens. — *erga me officia*, Verdienste um mich.

MARCELLUS. S. zu ep. CCXVII im Anfange. CCCCLXIV. CCCCLXVI. CCCCLXVIII.

1. *Plurimum.* Md. Vict. 2: *MARCELLUS CICERONI S. PLURIMAM. Valuisse.* Fuitne: *M. C. S. PLURIMAM. Plurimum valuisse? OR.* — *C. MARC.* Md. *Consul Marc.* — *quemadm. sit acta.* Cicero's Brief darüber an den Marcell ist freilich nicht mehr vorhanden; allein Licht gibt ep. 469. an Serv. Sulpicius. — *probatiss.*, höchst angenehm. — *ab optimo.* Lamb. del. *ab.* Sed cfr. *Libr.* 9. *Ep.* 9: *ab optimo certe animo..scripta esse iudices. OR.* — *fit*, wie *facere gratulationem* ep. 88. — *necess.*, nächsten Angehörigen. Dass die propinqui od. Verwandten sich aus Marcellus eben nicht Viel zu machen schienen, verräth ep. 466. 2: *si modo erant tui.* — *cupid. mei*, als einen Mann, der den wärm-

faverent, te cupidissimum mei singularemque mihi benevolentiam praestitisse cognovi.
2 Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego, quoniam haec erant tempora, facile et aequo animo carebam: hoc vero eiusmodi esse statuo, ut sine talium virorum et amicorum benevolentia neque in adversa neque in secunda fortuna quisquam vivere possit. Itaque in hoc ego mihi gratulor. Tu vero ut intelligas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi praestabo.

---

sten Antheil an mir nimmt. — *singul.*, einzig in seiner Art, ganz besonderes, ungemeines.

2. *eiusmodi, quibus..carebam*, kräftiger und gewisser aussagend als *quibus* = ut iis *carerem*. S. Ramsh. §. 184, 3, Not. 1. Grotef. §. 432, Anm. 2. Schütz lies't *Reliquis urbis commodis ego;* ohne Noth, da sich diese als hier zu verstehen von selbst darbieten, wenn man sich an ep. 468, 3. 4. u. ep. 464, 4 erinnert. — *hoc vero* commodum, quod iam ante mihi dixi tua gratulatione multo iucundius et gratius esse. *SCH.* — *vivere possit*, clausula hexametri non rara in Ciceronis scriptis. — *in hoc* st. de hoc *gratulor*, wie *accusari* u. *excusari in aliquo* st. de aliqua re, z. B. ep. 97. Terent. in Prolog. Andr.: *qui in hac re disputant*. S. Graev. — *re tibi praestabo*, Das werd' ich Dir durch die That an den Tag legen. Ueb. die Briefe vom Iahr. 708 vergl. *Abeken* S. 291 ff.

M. T. CICERONIS EPISTOLAE

A. U. C. DCCVIII. SED INCERTIS MENSIBUS SCRIPTAE.

EPISTOLA CCCCLXXXI. (ad Div. XIII. 11.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Commendat Bruto vectigalia, quae Arpinates in Gallia habebant, et legatos, qui ad ea exigenda proficiscebantur. 1—3.

CICERO BRUTO S.

Quia semper animadverti studiose te operam dare, ut ne quid meorum tibi esset ignotum: propterea non dubito, quin scias, non solum cuius municipii sim, sed etiam quam diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri. Quorum quidem omnia commoda omnesque facultates, quibus et sacra conficere et sarta tecta aedium sacrarum locorumque communium tueri possint, consistunt in iis vectigalibus, quae habent in provincia Gallia. Ad ea visenda pecuniasque, quae a colonis debentur, exigendas totamque rem et cognoscendam et administrandam legatos equites Romanos misimus, Q. Fufidium, Q. F.,

---

BRUTO. Ueber diesen M. Iunius Brutus s. zu ep. CCCCXXXVII im Anf. Er war in diesem Iahre zum Statthalter über das Cisalpinische Gallien von Cäsar gesetzt.

1. *ut ne...esset ignotum,* dass Dir kein mich betreffender Umstand unbekannt bleibe. — *municipii.* Arpinum patria Ciceronis fuit. — *omnia comm. omn. facult.,* ihr ganzes Stadtvermögen und die Einnahmen. — *sacra confic.,* den öffentlichen Gottesdienst bestreiten. — *sarta ... tueri,* in gutem Stande, in Bau und Besserung erhalten. Vgl. Verrin. 1, 49. 50. 51. Liv. 29, 37. 42, 3. Pandect. VII, 1, 7. 8, 18. — *loc. comm.,* der öffentlichen Gebäude. — *in iis.* Sic Neap. Lamb. *his* Cett. *OR.* — *vectig.* i. e. agrorum vectigalium fructibus, Zinskorn. — *a colonis,* quibus illi agri sunt locati. — *et cogn. et admin.,* zu untersuchen und zur ordentlichen Verwaltung zu bringen. — *Q. Fufidius.* S. d. folgenden Brief. Ein Ritter desselbigen Namens wird erwähnt ad Q. Fratr. III, 1. ad Attic. XI, 13. 15. und noch einer in Orat. Pis. c. 35. *M. Faucius*

2 M. Faucium, M. F., Q. Mamercum, Q. F. Peto a te in maiorem modum pro nostra necessitudine, ut tibi ea res curae sit operamque des, ut per te quam commodissime negotium municipii administretur quam primumque conficiatur: ipsosque, quorum nomina scripsi, ut quam honorificentissime pro tua natura et quam liberalissime
3 tractes. Bonos viros ad tuam necessitudinem adiunxeris municipiumque gratissimum beneficio tuo devinxeris: mihi vero etiam gratius feceris, quod quum semper tueri municipes meos consuevi, tum hic annus praecipue ad meam curam officiumque pertinet. Nam constituendi municipii causa hoc anno aedilem filium meum fieri volui et fratris filium et M. Caesium, hominem mihi maxime necessarium: is enim magistratus in nostro municipio nec alius ullus creari solet: quos cohonestaris in primisque me, si res publica municipii tuo studio, diligentia bene administrata erit. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA CCCCLXXXII. (ad Div. XIII. 12.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Q. Fufidium, Arpinatis municipii legatum, qui tribunus militum in Cilicia fuerat, diligenter commendat. 1—2.

CICERO BRUTO S.

Alia epistola communiter commendavi tibi legatos

---

eques Romanus, decurio Arpinatium. *Q. Mamercus*, gleichfalls ein Römischer Ritter und decurio Arpinas.

2. *admin.*, geleitet werde. — *pro tua natura*, wie es Deine Art ist.

3. *Bonos ... adiunxeris*, Du würdest Dir dadurch sehr wackere Männer sehr verbinden, verpflichten. — *constit. m. c.*, um dem Municipio eine gute Einrichtung zu geben. — *aedilem*, zum Polizeimeister von Arpinum. — *M. Caesium*, wie wir sehen, ein Polizeimeister zu Arpinum. — *is.. magistratus* aedilitatis. — *nec ullus alius.* Diess war also die einzige Magistratsstelle, die zu Arpinum, einer kleinen Landstadt, durch Wahl besetzt wurde. In anderen Municipalstädten wählte man, wie zu Lanuvium, einen Dictator (s. pro Milon. c. 10.), oder, wie zu Tusculum, einen Consul, oder, wie zu Corfinium, einen Duumvir (s. Caes. de B. Civ. 1.) oder, wie zu Neapolis und Cumae, einen Quatuorvir (s. ep. 377 u. Or. Cluent. c. 8.) oder endlich, wie zu Sidicinum u. Ferentum, einen Quaestor (s. Gellius X, 3). *MAN.* Aediles habuere nomen ab aedibus, quibus erat demandata cura publicorum aedificiorum. — *cohonestaris* i. e. honore afficies. — *res publ. munic.*, diese öffentliche Angelegenheit meines väterl. Municipiums; pecuniae publicae vectigalium. *ERN.* — *admin. erit*, aufs Beste besorgt wird.

Arpinatium, ut potui diligentissime: hac separatim Q. Fufidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo, non ut aliquid de illa commendatione deminuam, sed ut [ad] hanc addam. Nam et privignus est M. Caesii, mei maxime et familiaris et necessarii, et fuit in Cilicia mecum tribunus militum: quo in munere ita se tractavit, ut accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse. Est praeterea — quod apud te valet pluri- 2 mum — a nostris studiis non abhorrens. Quare velim eum quam liberalissime complectere operamque des, ut in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum, secutus auctoritatem meam, quam maxime eius excellat industria. Vult enim, id quod optimo cuique natura tributum est, quam maximam laudem quum a nobis, qui eum impulimus, tum a municipio consequi; quod ei continget, si hac mea commendatione tuum erga se studium erit consecutus.

EPISTOLA CCCCLXXXIII. (ad Div. XIII. 13.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

L. Castronium, Lucensem municipem, commendat.

CICERO BRUTO S.

L. Castronius Paetus, longe princeps municipii Lucensis, est honestus, gravis, plenus officii, bonus plane

---

1. *alia epistola,* proxime superiore. — *omnes necessitudines,* omnis generis coniunctiones, Verhältnisse. — *ut hanc* recte, puto, Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. contra Md. *OR.* — *M. Caesii.* S. d. vorigen Brief §. 3. — *in Cilicia,* quum Ciliciam proconsul administrabam. *SCH.* — *tractavit* = praestitit, gessit. — ei *dedisse,* quod illi mandassem hunc magistratum.

2. *non abhorrens* = socius studiorum, eloquentiae, humanitatis et philosophiae. Similitudo autem studiorum est parens amicitiae. „nicht ohne Geschmack für uns're Studien." — *commod.,* Bequemlichkeit, zu ungelegener Zeit; etiam aliquo incommodo suarum rerum. — *secut. auct. m.,* quod consilio pariter et adhortationi meae paruit, aus blosser Achtung gegen mich. — *industria,* praktische Geschicklichkeit od. Gesch. in Geschäften. — *id quod..trib. est,* Was iedem edlen Gemüthe so natürlich ist zu wollen. — *impulimus.* S. Grotef. §. 202. Zusatz 1. — *consequi a,* sich bei Einem erwerben. — *tuum studium,* Dein Wohlwollen.

1. *princeps,* der angesehenste Mann. Ueber die Verstärkung des Superlat. durch *longe* s. Ramsh. §. 156, 3, a. Zu L. Castronius Paetus vgl. ad Famil. VIII, 2. — *Lucensis.* Luca primum Galliae Cisalpinae oppidum. *GRAEV.* — *plenus officii,* dienstfertiger; dagegen *honestus* = honesto loco natus, *gravis* ob aetatem

vir et quum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus, sic prorsus, ut nostri ordinis observet neminem diligentius. Quare ut et meum amicum et tua dignum amicitia tibi commendo. Cui quibuscunque rebus commodaveris, tibi profecto iucundum, mihi certe erit gratum. Vale.

EPISTOLA CCCCLXXXIV. (ad Div. XIII. 14.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Petit, ut exactionem eius pecuniae, quam L. Straboni P. Cornelius debet, suo studio et diligentia curet. 1—2.

CICERO BRUTO S.

L. Titio Strabone, equite Romano in primis honesto et ornato, familiarissime utor. Omnia mihi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis. Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res a Volcatio,
2 qui Romae ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto a te hoc diligentius, quam si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare, quam de sua, ut negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas ope-

---

et mores, ehrbar. — *fortuna*, Glücksgütern. — *si quid h. ad r. pert.*, wenn anders diese mit in Anschlag kommen können. Mitigat hoc posterius membrum propter Stoïcos, qui fortunae bona non posuerunt in veris bonis vel ornamentis. Brutus autem Stoïcus. — *nostri* i. e. senatorii ordinis. — *Cui quib. reb. commod.*, Was für Gefälligkeiten Du ihm auch erzeigen dürftest. commodare hier als Verb. intrans. cum Dat. = Iemandem gefällig sein. Sonst findet sich auch commodare rem. — *mihi certe erit gratum*, mich wenigstens wird es zur Dankbarkeit verpflichten.

1. *Omnia...necessitudinis*, ich stehe mit ihm in einem solchen Verhältniss, dass er Alles, wozu die Freundschaft verpflichtet, von mir zu erwarten berechtigt ist. — *P. Cornelius*, civis Romanus, in Gallia Cisalpina negotiator. — *a L. Volcatio* Tullo, der, wie bekannt, von Cäsar zu Rom als Prätor 708 bestellt war. — *ius dicit*, iudiciis praeest. — *reiecta in Galliam est*, ist nach Gallien verwiesen worden. Noluit Volcatius praetor ipse Romae hanc rem diiudicare, sed causam reiecit ad Brutum Galliae hoc tempore praefectum, utpote qui commodius de ea re decernere posset. *SCH.* Ueber Volcatius s. ep. 469, 4 u. s. w.

2. *de pecunia labor.*, in Geldsachen für uns're Freunde besorgter zu sein als für uns selbst. — *confic. cures*, diess Geschäft abmachen zu lassen. S. Ramsh. §. 171, II, A, 3. Grotef. §. 323, b. — *ipse* potius, o d e r imo *ipse suscipias*. — *trans.*, verhandeln. —

ramque des, quoad tibi aequum et rectum videbitur, ut quam commodissima conditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat ad nummosque perveniat. Id et mihi gratissimum erit et tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi curae sit, ut omnia solent esse, quae me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA CCCCLXXXV. (ad Div. XIII. 17.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Manium Curium Servio Sulpicio, Achaiae praefecto, commendat. 1—3.

CICERO S. D. SER. SULPICIO.

M'. Curius, qui Patris negotiatur, multis et magnis de causis a me diligitur. Nam et amicitia pervetus mihi cum eo est, ut primum in forum venit, instituta; et Patris quum aliquoties antea, tum proxime hoc miserrimo bello, domus eius tota mihi patuit: qua si opus fuisset tam essem usus quam mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, quod est Attici nostri familiarissimus eumque unum praeter ceteros observat ac diligit. Quem si tu iam forte 2
cognosti, puto me hoc, quod facio, facere serius. Ea est enim humanitate et observantia, ut eum tibi iam ipsum per se commendatum putem. Quod tamen si ita est,

---

quam commod. cond., unter den vortheilhaftesten Bedingungen. S. Grotef. §. 282. — *ad numm. perven.*, und zu seinem Gelde gelange. — *solent* tibi curae *esse.*

SER. SULPICIO. S. zu ep. CCCLXV im Anf. CCCCLXX, 10.

1. *M'. Curius.* S. ep. 288. 289. 292. 293. 294. 328. 329 u. bes. zu ep. 472 im Anf. — *negotiatur*, Handelsgeschäfte treibt. — *in forum venit* d. i. die Römische Knabenkleidung (toga praetexta) mit der männlichen (virilis, pura) vertauschte. — *aliq. antea,* ut quum in Ciliciam iret vel rediret ex provincia. *SCH.* — *hoc.. bello* ante et post pugnam Pharsalicam. *SCH.* — *patuit.* Hospitium nempe Curius Ciceroni obtulerat, si Patras veniret, ubi ipse negotiari solebat. *SCH.* — *si opus fuisset.* Significat sibi usu non venisse, ut hospitio Curii uteretur; quamquam e Cilicia decedens Patras venerat. *SCH.* — *sanct.,* unverbrüchlichen Freundschaftsverbindung.

2. *facio serius* d. i. so komm' ich wol mit diesem Empfehlungsschreiben zu spät. scil. quod tibi eum commendo; nam tum nihil opus habebit nostra commendatione. — *observantia,* Aufmerksamkeit gegen Alle, denen Achtung gebührt. S. de Invent. II, 22: Observantia est, per quam aetate aut sapientia aut honore

magno opere a te quaeso, ut ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quam maximus
3 potest mea commendatione cumulus accedat. Sin autem propter verecundiam suam minus se tibi obtulit aut nondum eum satis habes cognitum aut quae causa est, cur maioris commendationis indigeat: sic tibi eum commendo, ut neque maiore studio quemquam neque iustioribus de causis commendare possim. Faciamque id, quod debent facere ii, qui religiose et sine ambitione commendant. Spondebo enim tibi vel potius spondeo in meque recipio, eos esse M'. Curii mores eamque quum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum et amicitia tua et tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. Mihi certe gratissimum feceris, si intellexero has literas tantum, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse.

EPISTOLA CCCCLXXXVI. (ad Div. XIII. 18.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Gratias agit, quod optima in Atticum voluntate sit, quem dum commendari dicit necesse non esse, eo ipso valde commendat, quo Servius Sulpicius ei neque in Epiroticis neque in aliis rebus desit. 1—2.

CICERO SERVIO S.

Non concedam, ut Attico nostro, quem elatum laetitia vidi, iucundiores tuae suavissime ad eum et humanissime scriptae literae fuerint quam mihi. Nam etsi utrique nostrûm prope aeque gratae erant: tamen ego admirabar magis te, qui, si rogatus aut certe admonitus,

---

aut aliqua dignitate *antecedentes* veneramur et colimus. — *volunt.*, Wohlwollen. — *quam maximus potest... cumulus*, möglichst grosser Zuwachs. S. Ramsh. §. 156, 3. Grotef. §. 282.

3. *Sin... obtulit*, sollte er aber wegen der ihm eigenthümlichen Bescheidenheit sich bei Dir nicht eingefunden haben. — *aut* si *quae* (Margo Crat. Lamb. *aut si qua*) *causa est*, oder sollte sich eine Ursache finden. S. Ramsh. §. 190, 3, *. Grotef. §. 406. — *ii*, Md. Vict. 1. 2. *hi*. — *relig.*, gewissenhaft. — *sine amb.*, ohne selbstsüchtige Gründe. — *in meque recipio*, und nehme es auf mich. — Ueber *que* s. Ramsh. §. 179, B, 1. — *tam accur.*, so nachdrücklichen. — *si tibi sit cogn.*, sobald er Dir näher bekannt sein wird. — *confideb.*, mir zuversichtlich versprach.

SERVIO. S. zu ep. CCCLXV im Anf. u. den vorig. Brief.

1. *elatum laetitiâ*, vor Freude ausgelassen. — *admirabar magis te... detulisse*, so bewunderte ich doch noch mehr als er, dass Du... angeboten hattest. — *qui* = quum tu, *si.* Sic rectissime

liberaliter Attico respondisses, — quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat — ultro ad eum scripsisse eique nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. De quo non modo rogare te, ut eo studiosius mea quoque causa facias, non debeo, — nihil enim cumulatius fieri potest, quam polliceris — sed ne gratias quidem agere, quod tu et ipsius causa et tua sponte feceris. Illud tamen dicam, mihi id, quod fecisti, 2
esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego unice diligo, non potest mihi non summe esse iucundum. Quod quum ita sit, esse gratum necesse est. Sed tamen, quoniam mihi pro coniunctione nostra vel peccare apud te in scribendo licet, utrumque eorum, quae negavi mihi facienda esse, faciam. Nam et ad id, quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest: et, quod modo verebar tibi gratias agere, nunc plane ago teque ita existimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore.

Md. Crat. Constructio est haec: „qui liberaliter respondisses, si rogatus aut certe admonitus respondisses.“ *quasi rog.* Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *magis quam si rog.* Lamb. *ORELLI.* „da Deine Antwort an Attikus schon eine grosse Artigkeit gewesen wäre, wenn Du auf sein Bitten oder auf seine Erinnerung an ein bereits gegebenes Versprechen ihm geantwortet hättest.“ — *quod tamen...non erat*, denn dass er, wenn diess der Fall gewesen wäre, eine so gefällige Antwort würde erhalten haben, bezweifeln wir gar nicht. — *ultro*, aus eigener Bewegung. — *nec opin.* S. Ramsh. §. 179, B, 8, 1. — *volunt.*, Geneigtheit, seine Wünsche zu erfüllen. — *De quo*, in Hinsicht dessen. — *cumul.*, denn es kann zu Dem, was Du versprichst, Nichts mehr hinzugethan werden. — *et ipsius causa* im Gegens. von *mea quoque causa.*

2. *quem ego.* Sic Md. Asc. 1. Vict. 1. 2. Lamb. Beng. Bened. om. *ego* Neap. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *non potest non*, muss. S. Ramsh. §. 173, 3, c. Grotef. §. 337. — *Sed tamen* = Wie dem aber sei. — *quoniam.* S. ep. 478, 1. — *utrumque* i. e. et gratias agam et orabo te. — *quantum..access. fieri potest*, als noch hinzugelegt werden oder hinzukommen kann. — *quod modo verebar tibi gr. agere*, was Das anlangt, dass ich vor ein Paar Augenblicken mich scheuete, Dir Dank zu sagen statt obgleich ich es so eben noch für unschicklich erklärte, Dir Dank zu sagen. Ueber *quod* s. Ramsh. §. 182, Not. 1, a. — *plane*, grade heraus, ohne Scheu. — *ago* scil. gratias. — *teque ita exist. volo*, und wünsche, dass Du Dich versichert haltest. — *in Epiroticis* i. e. in negotiis, quae habet in Epiro. *ERNESTI.* Nam in Epiro Atticus praedia possidebat.

EPISTOLA CCCCLXXXVII. (ad Div. XIII. 19.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Rogat, ut Lysonem, quem antea commendaverat, in fidem et necessitudinem recipiat. 1—3.

CICERO SERVIO S.

Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus: quam ego necessitudinem sancte colendam puto. Sed ea causa etiam cum aliis compluribus: familiaritas tanta nullo cum hospite; et ea quum officiis eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Is quum Romae annum prope ita fuisset, ut mecum viveret, etsi eramus in magna spe te meis literis commendationeque diligentissime facturum id, quod fecisti, ut eius rem et fortunas absentis tuerere: tamen quod in unius potestate erant omnia et quod Lyso fuerat in nostra causa nostrisque praesidiis, quotidie aliquid timebamus. Effectum tamen est et ipsius splendore et nostro reliquorumque hospitum studio, ut omnia, quae vellemus, a Caesare impetrarentur: quod in-
2 telliges ex iis literis, quas Caesar ad te dedit. Nunc non modo non remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia: sed eo vehementius a te contendimus, ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias: cuius dubiâ fortunâ timidius tecum agebamus, verentes, ne quid accideret eiusmodi,

---

SERVIO. S. d. vorig. Brief im Anf.

1. *cum Lysone* ex oppido Patris, apud quem Cicero e Cilicia rediens aegrum Tironem reliquit. Vid. ep. 288. 289. — *quam.. necess.* S. Ramsh. §. 159, 3, d. — *Sed ea causa* (Lamb. add. *est*) cet., doch diess Verhältniss zu mir hat er mit sehr vielen Anderen gemein; aber einer Vertraulichkeit in dem Grade, wie er sie bei mir geniesst, kann sich kein Anderer meiner Gastfreunde rühmen. — *mecum,* bei mir im Hause. — *absentis,* in seiner Abwesenheit. — *in unius,* Caesaris. — *in nostra causa* scil. Pompeianorum i. e. partes Pompeii secutus fuerat, „auf unserer Seite." — *nostr. praesid.,* bei unserem Heere. — *ipsius,* Lysonis, — *ex iis,* Md. Crat. Vict. *his.* — *quas Caesar.. dedit,* vel quum Romae adhuc esset, vel quum iam profectus esset in Hispaniam anno 708 exeunte. *SCH.*

2. *Nunc* tamen. — *quasi adepti iam omnia,* als wenn Wir nun schon Alles erlangt hätten. — *in fid. nec. t.,* unter Deine Schutzverwandten. Eine Hendiadys! — *cuius dubiâ fortunâ* st. nam, quamdiu eius fortuna dubia erat, denn, so lange sein Schicksal noch unentschieden war, ging ich etwas schüchtern bei Dir zu Werke, aus Furcht u. s. w. Quia Lyso Pompeianus erat, Cicero metuit, ne Sulpicius propter Caesarem minus benigne eum iuva-

ut ne tu quidem mederi posses; explorata vero eius incolumitate, † omnia a te studia summa cura peto. Quae ne singula enumerem, totam tibi domum commendo; in his adolescentem filium eius, quem C. Memmius Gemellus, cliens meus, quum in calamitate exsilii sui Patrensis civis factus esset, Patrensium legibus adoptavit; ut eius ipsius hereditatis ius causamque tueare. Caput illud est, ut Lysonem, quem ego virum 3
optimum gratissimumque cognovi, recipias in necessitudinem tuam. Quod si feceris, non dubito, quin in eo diligendo ceterisque postea commendando idem, quod ego, sis iudicii et voluntatis habiturus. Quod quum fieri vehementer studeo, tum etiam illud vereor, ne, si minus cumulate videbere fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse putet, non te oblitum mei. Quanti enim me faceres, quum ex sermonibus quotidianis meis, tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere.

EPISTOLA CCCCLXXXVIII. (ad Div. XIII. 20.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Asclaponem medicum commendat.

CICERO SERVIO S.

Asclapone, Patrensi medico, utor familiariter eiusque quum consuetudo mihi iucunda fuit, tum ars etiam,

ret. — † *omnia a te studia summa cura peto.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. *studio summo cura* Bas. *studio summo curaque* Neap. Asc. 1. *a te summo studio summaque cura* Asc. pr. prob. Bened. Sch. Lün. Leg. videtur: *omnia omni a te studio summaque cura peto. ORELLI. summa cura* quomodo a *summo studio* differat, intelligitur ex his, quae sequuntur, Ciceronis verbis: *quod quum fieri vehementer studeo, tum etiam illud vereor. SCH.* — *C. Memmius Gemellus,* idem forsan, ad quem est ep. 197. — *Patr. legibus,* nach den Statuten von Patrae. — *ut..tueare,* dass Du ihn bei seinem dadurch erhaltenen Erbschaftsrechte im Falle eines Processes schützen und schirmen wollest.

3. *Caput,* der Hauptpunct. — *ceteris,* bei seiner Empfehlung an Andere; vornehmlich an seine Nachfolger in der Statthalterschaft über Achaia. — *idem..iudicii et voluntatis,* genau dieselbe Ansicht und Geneigtheit. S. Ramsh. §. 104, 2. Grotef. §. 231. 280. — *cumulate,* in Fülle, reichlich. — *scripsisse de se* Lamb. ut Ep. seq. *OR.* — *negligenter,* nicht nachdrücklich genug. — *Quanti.. me faceres,* wie viel ich bei Dir bisher galt. S. Ramsh. §. 109, a. Grotef. §. 238, 2.

1. *utor familiariter.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 1. 2. Bened. *valde familiariter* Crat. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *sum*

quam sum expertus in valetudine meorum; in qua mihi quum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfecit. Hunc igitur tibi commendo et a te peto, ut des operam, ut intelligat diligenter me scripsisse de sese meamque commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum.

EPISTOLA CCCCLXXXIX. (ad Div. XIII. 21.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Marci Aemilii rem familiarem et in primis libertum eius Hammonium commendat. 1—2.

CICERO SERVIO S.

M. Aemilius Avianus ab ineunte adolescentia me observavit semperque dilexit, vir quum bonus, tum perhumanus et in omni genere officii diligendus. Quem si arbitrarer esse Sicyone et nisi audirem ibi eum etiamnunc, ubi ego reliqui, Cibyrae commorari, nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere. Perficeret enim ipse profecto suis moribus suaque humanitate, ut sine cuiusquam commendatione diligeretur abs te non mi-
2 nus, quam et a me, et a ceteris suis familiaribus. Sed quum illum abesse putem, commendo tibi in maiorem modum domum eius, quae est Sicyone, remque familiarem, maxime Caium Avianum Hammonium, libertum eius: quem quidem tibi etiam suo nomine commendo. Nam quum propterea mihi est probatus, quod est in patronum suum officio et fide singulari, tum etiam in me

---

expertus, bewährt gefunden habe. — *meorum*, Tironis, quem ex Cilicia decedens aegrum Patris reliquit. *MANUT.* cfr. ep. 292. — *benevol.*, Sorgfalt. — *ut des operam.* del. *ut.* Ern. Sch. Lün. cfr. *Lib.* 13. Ep. 45. *ORELLI.* — *de sese*, Lamb. *de se.* — *usui magno sibi fuisse*, ihm von grossem Nutzen gewesen sei. Grotef. §. 253. Ramsh. §. 120, 1.

1. *M. Aem. Avianus*, vermuthlich ein Römischer Ritter und Negociant, der zu Sicyon im Peloponnes ansässig war. — *me observ.*, hat mir seine Ergebenheit bezeigt. — *diligendus*, in allen Verhältnissen des Lebens sehr achtungswürdiger Mann. *diligens* de Man. coni. Sch. Lün. Praestet, ut vidit Ernestius, *diligentissimus. ORELLI.* Nam Cicero hoc loco ipsas virtutes Aviani enumerat: *diligendum* eum esse vel sine cuiusquam commendatione postea dicit. *SCH.* — *Cybirae*, einer ansehnlichen Handelsstadt in Phrygien. — *reliqui* e provincia Cilicia decedens.

2. *suo nomine*, um seiner selbst willen. S. Ramsh. §. 103, Not. 4. Grotef. §. 235. *propterea... quod.* S. Ramsh. §. 187, II, 2.

ipsum magna officia contulit mihique molestissimis temporibus ita fideliter benevoleque praesto fuit, ut si a me manumissus esset. Itaque peto a te, ut eum [Hammonium] et in patroni eius negotio sic tueare, ut eius procuratorem, quem tibi commendo, et ipsum suo nomine diligas habeasque in numero tuorum. Hominem pudentem et officiosum cognosces et dignum, qui a te diligatur. Vale.

EPISTOLA CCCCXC. (ad Div. XIII. 22.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

T. Manlium suo et Varronis Murenae nomine commendat. 1—2.

CICERO SERVIO S.

T. Manlium, qui negotiatur Thespiis, vehementer diligo. Nam et semper me coluit diligentissimeque observavit et a studiis nostris non abhorret. Accedit eo, quod Varro Murena magno opere eius causa vult omnia: qui tamen existimavit, etsi suis literis, quibus tibi Manlium commendabat, valde confideret, tamen mea commendatione aliquid accessionis fore. Me quidem quum Manlii familiaritas, tum Varronis studium commovit, ut ad te quam accuratissime scriberem. Gratissimum 2
igitur mihi feceris, si huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum: id est, si T.

— *mol. meis temp.* Lamb. Placet. *OR.* „im trübseligsten Zeitpuncte meines Lebens,“ exsilii tempore. S. ep. 512. — *praesto fuit,* zu Dienste war. S. Ramsh. §. 125, — [*Hammonium*] del. de Manut. monitu Sch. Ego [ ] *OR.* — *procurat.,* Geschäftsträger. — *quem tibi commendo* Ern. [ ]. del. Sch. Lünem. Scilicet non viderunt v. *quem* referri ad vocem *eius* i. e. M. Aemilium Avianum, cuius praecipua est in his literis commendatio. *ORELLI.* — *dignum, qui...diligatur.* S. Ramsh. §. 184, 5. N. 2. Grotef. §. 403.

1. *T. Manlium,* negotiatorem Thespiis. Vid. ad Attic. I, 10 (h. ed. 20.) — *Thespiis,* zu Thespiae, einer Stadt in Böotien. — *a stud. n. non abhorret,* auch ist er unseren Lieblingsstudien nicht abhold, kein Fremdling darin. — A. *Terentius Varro Murena,* entweder der Vater oder dessen Sohn, der mit August 731 das Consulat bekleidete. — *eius causa vult omnia,* ihm überaus wohl will, sehr grossen Antheil an ihm nimmt. — *qui tamen,* Lamb. *qui ita existimavit.* Duplex *tamen,* quo nihil frequentius, nondum agnovit. *OR.* — *commendarat* de Ern. susp. Sch. Lün. — *Varronis studium,* die Wärme, womit sich Varro seiner annimmt.

2. *tantum trib.,* so viel gelten lässt, *quantum cui* cet., als iemals eine von irgend Iemanden bei Dir gegolten hat. — *honeste*

Manlium quam maxime, quibuscumque rebus honeste ac pro tua dignitate poteris, iuveris atque ornaveris. Ex ipsiusque praeterea gratissimis et humanissimis moribus confirmo tibi te eum, quem soles fructum a bonorum virorum officiis exspectare, esse capturum.

EPISTOLA CCCCXCI. (ad Div. XIII. 23.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Cossinium Anchialum libertum commendat. 1—2.

CICERO SERVIO S.

L. Cossinio, amico et tribuli tuo, valde familiariter utor. Nam et inter nosmetipsos vetus usus intercedit et Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. Itaque tota Cossinii domus me diligit in primisque libertus eius, L. Cossinius Anchialus, homo et patrono et patroni necessariis, quo in nu-
2 mero ego sum, probatissimus. Hunc tibi ita commendo, ut, si meus libertus esset eodemque apud me loco esset, quo [et] est apud suum patronum, maiore studio commendare non possem. Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis atque eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuveris. Id et mihi vehementer gratum erit et tibi postea iucundum. Hominem enim summa probitate, humanitate observantiaque cognosces.

---

ac pro tua dign., „auf eine erlaubte und mit Deiner Würde vereinbare Weise.“ In der Empfehlung eines Römischen Negocianten war diese gewöhnliche Clausel nicht überflüssig. — *a bon. vir. off.*, von Deiner Dienstfertigkeit gegen edelgesinnte Männer. Ueber *Ex ipsiusque* s. Ramsh. §. 179, B. a, 1.

1. *L. Cossinio.* Vid. ad Attic. I, 20. II, 1. XIII, 46. — *tribuli*, Zunftverwandten, qui ex eadem tribu. — *probat.*, ein höchst bewährter Mann.

2. *eodemque..loco esset*, und bei mir eben so hoch angeschrieben wäre. — [*et*] om. Cdd. aliquot (Bas.) Neap. Crat. Lamb. Bened. Sch. Lün. contra Md. Ego [ ]. *ORELLI.* — *quod* = sofern es, soweit, soviel ohne Deine Beschwerde geschehen kann. S. Ramsh. §. 182, Not. 1. — *postea,* in der Folge. — *observ.*, Dienstergebenheit.

EPISTOLA CCCCXCII. (ad Div. XIII. 24.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Gratias agit Sulpicio, quod Lysonem sibi falso suspectum, quum eum sibi a Cicerone commendari vidisset, deposita suspicionis offensione complexus sit, eumque denuo commendat. 1—3.

CICERO SERVIO S.

Quum antea capiebam ex officio meo voluptatem, quod memineram, quam tibi diligenter Lysonem, hospitem et familiarem meum, commendassem; tum vero, posteaquam ex literis eius cognovi tibi eum falso suspectum fuisse, vehementissime laetatus sum me tam diligentem in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse, quod ad te delatum diceret sese contra dignitatem tuam Romae de te loqui solitum esse. De quo etsi 2
pro tua facilitate et humanitate purgatum se tibi scribit esse: tamen primum, ut debeo, tibi maximas gratias ago, quum tantum literae meae potuerunt, ut, iis lectis, omnem offensionem suspicionis, quam habueras de Lysone, deponeres: deinde credas mihi affirmanti velim me hoc non pro Lysone magis, quam pro omnibus scribere, hominem esse neminem, qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. Lyso vero quum mecum prope quotidie esset unaque viveret, non solum, quia libenter me audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua et facta et dicta laudabat. Quapropter etsi a te ita tractatur, ut iam non 3
desideret commendationem meam unisque se literis meis omnia consecutum putet: tamen a te peto in maiorem modum, ut eum etiam atque etiam tuis officiis, liberali-

---

1. *Lysonem ... commend.* scil. ep. 487. — *tibi eum .. susp. fuisse*, dass er in einem falschen Verdachte bei Dir gestanden habe. — *Ita* weiset auf d. folg. accus. c. infin. hin. — *magn. adium. fuisse*, sei ihm sehr zu Statten gekommen.

2. *De quo*, in Betracht dieses Puncts. — *facilit.*, Gutmüthigkeit; *humanit.*, Leutseligkeit. — *purgatum*, gerechtfertigt. — *maximas* om. Graev. Ern. Lün. contra Md. cet. — *quum* = quod. — *potuer.* apud te, bei Dir vermocht hat. — *iis*. Sic scripsi. *his* Ceteri. *OR*. — *offens. susp... deponeres*, alle Empfindlichkeit über den Verdacht .. . fahren liessest. — *non pro Lys. m., quam pro omn.*, nicht bloss in Ansehung des Lysons, sondern im Allgemeinen. — *non solum*. Davor schiebe man ein: so muss ich Dir sagen, er u. s. w. — *audire* laudes tuas. — *libent.*, mit Vergnügen. Vor *loquebatur* erg. ita.

3. *unisque*. S. Ramsh. §. 157. Anm. 3, c. Grotef. §. 300, 2. — *liberalitateque* Lamb. *et lib.* Asc. pr. Sch. cfr. *Lib.* 13. *Ep.* 11.

tate complectare. Scriberem ad te, qualis vir esset, ut superioribus literis feceram, nisi eum iam per se ipsum tibi satis esse notum arbitrarer.

EPISTOLA CCCCXCIII. (ad Div. XIII. 25).

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Hegesaratum breviter sed accurate commendat.

CICERO SERVIO S.

Hegesaratus Larissaeus, magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor et gratus fuit meque postea diligentissime coluit. Eum tibi magno opere commendo, ut et hospitem meum et familiarem et gratum hominem et virum bonum et principem civitatis suae et tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

EPISTOLA CCCCXCIV. (ad Div. XIII. 26.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Mescinii Rufi Achaïca negotia commendat. 1—4.

CICERO SERVIO S.

L. Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi quaestor fuit. Sed hanc causam, quam ego, ut a maioribus accepi, semper gravem duxi, fecit virtute et humanitate sua iustiorem. Itaque eo sic utor, ut nec familiarius ullo nec lubentius. Is quamquam con-

---

studio, diligentia ac saepius. Ignoramus, utrum his *ἀσυνδέτοις* ipse Cicero usus sit in Epp., an vitium tantummodo sit Md. *ORELLI.* „mit Deiner Dienstfertigkeit und Güte umfassest.

1. *Hegesaratus*, *Ἡγησαρατός*. Cum Ursino Sch. Lün. *Hagesaretus* Md. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. *Hegesaretus* Ern. *OR.* — *Larissaeus* von Larissa in Thessalien, einer zu der Statthalterschaft des Ser. Sulpicius gehörigen Provinz. — *benef.*, Begünstigungen, — *princip. civit.*, den Ersten in seiner Stadt.

1. *ea .. necess. coni. est*, gehört mir schon desswegen näher an, weil. — *quaestor fuit* in Cilicia. S. ep. 302. 438. — *hanc causam* necessitudinis (diesen Anspruch auf meine Freundschaft), qua mecum coniunctus est; nimirum quod quaestor mihi fuit. Der Statthalter und Quaestor standen more maiorum in dem Verhältnisse eines Vaters zum Sohne mit einander. — *fecit...iustiorem*, hat er noch mehr begründet, sich dazu berechtigt. — *nec luben-*

fidere videbatur te sua causa, quae honeste posses, libenter esse facturum, magnum esse tamen speravit apud te meas quoque literas *pondus habituras.* Id quum ipse ita iudicabat, tum pro familiari consuetudine saepe ex me audierat, quam suavis esset inter nos et quanta coniunctio. Peto igitur a te, tanto scilicet studio, quanto 2
intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario et tam familiari, ut eius negotia, quae sunt in Achaia, ex eo, quod heres est M Mindio, fratri suo, qui Eli negotiatus est, explices et expedias quum iure et potestate, quam habes, tum etiam auctoritate et consilio tuo. Sic enim praescripsimus iis, quibus ea negotia mandavimus, ut omnibus in rebus, quae in aliquam controversiam vocarentur, te arbitro, et, quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur. Id ut honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atque etiam rogo. Illud praeterea, si non alienum tua dignitate 3
putabis esse, feceris mihi pergratum, si qui difficiliores erunt, ut rem sine controversia confici nolint, si eos, quoniam cum senatore res est, Romam reieceris. Quod quo minore dubitatione facere posses, literas ad te a M. Lepido consule, non quae te aliquid iuberent, — neque enim id tuae dignitatis esse arbitrabamur — sed quodam modo quasi commendaticias sumpsimus. Scribe- 4

---

tius utar. — *honeste,* mit Ehre. — *pondus habituras* ex antiquo suppl. addunt Neap. Asc. 1. Lamb. Ern. Bened. Sch. Lün. Exciderunt e Md. Non habent Bas. Vict. 1. 2. Graev. Lall. *OR.*

2. *negotia,* Händel, die ihm die Beerbung seines zu Elis als Handelsmann verstorbenen Bruders zugezogen hat. — *Eli,* Lamb. *Elide,* der Hauptstadt iener Landschaft gleiches Namens im Peloponnes. — *M. Mindius.* S. ep. 302. — *expl. et exped.,* entwirren und zu Ende bringen mögest. — *iure et pot.,* vermöge Deiner richterlichen und vollziehenden Gewalt. Eine Hendiadys. — *iis,* Md. Vict. 2. *his.* — *quae...vocarentur,* die zur Klage, vor's Gericht kämen. — *quod* = insoweit es ohne Deine Beschwerde möglich wäre. — *discept.,* Untersucher und Entscheider, rei, quae in controversiam vocatur, moderatore. — *honoris mei causa,* mir zu Ehren.

3. *alienum t. dign.,* mit Deiner Würde unverträglich. — *si qui* = εἴ τινες statt qui forte, die etwa Schwierigkeit machten. — *sine contr.,* ohne Process. — *confici,* beilegen. — *quoniam.* S. ep. 486, 2. „da sie mit einem Römischen Senator zu thun haben." — *Romam reiec.,* nach Rom an den Prätor verweisen möchtest. — *minor. dubit.,* unbedenklicher. — *a M. Lepido,* qui hoc anno cum Caesare III. cons. consulatum gerebat. — *non quae* = non ut eae. — *tuae dignitatis esse,* mit Deiner Würde vereinbar zu sein. — *quod. mod. quasi comm.,* sondern wie eine Art von Empfehlungsschreiben. — *sumere,* sich geben lassen.

rem, quam id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi et te scire confiderem et mihi peterem. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quam ipsum de sua. Sed quum illum studeo quam facillime ad suum pervenire, tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur.

EPISTOLA CCCCXCV. (ad Div. XIII. 27.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Gratias agit, quod Avianum commendatione sua liberaliter tractasset: eumque commendat iterum. 1—4.

CICERO SERVIO S.

Licet eodem exemplo saepius tibi huius generis literas mittam, quum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter observes: — quod feci in aliis et faciam, ut video, saepius — sed tamen non parcam operae et, ut vos soletis in formulis, sic ego in epistolis DE
2 EADEM RE ALIO MODO. C. Avianus igitur Hammonius incredibiles mihi gratias per literas egit et suo et Aemilii Aviani, patroni sui, nomine: nec honorificentius potuisse tractari nec se praesentem nec rem familiarem absentis patroni sui. Id mihi quum iucundum est eorum causa, quos tibi ego summa necessitudine et summa coniunctione adductus commendaveram, quod M. Ae-

---

4. *benef. bene ap. aliq. ponere*, eine Begünstigung bei Iemandem wohl anlegen; einem Capitale gleich, das Zinsen trägt. — *et mihi peterem*, und ich für mich selbst bäte. — *ad suum perven.*, zu dem Seinigen gelangen; wie ep. 484, 2. ad nummos perv.

1. *eodem exemplo*, desselbigen Inhalts. — *quum* statt in quibus literis. — *quod .. observes*, dass Du auf meine Empfehlungen so sorgfältig Rücksicht nimmst. — *in aliis*, bei anderen Gelegenheiten. — *sed tam. non parc.* cet., so will ich mir doch die Sache nicht gar zu leicht machen. — *et* = sed, sondern ich will, wie Ihr Rechtsgelehrten es mit euern Formeln zu halten pflegt, auch in meinen Briefen einerlei Sache auf andere Weise zu wenden mich befleissigen. — *ut vos .. in formulis*, ut vos iuris consulti soletis eandem rem aliis atque aliis verbis et formulis exprimere. *SCH.* Vgl. de Orat. I, 55, 236: Ita est tibi iurisconsultus ipse per sese nihil nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, *cautor formularum*, auceps syllabarum cet.

2. *C. Avianus .. Hamm.* S. ep. 489, 2. — *nec liberal. .. potuisse tractari* hängt von scribit ab, was in *gratias egit* versteckt liegt. — *absentis.* Nach ep. 489, 1 war dieser zu Cibyra in Phrygien.

milius unus est ex meis familiarissimis atque intimis maxime necessarius, homo et magnis meis beneficiis devinctus et prope omnium, qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus: tum multo iucundius te esse in me tali voluntate, ut plus prosis amicis meis, quam ego praesens fortasse prodessem: credo, quod magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quam tu, quid mea. Sed hoc 3
non dubito, quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoque gratos esse homines putes: quod ita esse tibi promitto atque confirmo. Quare velim, quidquid habent negotii, des operam, quod commodo tuo fiat, ut, te obtinente Achaiam, conficiant. Ego cum tuo Servio iu- 4
cundissimo coniunctissime vivo magnamque quum ex ingenio eius singularique studio, tum ex virtute et probitate voluptatem capio.

EPISTOLA CCCCXCVI. (ad Div. XIII. 28.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Agit gratias, quod Mescinio commendatio sua profecerit, rogatque, ut pergat ei bene facere. 1—3.

CICERO SERVIO S.

Etsi libenter petere a te soleo, si quid opus est meorum cuipiam, tamen multo libentius gratias tibi ago, quum fecisti aliquid commendatione mea; quod semper facis. Incredibile est enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter a me tibi commendati: quae mihi omnia grata, sed de L. Mescinio gratissimum. Sic enim est mecum locutus, te, ut meas literas legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia: multo vero plura et maiora fecisse. Id igitur — puto enim etiam

— *devinctus*, an mich gefesselt. — *quid mea* scil. causa faceres, als Du darüber, Was Du mir zu Gefallen thun könntest.

3. *quod commodo tuo fiat*, sofern es mit Deiner Bequemlichkeit, ohne Deinen Nachtheil, geschehen kann. — *te obtinente Achaiam*, während Deiner Statthalterschaft über Achaia, dum tu praees Achaiae. — *conficiant*, quidquid habent negotii, dass sie alle ihre bisher etwa noch unausgemachten Händel abmachen können.

4. *cum tuo* filio. Vgl. ep. 461, 4.

1. *commend. mea* = propter commendationem meam, auf meine Empfehlung. — *quae mihi omnia grata* i. e. pro his omnibus et ago et habeo tibi gratias. — *de L. Mescinio*, Was Du für L. Mescinius gethan hast. S. ep. 494, 1. — *Sic* kündigt den folg. Accusat. c. Inf. an. — *meas literas* i. e. epistolam 494. — *procurat. suis*, seine Bevollmächtigten. — *etiam atque etiam*, einmal und noch einmal d. i. ich kann es nicht oft genug sagen.

atque etiam mihi dicendum esse — velim existimes mihi
2 te fecisse gratissimum. Quod quidem hoc vehementius
laetor, quod ex ipso Mescinio te video magnam capturum
voluptatem. Est enim in eo quum virtus et probitas et
summum officium summaque observantia, tum studia illa
nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus.
Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia
omnibus rebus, quae te erunt dignae. Sed duo, quae te
nominatim rogo: primum, ut, si quid satisdandum erit,
AMPLIUS EO NOMINE NON PETI, cures, ut satisde-
tur fide mea. Deinde, quum fere consistat hereditas in
iis rebus, quas avertit Oppia, quae uxor Mindii fuit: ad-
iuves ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam
perducatur. Quod si putarit illa fore, ut opinio nostra
est, negotium conficiemus. Hoc ut assequamur, te vehe-
3 menter etiam atque etiam rogo. Illud, quod supra scripsi,
id * * in meque recipio, te ea, quae fecisti Mescinii causa
quaeque feceris, ita bene collocaturum, ut ipse iudices
homini te gratissimo, iucundissimo benigne fecisse. Volo
enim ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere.

---

2. *Quod . . . laetor*, darüber freue ich mich. S. Ramsh. §. 144, 3, Not. 3. Grotef. §. 215. 264, 3, Anm. — *virtus*, Tüchtigkeit; *observ.*, aufmerksame Dienstbeflissenheit. — *studia illa*, eloquentiae et philosophiae. — *antea*, salva republica, rebus secundis; im Gegens. von *nunc* i. e. rebus prostratis. — *Quod reliquum est*, übrigens. — *omnib. reb.*, bei allen Gelegenheiten. — *Sed duo* scil. sunt, *quae*. Sic Md. Marg. Crat. Vict. 1. 2. *duo quidem te* Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *duo* om. *quae* Lamb. *OR.* — *si quid* (*tibi* Crat.) *satisd. erit*, wofern Bürgschaft sollte zu leisten sein, nämlich *AMPL. . . . NON PETI* i. e. quod nec Mescinius, ubi iam res transacta erit, neque quisquam ipsius nomine quicquam amplius de ea hereditate sit petiturus d. i. dass der Schuldner des Erblassers (S. ep. 494.), nachdem er an Mescinius gezahlt hat, von Niemandem der Schuldverschreibung halber könne angefochten werden. — *fide mea* interposita, dass diese Bürgschaft in meinem Namen geleistet werde. — *in iis*, i. e. talibus. Md. Vict. 2. *his.* — *avertit*, auf die Seite geschafft hat, intercepit. *Mindius* fuit Mescinii frater. — *ineasque rationem*, und leite die Sache so ein. — *putarit illa*, Oppia. — *fore, ut op. nostra est* i. e. ut Romam perducatur. — *negotium conf.*, i. e. si Oppia putarit sibi timendum esse, ne tuo iussu Romam perducatur, facile adducetur, ut illa, quae avertit ex hereditate Mindii, restituat. *SCH.*

3. *id * * in meque recipio.* Sic mance Md. Vict. Erat: *id promitto in meque recipio* ut *Lib.* 13. *Ep.* 10. et *Ep.* 17. *id tibi confirmo in meque recipio* ex antiquo suppl. aliq. Cdd. Marg. Crat. Lamb. Graev. Lall. Lün. *id in me recipio* Neap. Asc. 1. Crat. Ern. Bened. Sch. *OR.* — *collocat. esse*, anlegen werdest. — *et iucund.* Lamb. — *volo hoc...etiam accedere* i. e. volo enim, ut intelligas

EPISTOLA CCCCXCVII. (ad Div. XIII. 28. pars extrema.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Lacedaemonios Sulpicio commendat. 4—5.

CICERO SERVIO S.

Nec Lacedaemonios dubitare arbitror, quin ipsi 4
sua maiorumque suorum auctoritate satis commendati sint fidei et iustitiae tuae: et ego, qui te optime novissem, non dubitavi, quin tibi notissima et iura et merita populorum essent. Itaque quum a me peteret Philippus Lacedaemonius, ut tibi civitatem commendarem, etsi memineram me ei civitati omnia debere, tamen respondi commendatione Lacedaemonios apud te non egere. Ita- 5
que sic velim existimes, me omnes Achaiae civitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felices, quod iis tu praesis: eundemque me ita iudicare, te, quod unus optime nosses non nostra solum, sed etiam Graeciae monumenta omnia, tua sponte amicum Lacedaemoniis et esse et fore. Quare tantum a te peto, ut, quum ea facies Lacedaemoniorum causa, quae tua fides, amplitudo, iustitia postulat: ut iis, si tibi videbitur, significes, te non moleste ferre, quod intelligas ea, quae facias, mihi

---

te iis, quae Mescinio commodasti, non mihi solum gratissimum fecisse, sed ex ipso Mescinio etiam hanc voluptatem capturum esse, ut sentias homini te gratissimo et iucundissimo benigne fecisse. *SCH.*

SERVIO SUO. Novae epistolae hinc initium fecerunt Man. Vict. 2. Sch. Lünem. *OR.*

4. *auctor.*, Ruhm, Ansehen. — *fidei*, patrocinio, Schutze. — *qui* = quum ego *te opt. novissem*, da ich Dich am Besten kenne. — *civitatem*, seine Vaterstadt. — *omnia debere*, dass ich dieser Stadt zu allen Diensten verpflichtet sei. *debere* scil. officia; nempe propter eius antiquitatem et claritatem, quae apud eruditos homines solet valere. Hinc infra commemorat monumenta Graeciae. *ERNESTI.* Fortasse tamen etiam Lacedaemonii alio nomine de ipso Cicerone bene meriti erant aut certe se in eius clientelam dederant. *SCH.*

5. *pro...perturbatione*, im Verhältniss zu, im Vergleich mit diesen trübseligen Zeiten. — *iis tu.* Sic scripsi. *his tu* Md. Crat. Vict. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *tu his* Asc. 1. Lamb. *tu iis* Neap. *OR.* — *eundemque me*, und dass ich gleichfalls. S. Ramsh. §. 158, 2, g. h. Grotef. §. 290. — *monum. omn.* i. e. historias, res gestas, exempla, ornamenta, Denkwürdigkeiten. — *amplitudo*, Deine Ehre und Vielvermögenheit. — *ut* wiederholt. *iis.* Sic scripsi; *ut his* Cett. praeter Crat. et Lamb., qui: *his* om. *ut. OR.*

quoque grata esse. Pertinet enim ad officium meum eos existimare curae mihi suas res esse. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA CCCCXCVIII. (ad Div. XIII. 30.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

L. Manlium in fraterna hereditate commendat. 1–2.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

L. Manlius est Sosis. Is fuit Catinensis: sed est una cum reliquis Neapolitanis civis Romanus factus decurioque Neapoli. Erat enim adscriptus in id municipium ante civitatem sociis et Latinis datam. Eius frater Catinae nuper mortuus est. Nullam omnino arbitramur de ea hereditate controversiam eum habiturum; et est hodie in bonis: sed, quoniam habet praeterea negotia vetera in Sicilia sua, et hanc hereditatem fraternam *et* omnia eius tibi commendo in primisque ipsum virum

---

— *Pertinet enim* cet. Denn es gehört, da ich ihr Patronus bin, zu meiner Verpflichtung, sie in der Ueberzeugung zu erhalten, dass mir ihre Angelegenheiten wirklich am Herzen liegen.

ACILIO PROCOS. Dieser Acilius hatte vom Cäsar die Statthalterschaft über Sicilien auf das Iahr 708 als Nachfolger des Allienus erhalten und ward mit dem Titel eines Proconsuls beehrt, da sonst die Statthalter daselbst Propraetores genannt wurden. Alle zehn Briefe des Cicero an ihn (ep. 498 bis 507) sind Empfehlungen seiner Clienten, die in Sicilien lebten oder doch Geldgeschäfte dort hatten. Man sieht es ihrer gleichmässigen Form an, dass sie zu derselbigen Zeit geschrieben sind. Vgl. ep. 500, §. 1 am Ende.

1. *L. Manlius .. Sosis.* Zwei Römische u. ein Griech. Namen. Denn die Fremden, welche das Römische Bürgerrecht erhielten, führten mit Beibehaltung ihres bisherigen Namens alsdann auch die Namen und Vornamen Derer, durch deren Verwendung sie Bürger geworden waren. Zum Belege davon citirt Manutius ep. 504: *cum Demetrio* cet. und in Verr. IV, 17: *Tu maximam et pulcherrimam mensam* cet. — *Catinensis*, aus Catina, einer reichen Stadt auf Sicilien, gebürtig. S. Verr. IV, 23. — *decurio*, Rathsmann. — *adscriptus in id municipium*, Bürger zu Neapel geworden. — *ante civ. soc. et Latinis dat.* lege Iulia, bevor das Römische Bürgerrecht allen Bundesverwandten in Latium und ganz Italien durch die lex Iulia ertheilt war. S. Orat. pro Balbo c. 8. Als diess geschah, hatte auch er mit den übrigen Neapolitanern das Römische Bürgerrecht dadurch erhalten. — *controv. habit.*, dass er in einen Rechtshandel könne verwickelt werden. — *et est ... in bonis*, auch ist er bereits im Besitze der Güter. — *quoniam.* S. ep. 494, 3. — *sua*, insofern er von da gebürtig war;

optimum mihique familiarissimum, iis studiis literarum doctrinaeque praeditum, quibus ego maxime delector. Peto igitur abs te, ut eum, sive aderit sive non venerit 2
in Siciliam, in meis intimis maximeque necessariis scias esse; itaque tractes, ut intelligat meam sibi commendationem magno adiumento fuisse.

EPISTOLA CCCCXCIX. (ad Div. XIII. 31.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Flavium, Pisonis generi sui pernecessarium, commendat. 1—2.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

C. Flavio, honesto et ornato equite Romano, utor valde familiariter. Fuit enim generi mei, C. Pisonis, pernecessarius meque diligentissime observant et ipse et L. Flavius, frater eius. Quapropter velim honoris mei causa, quibus rebus honeste et pro tua dignitate poteris, quam honorificentissime et quam liberalissime C. Flavium tractes. Id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit. Sed praeterea tibi affirmo — neque id ambitione 2
adductus facio, sed quum familiaritate et necessitudine, tum etiam veritate — te ex C. Flavii officio et observantia et praeterea splendore atque inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum. Vale.

EPISTOLA D. (ad Div. XIII. 32.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Hospites suos Archagathum et Philonem commendat. 1—2.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

In Halesina civitate tam lauta tamque nobili con-

Sch. vermuthet *tua* = cui praefectus es. — *et omnia eius*, negotia. *et* ex suplem. om. *et* Md. Crat. Vict. *OR.* — *iis.* Sic scripsi. *his* Cett. *OR.*

2. *aderit* = non aberit, d. i. venerit, dem Verbo *non venerit* entgegengesetzt.

1—2. *uti aliquo valde famil.*, mit Einem auf einem sehr freundschaftlichen Fusse stehen. Quum dicit *ornato*, ipsum laudat, quum *honesto*, genus. *MANUT.* — *C. Pisonis*, des ersten Gemahls seiner Tullia, der zu früh für das Glück ihres Lebens starb. — *observant.* Sic Md. Vict. 2. *observat.* Bos. Cett. *OR.* — *ambit. add.*, aus Interesse, Parteilichkeit; oder vielmehr aus Eitelkeit. S. den folg. Brief §. 1 am Ende. Ueber das particip. c. ablat. s. Ramsh. §. 142. 203, III, 5. Grotef. §. 265, Anm. — *veritate*, aus Wahrhaftigkeit. — *officio*, Dienstfertigkeit.

iunctissimos habeo et hospitio et familiaritate M. et C. Clodios Archagathum et Philonem. Sed vereor, ne, quia complures tibi praecipue commendo, exaequare videar ambitione quadam commendationes meas. Quamquam a te quidem cumulate satisfit et mihi et meis omnibus.
2 Sed velim sic existimes, hanc familiam et hos mihi maxime esse coniunctos vetustate, officiis, benevolentia. Quamobrem peto a te in maiorem modum, ut iis omnibus in rebus, quantum tua fides dignitasque patietur, commodes. Id si feceris, erit mihi vehementissime gratum.

EPISTOLA DI. (ad Div. XIII. 33.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Nasonis libertos et negotia commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Cn. Otacilio Nasone utor familiarissime, ita prorsus, ut illius ordinis nullo familiarius. Nam et humanitate eius et probitate in consuetudine quotidiana magno opere

---

1. *In Halesina civitate.* Halesa oder Aläsa (Ἄλεσα, Ἄλαισα), eine Stadt in Sicilien, von Karthagern gestiftet, vom Fürsten Archonides in der Sicilischen Stadt Herbita nachher Archonidion genannt. Seine Ruinen nordöstlich vom Flecken Tusa. — *tamque nobili*, Lamb. *quam nobili.* — *Archagathus* u. *Philo*, Griechen, führten die Römischen Vornamen u. Namen *M.* u. *C. Clodii* aus demselbigen Grunde, wie Sosis ep. 498. — *ne ... exaeq. vid. amb. q. commend. m.*, „ich möchte bei Dir in Verdacht kommen, als ob ich aus einer gewissen Eitelkeit meine Empfehlungen gegen alle Wahrhaftigkeit sich so gleichlautend ausstellte.“ Denn es mochte kaum möglich scheinen, dass Cicero so viele Vertraute besass, die er alle so ganz vorzüglich und gleich kräftig (*praecipue, aeque*) auf einmal empfehlen konnte. Er musste desshalb den Verdacht einer gewissen Eitelkeit befürchten: einmal, als ob er sich mit dieser Menge von Empfohlenen nur brüsten wollte; dann, als ob er sich anmasste, seine Empfehlungen müssten bloss, weil sie von ihm kämen, von besonderer Wirkung sein. *Quamquam..omnibus*, „gleichwohl (fügt er zurücknehmend hinzu) befriedigst Du wenigstens in voller Masse sowohl mich als alle von mir Empfohlene;“ so dass ich noch keine Spur des von mir befürchteten Verdachts bei Dir zu entdecken vermag.

2. *Sed* = Wie dem auch sei. — *familiam* Clodiorum supra memoratam. — *vetustate*, also wenigstens schon von der Zeit her, wo Cicero als Quaestor in Sicilien gelebt hatte. S. ep. 506. — *ut iis.. commodes*, dass Du Dich ihnen gefällig beweisen mögest. Sic scripsi. *his* Cett. *OR.* — *dignitas fidesque* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. cfr. *Ep.* 38. *Ep.* 53. *Ep.* 59. *Ep.* 61. Cett. *OR.*

1. *familiarius* utar. *Cn. Otacilius Naso* fuit eques Romanus,

delector. Nihil iam opus est exspectare te, quibus eum verbis tibi commendem, quo sic utar, ut scripsi. Habet is in provincia tua negotia, quae procurant liberti, Hilarus, Antigonus, Demostratus: quos tibi negotiaque omnia Nasonis non secus commendo, ac si mea essent. Gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

EPISTOLA DII. (ad Div. XIII. 34.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Lysonem filium Lilybaetanum commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Avitum mihi hospitium est cum Lysone, Lysonis filio, Lilybaetano, valdeque ab eo observor cognovique dignum et patre et avo: est enim nobilissima familia. Quapropter commendo tibi maiorem in modum rem domumque eius: magnoque opere abs te peto, cures, ut is intelligat meam commendationem maximo sibi apud te et adiumento et ornamento fuisse.

EPISTOLA DIII. (ad Div. XIII. 35.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Philoxenum, hospitem et familiarem suum, commendat. 1—2.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

C. Avianus Philoxenus antiquus est hospes meus et praeter hospitium valde etiam familiaris: quem Caesar meo beneficio in Novocomenses retulit. Nomen autem

---

genere clarus. — *exspect. te,* Du dürftest also wohl nicht erwarten, dass ich noch viele Worte zur Empfehlung eines Mannes hinzufüge, für den sich, wie gesagt, mein freundschaftlicher Umgang mit ihm verbürgt. — *quo* = quum eo . . . *utar*; sed *utor* Neap. Asc. 1. Crat. — *negotiaque* st. cum negotiis omnibus, wie umgekehrt *cum* für *et* gebraucht wird. S. Ramsh. §. 95, 3, c.

1. *Lilybaetano,* aus Lilybäum, einer Stadt am gleichnamigen Vorgebirge in Sicilien. Dieser *Lyso,* homo dives Lilybaetanus. — *domum* i. e. domesticos *eius.*

1. *meo beneficio* i. e. me rogante. — *in Novocomenses* i. e. in eos *retulit* (aufgenommen hat), quos Novumcomum deductos in primo consulatu civitate donavit. Ii fuere quinque millia, et Graeci maxime illustres quingenti. Philoxenus autem Graecus, quia Siculus. Vid. Sueton. et Strab. Postea vero dictator idem

Aviani secutus est, quod homine nullo plus est usus, quam Flacco Aviano, meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo. Quae ego omnia collegi, ut intelligeres
2 non vulgarem esse commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes habeasque in numero tuorum perficiasque, ut intelligat has literas meas magno sibi usui fuisse. Erit id mihi maiorem in modum gratum.

EPISTOLA DIV. (ad Div. XIII. 36.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Demetrium Megam in iure civitatis ceterisque rebus commendat. 1—2.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo civitatem a Caesare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Quumque propter quosdam sordidos homines, qui Caesaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum incisa essent, revelli iussisset, eidem Dolabellae, me audiente, Caesar dixit nihil esse, quod de
2 Mega vereretur; beneficium suum in eo manere. Hoc te scire volui, ut eum in civium Romanorum numero

---

Caesar Transpadanos omnes, ut ait Dio, civitate donavit. *MANUT.* Novocomum, ietzt Como, war eine in Cäsars besonderer Clientel stehende Coloniestadt im Gallia Cisalpina. — *secutus est,* hat er angenommen. — *est usus* sagt er, weil Avianus Flaccus gestorben war. Nach Römischer Sitte hätte iener Grieche den Namen M. Tullius annehmen müssen, weil er durch Cicero's Verwendung das Römische Bürgerrecht erhalten hatte. Cn. Avianus Flaccus, familiaris Ciceronis, negotiator, Titio rei frumentariae praeposito commendatur ad Famil. XIII, 79 (h. ed. 436.); eius filii C. et M. post mortem patris Allieno commendantur. *ERNESTI.*

2. *quod* = insoferne. — *habeasque* eum.

1 — 2. *Dolabella,* Cicero's vormaliger Schwiegersohn. — *P. Cornelius* assumpto praenomine et nomine Dolabellae, cuius *beneficio* i. e. commendatione civitatem impetraverat. *MANUT.* — *revelli iussisset.* Tabulam aeneam in publico fixam revelli iussit Caesar, quoniam intellexerat in ea incisa esse nomina multorum, quibus sordidi quidam homines et lucro inhiantes beneficium istud civitatis a Caesare impetratum vendidissent. *SCH.* — *de* = in Hinsicht. — *vereretur* Dolabella, er sollte unbekümmert sein. — *in eo manere* i. e. quamvis tabula ista iussu suo esset revulsa, non

haberes: ceterisque in rebus tibi eum ita commendo, ut maiore studio neminem commendarim. Gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intelligat meam commendationem magno *sibi* ornamento fuisse.

EPISTOLA DV. (ad Div. XIII. 37.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Commendat Hippiam in liberatione bonorum.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Hippiam, Philoxeni filium, Calactinum, hospitem et necessarium meum, tibi commendo in maiorem modum. Eius bona, quemadmodum ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine contra leges Calactinorum. Id si ita est, etiam sine mea commendatione ab aequitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei subvenias. Quoquo modo autem se res habet, peto a te, ut honoris mei causa eum expedias tantumque ei commodes et in hac re et in ceteris, quantum tua fides dignitasque patietur. Id mihi vehementer gratum erit.

EPISTOLA DVI. (ad Div. XIII. 38.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Bruttii rem familiarem in Sicilia procuratoresque commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

L. Bruttius, eques Romanus, adolescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis *est* meque observat

---

tamen Demetrio ideo civitatem eripi, sed, ut ei collata erat, manere. *SCH.* — *magno sibi.* om. *sibi* Md. Cdd. plerique, Vict. 1. Bened. *OR.*

1. *Calactinum*, von Calacta, Calacte, καλὴ Ἀκτή (das schöne Vorland), einer Stadt am Gestade von Sicilien, wo noch ihre Rudera nördlich vom ietzigen Cäronia zu sehen sind. — *Eius bona ...contra leges Calact.*, seine Güter sind gegen die Statuten der Calactiner im Namen eines Dritten von Stadtwegen vorläufig in Besitz genommen. *publice* possidentur, quae auctoritate et iussu rei publicae possidentur; *alieno nomine* i. e. ac si alterius absentis vel pupilli essent. Wieland: „von wegen einer den Hippias nichts angehenden Schuldforderung." — *expedias*, ihm durchhelfest.

1. *est.* Ex suppl. Edd. om. *est* Md. *OR.* — *observat*, er er-

diligentissime: cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a quaestura mea Siciliensi. Omnino nunc ipse Bruttius Romae mecum est: sed tamen domum eius et rem familiarem et procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio commendare non possim. Gratissimum mihi feceris, si curaris, ut intelligat Bruttius — id quod ei recepi — hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse.

EPISTOLA DVII. (ad Div. XIII. 39.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Titurnium Rufum commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Cum familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atque officio est tuendus. Est igitur in tua potestate, ut ille in me satis sibi praesidii putet esse. Quapropter eum tibi commendo in maiorem modum: et abs te peto, efficias, ut is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. Erit *id* mihi vehementer gratum.

EPISTOLA DVIII. (ad Div. XIII. 66.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Caecinam in colligendis Asiaticae negotiationis reliquiis commendat. 1—2.

M. CICERO P. SERVILIO S.

A. Caecinam, maxime proprium clientem familiae

---

weiset mir ausserordentliche Aufmerksamkeit, Achtung. — *a quaest. mea Sicil.;* Siculi igitur erant hi Bruttii, pater et filius. *SCH.* Ad Famil. XVI, 21 wird ein anderer Bruttius erwähnt. — *Omnino,* allerdings; als Einräumung. — *recepi,* pollicitus sum.

1. *M. Titurnius Rufus,* Siciliensis. — *omni diligentia atque officio. Diligentia* eo spectat, ut ne quid negligatur, quod eius intersit; *officium,* ut, quodcunque ei tribui possit, tribuatur. *SCH.* — *potestate,* penes te situm, nun steht es dermalen in Deiner Macht. — *ut...putet esse,* ihn zu überzeugen, es bedürfe weiter Nichts als meiner Verwendung bei Dir, um ihm Deinen Schutz zu verschaffen. (Vgl. ep. 497, 5. *Pertinet enim ad officium* cet.) Du wirst mich dadurch sehr ehren. — *Erit id.* Ex suppl. Crat. Lamb. om. *id* Cett. cum Md. *OR.*

P. SERVILIO. S. zu ep. CCCCLXII im Anf.

vestrae, non commendarem tibi, quum scirem, qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse; nisi me et patris eius, quo sum familiarissime usus, memoria et huius fortuna ita moveret, ut hominis omnibus mecum studiis officiisque coniunctissimi movere debebat. A te hoc omni contentione peto, sic, ut maiore cura, maiore animi labore petere non possim: ut ad ea, quae tua sponte sine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum et talem, calamitosum, aliquem afferant cumulum meae literae, quo studiosius eum, quibuscunque rebus possis, iuves. Quod si Romae fuisses, etiam salu- 2
tem A. Caecinae essemus — ut opinio mea fert — per te consecuti. De qua tamen magnam spem habemus, freti clementia collegae tui. Nunc, quoniam tuam iustitiam secutus tutissimum sibi portum provinciam istam duxit esse: etiam atque etiam te rogo atque oro, ut eum et in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuves et ceteris rebus tegas atque tueare. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

EPISTOLA DIX. (ad Div. XIII. 67.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Commendat Andronem Laodicensem. 1 — 2.

M. CICERO P. SERVILIO PROPR. S.

Ex provincia mea Ciliciensi, cui scis τρεῖς διοικήσεις

---

1. *A. Caecinam.* S. zu ep. CCCCLXX im Anf. CCCCLXXVI. CCCCLXXVIII u. CCCCLXXIX. — *ut* scil. fortuna *hominis* cet. — *omni contentione . . . sic,* so inständigst. — *mai. an. labore,* eifriger. — *calamit.,* exsulem, extorrem. — *aliq. afferant cumulum* = incrementum, noch eine Zugabe veranlassen möge.

2. *si Romae fuisses.* Servilius befand sich damals als vom Cäsar bestellter Statthalter in der Provinz Asien. — *salutem,* Begnadigung, reditum in urbem *essemus . . per te consecuti* i. e. a Caesare impetraturi fuissemus. *per te* = te deprecatore. Ramsh. §. 137, 6. Grotef. §. 255 Anm. — *collegae tui* i. e. Caesaris, Servilii ut Ciceronis in auguratu collegae (cfr. ep. 462.); etsi etiam in consulatu Caesaris secundo Servilius eius collega fuerat. *SCH.* — *quoniam.* S. ep. 498, 1. — *tuam iustitiam secutus* = tua iustitia fretus, im Vertrauen auf Deine Gerechtigkeit. — *portum,* metaphorisch statt refugium, Zufluchtsort. — *provinciam istam,* Asiam, quam Servilius h. a. pro praetore regebat. *SCH.* — *in reliquiis negotiationis* Asiaticae, cuius mentionem fecit ep. 476, i. e. in pecuniis, quae ei debebantur, s. nominibus nondum exactis ex negotiatione Asiatica, *colligendis,* bei Einziehung seiner dort noch stehenden Gelder.

Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius usus, quam Androne, Artemonis filio, Laodicensi: eumque habui in ea civitate quum hospitem, tum vehementer ad meae vitae rationem et consuetudinem accommodatum. Quem quidem multo etiam pluris postea, quam decessi, facere coepi, quod multis rebus expertus sum gratum hominem meique memorem. Itaque eum Romae libentissime vidi. Non te enim fugit, qui plurimis in ista provincia benigne fecisti, quam multi grati reperiantur.
2 Haec propterea scripsi, ut et me non sine causa laborare intelligeres et tu ipse eum dignum hospitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis, quanti me facias: id est, si receperis eum in fidem tuam et, quibuscunque rebus honeste ac sine molestia tua poteris, adiuveris. Hoc mihi erit vehementer gratum: idque ut facias, te etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DX. (ad Div. XIII. 69.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

C. Curtium, ut in fidem recipiatur, commendat. 1—2.

CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. PLURIMAM.

C. Curtius Mithres est ille quidem, ut scis, libertus Postumii, familiarissimi mei: sed me colit et observat aeque atque illum ipsum patronum suum. Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunque fui, tamquam domi meae: multaque acciderunt, in quibus et benevolentiam eius erga me experirer et fidem. Itaque si quid aut mihi

---

1. *Ciliciensi*, zu welcher Provinz drei Asiatische Districte, Laodicea, Cibyra und Apamea, geschlagen waren. S. ep. 222. — *eum..habui..hospitem*, und ich hatte an ihm in iener Stadt (Laodicea) sowohl einen Wirth, als besonders auch einen Mann, der sich nach meiner gewohnten Lebensweise ausserordentlich bequemte. *ad m. vit. rat. et consuet.*, eine Hendiadys. Ramsh. §. 203. 1, b. 2. c. 206. C, 4, a. — *decessi* ex provincia. — *quam multi* ironisch st. quam pauci. *quam non multi* Lamb. Idem significat lectio Md. *OR.*

2. *me non sine causa laborare*, dass ich nicht ohne Ursache mich für ihn bemühe. — *et tu.* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *et ut tu.* — *fidem*, Schutz. — *poteris.* Ern. susp. *potueris*; sed cfr. *Lib.* 13. *Ep.* 70 cet. *OR.*

COLLEGAE in auguratu.

1. *est ille.* S. Ramsh. §. 158, 2, f. — *Postumii.* Sic Neap. Asc. 1. Crat. cfr. *Lib.* 6. *Ep.* 12. *Postumi* Cett. cum Md. *ORELLI.* Vermuthlich des C. Curtius Postumus, der beim Cäsar viel

aut meorum cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere consuevi, huius quum opera et fide, tum domo et re uti tamquam mea. Haec ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres me non vulgariter nec ambitiose, sed ut pro homine intimo ac mihi pernecessario scribere. Peto igitur 2
a te, ut in ea controversia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, et in ceteris rebus, quantum fides tua patietur quantumque tuo commodo poteris, tantum et honoris mei causa commodes: etsi, ut eius modestiam cognovi, gravis tibi nulla in re erit. Si et mea commendatione et sua probitate assecutus erit, ut de se bene existimes, omnia se adeptum arbitrabitur. Ut igitur eum recipias in fidem habeasque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo. Ego, quae te velle quaeque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo.

EPISTOLA DXI. (ad Div. XIII. 70.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Ampii Balbi libertum Menandrum commendat.

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. PLUR.

Quia non est obscura tua in me benevolentia, sic fit, ut multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, sed plerumque necessariis in hoc tempore. Nam cum T. Ampio Balbo mihi summa familiaritas necessitudoque est. Eius libertum, T. Ampium Menandrum, hominem frugi et modestum, et pa-

---

galt. S. ad Attic. XII, 49. — *fide*, Credits. — *re*, Vermögens. — *non vulgariter*, nicht aus einem alltäglichen Grunde, non in vulgus id tribuentem (s. ep. 511.), nicht für Iedermann. Ex antiqua emend. Edd. meae, praeter Gebhard., qui cum Md. et Cdd. plerisq.: *vulgare. OR.* — *ambitiose*, aus Eitelkeit, (Vgl. ep. 499, 2.) mit meinem Gewichte bei Dir gross zu thun. — *mihi pernec.*, mir ganz besonders angehörigen Freund.

2. *etsi, ut* = prout, nach dem, so wie. — *gravis*, beschwerlich, lästig fallen wird. — *ut de se.* Sic scripsi. *vi* Md. *uti* Cett. *OR.* — *ad te pertinere*, dass Dir daran gelegen sei.

1. *obscura*, ignota, unbekannt. Vgl. den Anfang des folg. Briefs. — *tribuo..in vulgus*, sine delectu magno, zuweilen thue ich wohl Diesem und Ienem ohne viele Auswahl Etwas dieser Art zu Gefallen; aber in den ietzigen Zeitumständen meistens nur solchen Freunden, denen man Nichts abschlagen darf noch kann. Nonnunquam quidem etiam vulgares homines tibi et aliis commendo, quibuscum nulla necessitudo aut familiaritas mihi intercedit. — *T. Amp. Balb.* S. zu ep. DXIV im Anf.

trono et nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, si, quibuscunque rebus sine tua molestia poteris, ei commodaris. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

EPISTOLA DXII. (ad Div. XIII. 71.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Commendat T. Agusium, veterem amicum.

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S.

Multos tibi commendem necesse est, quoniam omnibus nota nostra necessitudo est tuaque erga me benevolentia. Sed tamen etsi omnium causa, quos commendo, velle debeo, tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. T. Agusius et comes meus fuit illo miserrimo tempore et omnium itinerum navigationum, laborum periculorum meorum socius: neque hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permisissem. Quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis et maxime necessariis. Pergratum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intelligat hanc commendationem sibi magno usu atque adiumento fuisse.

EPISTOLA DXIII. (ad Div. XIII. 72.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Caerelliae negotia et procuratores commendat. 1—2,

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S.

Caerelliae, necessariae meae, rem, nomina, possessio-

---

1. *quoniam.* S. ep. 508, 2. — *etsi omnium causa..velle debeo,* wiewohl ich es mit Allen..gut zu meinen schuldig bin; so hab' ich doch nicht bei Allen gleich viele Ursache. — *T. Agusius* war Cicero's Begleiter im Esilio. — *illo miserrimo tempore,* quum errarem pulsus in exsilium. Sic *molestissimis temporibus* Ep. 489, 2. — *usu.* Sic Md. Vict. 1. Ern. Sch. Lün. ex antiqua script. dativi = *usui* Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Bened. *OR.*

1. *Caerelliae,* wohl die Wittwe eines Römischen Ritters, der in der Provinz Asien Geschäfte gemacht hatte. Sie war eine Philosophinn, welche die Schriften Cicero's gerne las und unter andern die Bücher de Finibb. abschrieb. S. ad Attic. XIII, 21. Seine Freundschaft gegen sie verdächtigt ohne Grund Dio Lib. XLVI, der sich auf das Zeugniss des Calenus, eines Feindes von Cicero, beruft. Quintil. VI, 3. Auson. Idyll. XIII gegen Ende. Cicero war ihr Geld schuldig. S. ad Attic. XII, 51. — *rem,* Ver-

nes Asiaticas commendavi tibi praesens in hortis tuis quam potui diligentissime: tuque mihi pro tua consuetudine proque tuis in me perpetuis maximisque officiis omnia te facturum liberalissime recepisti. Meminisse te id spero: scio enim solere. Sed tamen Caerelliae procuratores scripserunt te propter magnitudinem provinciae multitudinemque negotiorum etiam atque etiam esse commonefaciendum. Peto igitur, ut memineris te omnia, quae 2
tua fides pateretur, mihi cumulate recepisse. Equidem existimo habere te magnam facultatem — sed hoc tui est consilii et iudicii — ex eo senatus consulto, quod in heredes C. Vennonii factum est, Caerelliae commodandi. Id senatus consultum tu interpretabere pro tua sapientia. Scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud te magni fuisse. Quod reliquum est, sic velim existimes, quibuscunque rebus Caerelliae benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturum.

EPISTOLA DXIV. (ad Div. VI. 12.)

Scr. Romae A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Gratulatur de reditu per Caesaris amicos impetrato, ideoque cessare consolationem, re confecta. Esse tamen vel restituto aliquid ferendum, rei publicae calamitatem, in qua nullum solatium supersit nisi quod ex literarum studiis capiatur. 1—5.

CICERO AMPIO S. PLUR.

Gratulor tibi, mi Balbe, vereque gratulor nec sum

---

mögen; *nomina*, debita, Schuldforderungen; *possess.*, Grundstücke, Landeigenthum in der Provinz Asien. — *praesens in hort. tuis*, mündlich, als ich Dir meinen Abschiedsbesuch in Deinem Garten machte. — *officiis*, Dienstfertigkeit. — *solere* meminisse, dass Du dergleichen nicht zu vergessen pflegst. — *etiam atque etiam* = iterum iterumque.

2. *mihi cumul. recep.*, mir vollständig, voller Massen, zugesagt hast. Ueber *memini* mit dem Infinit. perfecti s. Ramsh. §. 164, III, 4. — *sed. . iudicii*, doch diess bleibt Deinem einsichtsvollen Urtheile gänzlich anheim gestellt. Eine Hendiadys. — *habere te magn. fac. . . . commodandi*, i. e. magnam copiam Caerelliae negotia expediendi, dass Du vermöge des gegen die Erben des C. Vennonius erlassenen Senatsbescheides es sehr in Deinen Händen hast, der Cärellia nützlich zu sein. Nam *id senatusc. tu interpret.* cet. Sunt et alia exempla decretorum senatus in causis provincialium interpositorum, sive magistratibus sive partibus petentibus, ut e Verrinis, epistolis ad Atticum et cet. discimus. *ERNESTI.* Ein Fall der Art wird erwähnt ep. CCL. h. edit. §. 12 u ff. Ueber C. Vennonius s. ad Attic. VI, 1. XII, 13. de Legg. I, 2. Vossius de Hist. Lat. Libr. III, p. 226. Er war ein Freund des Cicero. — *eius ordinis*, i. e. senatus.

tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui velim, deinde frangi repente atque ita cadere, ut nulla res te ad aequitatem animi possit postea extollere. Egi tuam causam apertius, quam mea tempora ferebant. Vincebatur enim fortuna ipsa debilitatae gratiae nostrae tui caritate et meo perpetuo erga te amore culto a te diligentissime. Omnia promissa confirmata, certa et rata sunt, quae ad reditum et ad salutem tuam pertinent. Vidi, cognovi, interfui.
2 Etenim omnes Caesaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine et benevolentia sic, ut, quum ab illo discesserint, me habeant proximum. Hoc Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius plane ita faciunt, ut me unice diligant. Quod si mihi per me efficiendum fuisset, non me poeniteret pro ratione temporum ita esse molitum. Sed nihil est a me inservitum temporis causa: veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de te non destiti. Principem tamen habuimus Pansam, tui studiosissimum, mei

---

AMPIO. Titus Ampius Balbus, vormals 697 Proprätor von Cilicien (s. ad Divers. I, 3.), ein eifriger Pompeianer schon als Tribunus plebis 691 (s. Velleius Paterc. II, 40), warb nachher zu Capua für Pompeius, desshalb von den Cäsarianern tuba belli civilis genannt (ad Attic. VIII, 11 od. ep. 334 h. ed. Anlage; und ad Divers. VI, 13. Varro de Vit. pop. Rom. IV.), und suchte auch den Cicero zu bewegen, dass er nicht neutral bleiben (s. ad Divers. VIII, 16 vgl. mit II, 16 od. ep. 372 h. ed.), sondern sich zu der Armee des Pompeius begeben möchte. Dafür musste er nach der Besiegung des Pompeius im Exsile leben. Cicero meldet ihm ietzt seine Begnadigung.

1. *ad aeq. animi*, zum Gleichmuthe, zur Seelenruhe. — *Egi tuam causam*, ich habe mich für Dich verwandt, nämlich beim Cäsar. — *quam mea temp. fereb.*, als meine Lage zu erlauben schien, da ich selbst ein Begnadigter war. — *fortuna ipsa debil. gratiae n.*, das Schicksal meiner geschwächten Beliebtheit beim Cäsar d. i. das Gefühl, dass ich wohl desshalb nicht Viel für Dich ausrichten würde. — *Vidi* cet. Ueber diess Asyndeton s. Ramsh. §. 206, C, 2, N. 2.

2. *habeo implic. cons. et benev.*, hab' ich recht gelegen und erwünscht in meiner Gewalt, durch Umgang und Wohlwollen an mich gefesselt. S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324. — *quum ab illo discess.*, wann sie nicht beim Cäsar sind, d. i. dass ich nach Cäsar den nächsten Platz in ihren Herzen einnehme. — *quod si mihi per me* cet. Sensus est: quod si mihi nunc demum per me efficiendum fuisset, ut a Pansa, Hirtio ceterisque Caesarianis diligerer, non poeniteret me pro ratione temporum ita esse molitum. Sed nihil hic opus fuit temporis causa inservire; veteres enim mihi cum illis necessitudines intercedunt. *SCH.* — *inservit. temp. causa,* ich habe mich nicht der Zeitumstände wegen zu demüthigen brauchen; nam etc. — *Principem,*

cupidum, qui valeret apud illum non minus auctoritate, quam gratia. Cimber autem Tillius mihi plane satisfecit. Valent tamen apud Caesarem non tam ambitiosae rogationes, quam necessariae: quam quia Cimber habebat, plus valuit, quam pro ullo alio valere potuisset. Diploma 3
statim non est datum; quod mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius veniam tibi dari, quam illi appellant tubam belli civilis, multaque ita dicunt, quasi non gaudeant id bellum incidisse. Quare visum est occultius agendum neque ullo modo divulgandum de te iam esse perfectum. Sed id erit perbrevi: nec dubito, quin, legente te has literas, confecta iam res futura sit. Pansa quidem mihi, gravis homo et certus, non solum confirma-

---

den Hauptbeförderer meines Gesuchs für Dich hatte ich am u. s. w. — *qui* = quum is *valeret apud illum*, Caesarem. — *L. Cimber . . . Tillius* de percussoribus Caesaris, quum ante acerrimus partium Caesarianarum propugnator fuisset Vid. Orat. Philipp. II, 11. Seneca de Ira III, 30. ad Famil. XII, 13. classem in Bithynia comparat paullo post mortem Caesaris. Eam provinciam a Caesare adhuc vivo acceperat in eamque, interfecto Caesare, clam abiit. Vid. Oudendorp ad Caes. B. Gallic. III, 42. Periz. Anim. Hist. p. 431. *ERNESTI.* Wahrscheinlich ist er derselbe mit Metillius oder Metellius (etwa M. Tillius?) bei Plutarch und Sueton. — *ambitiosae*, aus Eitelkeit, d. i. Bitten, wodurch man sich bei den Leuten bloss ein Ansehn geben, ihre Gunst erlangen will; *necessariae*, durch Pflicht abgenöthigte. Vgl. ep. 499, 2. 510, 1. *Ambitiosae* rogationes sunt, quum quis aliquid a potentiore petit non aliam ob causam, quam ut se apud eum gratiosum esse ostendat; necessariae autem, quae fiunt pro amicis intima necessitudine coniunctis. *SCH.* — *quam.* Neap. Crat. Vict. 2. Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *quas* contra Md. *quam quia* defendi potest: unam dumtaxat habebat Cimber; alii alias: ut fere Ben. *OR.*

3. *Diploma*, der von Cäsar zu unterschreibende und untersiegelnde Begnadigungsbrief. — *datum*, ausgefertigt — *qui tulissent* int. si diploma statim esset datum et repente rem confectam esse cognossent. — *quam illi appell. tub.* Sic Md. Vict. 1. Ern. *quem* Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. Tamen eadem h. l. fere est ratio, quae illorum *Cat. mai.* §. 35: *alterum* ille *exstitisset lumen civitatis*: ubi e Regio aliisque optimis reponendum erat: *illud.* Differt in talibus nostra consuetudo ab antiqua. Defendunt *quem* Rostius *Spec.* 4. *p.* 4. et Hand ad Wopkens p. 43 multis suam opinionem probaturi. Sed in loco tam controverso Medicei auctoritatem necessario sequi debui. *ORELLI.* — *incidisse* (Lamb. *accidisse*). Nempe Ampio exprobrabant, quod fuisset quasi tuba belli civilis; et, quamquam huius ipsius belli exitu ipsi, utpote Caesariani, multis erant emolumentis aucti, ita tamen loquebantur, quasi non gauderent id bellum incidisse. *SCH.* — *de te iam esse perfectum*, dass Deine Sache schon abgemacht, Deine Begnadigung schon so gut wie ausgefertigt sei. — *legente te*, in dem Augenblicke, wo Du diesen Brief liesest. —

vit, verum etiam recepit perceleriter se ablaturum diploma. Mihi tamen placuit haec ad te perscribi: minus enim te firmum sermo Eppuleiae tuae lacrimaeque Ampiae declarabant, quam significant ipsae tuae literae. Atque illae arbitrabantur, quum a te abessent ipsae, multo in graviore te cura futurum. Quare magno opere putavi angoris et doloris tui levandi causa pro certis ad te ea,
4 quae essent certa, perscribi. Scis me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut consolarer fortem virum atque sapientem, quam ut exploratam spem salutis ostenderem, nisi eam, quam ab ipsa re publica, quum hic ardor restinctus esset, sperari oportere censerem. Recordare tuas literas, quibus et magnum animum mihi semper ostendisti et ad omnes casus ferendos constantem ac paratum: quod ego non mirabar, quum recordarer te et a primis temporibus aetatis in re publica esse versatum, et tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis fortunarumque communium; et in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solum, ut victor beatus, sed etiam, ut, si
5 ita accidisset, victus [ut] sapiens esses. Deinde, quum studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriae prodendis, considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non simillimum praebeas. Sed haec oratio magis esset apta ad illa tempora, quae iam effugisti: nunc vero tantum te para ad haec nobiscum ferenda; quibus ego si quam medicinam invenirem, tibi quoque eandem traderem. Sed est unum perfugium doctrina ac literae, quibus semper usi sumus: quae secundis rebus delectationem modo habere videban-

---

ablaturum, er werde über Kurz den Gnadenbrief vom Cäsar abholen, erhalten. — *Eppuleia* coniux videtur fuisse Ampii; *Ampia* vero eius soror. *SCH.* — *perscribi oportere* e suppl. Crat. Lamb. Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.*

4. *nisi eam, quam.* Sic Md. Neap. Crat. Vict. 1. 2. Bened. *nisi quam* Asc. 1. Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *nisi eius, quam* Lamb. *OR.* — *restinctus* (Crat. Vict. 1. *exstinctus* contra Md.) *esset*, i. e. quum perturbatio rei publicae et confusio omnium rerum ex debellatione Pompeii orta cessasset tranquilliorque certe, etiamsi non optimus, rei publicae status illam tempestatem secutus esset. *SCH.* Auf gleiche Weise tröstete Cicero den Cäcina ep. 470. — *tuas literas*, wie vorher *ipsae tuae literae.* — *salut. fort. comm.* des öffentlichen Heils und Glücks. — *ut victor.* Sic Md. Vict. 2. Lamb. *uti* Ceteri praeter Sch., qui coni.: *ut, si victor, beatus. OR.* — *victor* kurz für si tu cum Pompeianis vicisses. — *si ita accidisset*, ut accidit. — *sapiens esses.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. Prius *ut* del. Lamb. Sch. Lün., posterius, melius, ut puto, Ernestius. Cfr. Madvig 1. p. 36. *OR.*

5. *prodendis.* Ampius war Schriftsteller. Ein Werk von ihm

tur, nunc vero etiam salutem. Sed, ut ad initium revertar, cave dubites, quin omnia de salute ac reditu tuo perfecta sint

---

EPISTOLA DXV. (ad Att. XII. 11.)

Scr. in villa quadam, ineunte autumno A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Seii mortem dolendam, sed humaniter ferendam; quid agat in senatu, sibi quaerendum esse; denique nihil se de Pompeii filia aliaque conditione uxoria sibi oblata cogitare scribit.

CICERO ATTICO S.

Male de Seio. Sed omnia humana tolerabilia ducenda. Ipsi enim quid sumus? aut quam diu haec curaturi sumus? Ea videamus, quae ad nos magis pertinent, nec tamen multo; quid agamus de senatu. Et, ut ne quid praetermittam, Caesonius ad me literas misit, Postumiam Sulpicii domum ad se venisse. De Pompeii Magni filia, tibi rescripsi nihil me hoc tempore cogitare. Alteram

---

citirt Sueton im Caes. c. 77. — *non simillimum.* Crat. *non te similem.* Margo Crat. *non te consimilem.* Vide *Oratoris* §. 235. Ed. nostrae minoris. *ORELLI.* — *delect. hab.* st. delectare; s. Ramsh. §. 203, III, 1. — *nunc vero* rebus adversis.

1. *Male de Seio,* „der Tod des Seius geht mir nahe." Attikus hatte dem Cicero das Ableben dieses gemeinschaftlichen Freundes zu Rom gemeldet. Ueber die Aedilität des Seius s. de Offic. II, 17. — *humana,* was vom Loose der Menschheit unzertrennlich ist. — *nec tamen multo* scil. magis, obschon auch nicht um Vieles mehr, näher; z. B. *quid ag. in senat.* h. e. quod consilium capiamus de dicenda in senatu sententia (nam Romam iturus erat, ut extrema epistolae pars ostendit), hoc vero curandum est. Nam si ad Caesaris voluntatem loquemur, boni vituperabunt; si ex utilitate rei publicae, Caesar offendetur. *MANUT.* „(wir wollen vielmehr daran denken) wie Wir uns im Senate benehmen sollen." — *Caesonius,* ein Freund des Cicero, der 685 mit ihm Aedilis gewesen war. — *literas misit* = scripsit. — *Postumiam* Ser. *Sulpicii,* iuris consultorum peritissimi, uxorem. Vid. ep. 371. — *domum ad se venisse,* offenbar, um sich mit ihm darüber zu besprechen, was für eine Dame dem Cicero zur Gemahlin vorzuschlagen sei. Denn Cicero hatte sich 708 mitten im Sommer von der Terentia geschieden; nahm aber bei seiner Rückkehr von der Villa nach Rom gegen das Ende dieses Jahrs eine gewisse Publilia zur Frau, die er jedoch gleichfalls wieder entliess, weil sie sich über den Tod der Tulliola sollte gefreuet haben. — *Pomp. Magn. filia* a me in matrimonium ducenda. Diese war ihm also unter andern in Vorschlag gebracht. — *hoc tempore,* weil er es dadurch mit Cäsar würde verdorben haben. — *alteram*

vero illam, quam tu scribis, puto nosti. Nihil vidi foedius. Sed adsum. Coram igitur.

Obsignata epistola, accepi tuas. Atticae hilaritatem libenter audio: commotiunculis συμπάσχω.

EPISTOLA DXVI. (ad Div. IV. 14.)

Scr. Romae exeunte autumno A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Plancius bis Ciceroni, et de recuperata per Caesarem dignitate et de nuptiis cum virgine, dimissa Terentia, initis, gratulatus fuerat. Utrisque literis una respondet Cicero: prioribus, non esse pristinam dignitatem, quam receperat: 1—2. alteris, quae causa fuerit novi consilii ineundi. 3. Tandem solatur Plancium Corcyrae exsulantem eique nihil praeter communem calamitatem timendum esse confirmat, cui sua denique officia pollicetur. 4.

M. CICERO S. D. CN. PLANCIO.

Binas a te accepi literas, Corcyra[e] datas: quarum alteris mihi gratulabare, quod audisses me meam pristinam dignitatem obtinere; alteris dicebas te velle, quae egissem, bene et feliciter evenire. Ego autem, si dignitas est bene de re publica sentire et bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, si, quod sentias, aut re efficere possis aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis; agiturque praeclare, si nosmet ipsos regere possumus, ut ea, quae partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus: quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte

---

..*illam,* welche? ist unbekannt. — *Sed adsum* st. brevi, celeriter adero, aber ich bin schon so gut als wieder zu Rom. — *coram* = mündlich davon. — *commot.* febrilibus συμπάσχω, die Fieberschauerchen, von denen sie noch angewandelt wird, fühle ich mit ihr. S. ep. 453, 3 am Ende.

CN. PLANCIO. S. zu Ep. CCCCXXXIII im Anf.

1. *Corcyra* [*e*] *datas.* Hic Plancius, olim Ciceronis quaestor, exsulabat. *SCH. Corcyra* Mart.-Lag. Sch. Placet. *ORELLI.* „von Corcyra her." S. Ramsh. §. 147, 1, Not. 2. — *quae egissem,* „Was ich neuerlich gethan." Er hatte sich nämlich mit seiner iungen, schönen und reichen Pflegebefohlenen, Publilia, verheirathet. — *et .. sentias,* und seine Art zu denken von rechtschaffenen Männern gebilligt zu wissen. — *denique* = zum Wenigsten doch. — *agiturque praeclare,* und man kann sich schon glücklich schätzen. — *moderate,* mit Gelassenheit, Mässigung. — *eiusmodi* = wie der gegenwärtige. — *ex altera parte,* wenn die Söhne des Pompeius

caedem ostentat, ex altera servitutem. Quo in periculo 2
nonnihil me consolatur, quum recordor haec me tum vidisse, quum secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam videbamque, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis. Quibus si ii vicissent, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram; tamen intelligebam, et iratorum hominum, et cupidorum et insolentium quam crudelis esset futura victoria: sin autem victi essent, quantus interitus esset futurus civium partim amplissimorum, partim etiam optimorum; qui me haec praedicentem atque optime consulentem saluti suae malebant nimium timidum, quam satis prudentem existimari. Quod autem mihi de eo, quod 3
egerim, gratularis, te ita velle certo scio: sed ego tam misero tempore nihil novi consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quam rem publicam offendissem. Quibus enim pro meis immortalibus beneficiis carissima mea salus et meae fortunae esse de-

---

und ihr Anhang obsiegen, die ietzt mit Cäsar auf Leben und Tod kämpften. — *caedem ostentat*, ein schreckliches Blutbad uns erwarten lässt. — *ex altera*, wenn Cäsar siegt.

2. *vidisse*, vorhergesehen habe. — *secund. res nostras*, Pompeianorum victoriam, si rem bene gessissent. *SCH.* — *de iure publico*, „Was Rechtens im Staate sein solle.“ Es bezieht sich das darauf, dass Cäsar vorgab: er wolle das ihm vom Staate verliehene Recht nur behaupten, was man ihm verweigere. — *si ii* (Pompeiani). Sic Lamb. *si hi* Md. Vict. 2. *OR.* — *pacis spe*, aus Hoffnung den Frieden bewirken zu können. — *cupidorum*, raubgieriger, i. e. bonis inhiantium, quae Caesariani possidebant. — *malebant*, so L. Domitius, Scipio, der Schwiegervater des Pompeius, Metellus, Consul L. Lentulus u. Andere streitlustige. S. ep. 446. Caes. de B. Civ. I.

3. *quod egerim.* S. §. 1: quae egissem. — *te ita velle*, dass der Glückwunsch Dir von Herzen gehe. — *nihil n. c. cepissem*, ich würde an keine Veränderung, d. i. neue Heirath gedacht haben. — *res domesticus*, Terentia hatte nach Plutarch in Cicero's Abwesenheit das Hauswesen vernachlässigt und viele Schulden gemacht, wesshalb er auf Anrathen seiner Freunde die reiche Mündel Publilia heirathete, um iene bezahlen zu können. — *Quibus enim.* Die Construction ist: Nam *quum propter eorum scelus, quibus* u. s. w. — *fortunae*, = Hauswesen, in Bezug auf seine Gemahlin Terentia; *salus*, bürgerliche Wohlfahrt, in Bezug auf seinen Bruder Quintus und dessen Sohn, die iene durch ihre Anklagen des Marcus bei Cäsar nach dem Pharsalischen Treffen befährdet hatten. Vielleicht aber bezieht diess gleichfalls sich bloss auf Terentia, die auch in politischer Hinsicht ihrem Gemahle sollte geschadet haben: was denn Cicero mehr, als das Erstere, zu einer Scheidung veranlassen konnte, wobei er ihr das Eingebrachte herausgeben und also noch tiefer in Schulden ge-

bebant: quum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil insidiis vacuum viderem, novarum me necessitudinum fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi. Sed de nostris rebus satis,
4 vel etiam nimium multa. De tuis velim ut eo sis animo, quo debes esse, id est, ut ne quid tibi praecipue timendum putes. Si enim status erit aliquis civitatis, quicunque erit, te omnium periculorum video expertem fore: nam alteros tibi iam placatos esse intelligo; alteros numquam iratos fuisse. De mea autem in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscunque rebus opus esse intelligam, quamquam videam, qui sim hoc tempore et quid possim, opera tamen et consilio, studio quidem certe rei, famae, saluti tuae praesto futurum. Tu velim et quid agas et quid acturum te putes, facias me quam diligentissime certiorem.

---

rathen musste. — *debebant* coni. loco. — *necessit.*, Verbindungen. — *vel* om. Graev. Sch. Lün. contra Md. *OR.* — *multa* scripsi.

4. *De tuis*, in Hinsicht Deiner Angelegenheiten, Lage. — *praecipue*, ganz besonders, vor Anderen voraus; im Gegens. von communis calamitas. — *Si enim status erit aliq. civ.* Vgl. ep. 514, 4. u. 470, 9 ff. 479, 2. — *omn. peric. . . expert.*, ausser aller Gefahr. — *alteros . . . alteros*, Caesarianos . . . Pompeianos — *qui sim*, Md. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *quis sim. OR.* „wie wenig ich dermalen bin und vermag." — *operâ*, Verwendung. — *quid act. te put.*, Was Du etwa zu thun gedenkest. Ueb. die Briefe des Iahrs 709 u. 710. 8. *ABEKEN* Seit. 317. ff.

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
A. U. C. DCCIX.
SCRIPTAE.
C. JULIO CAESARE DICTATORE SIMUL COS. IV.
M. AEMILIO LEPIDO MAG. EQUITUM SUFFECTIS IN TRES ULTIMOS MENSES
Q. FABIO MAXIMO C. TREBONIO COSS.

EPISTOLA DXVII. (ad Div. VI. 1.)

Scr. Romae initio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Aulum Torquatum, qui Pompeio victo, cuius partes secutus fuerat, Athenis exsulabat, consolatur, ut absentiam ab urbe aequo animo ferat, quia turbata sint omnia et, qui praesentes sint, multa cernant, quae nolint videre. Addit spem reditus nonnullam hortaturque, ut virtute se sustentet et recti conscientia: etiam ex civitate, in qua exsulet, et Sulpicii consuetudine levamen petat. 1—7.

M. CICERO S. D. A. TORQUATO.

Etsi perturbatio est omnium rerum, ut suae quemque fortunae maxime poeniteat nemoque sit, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore bono viro Romae esse miserrimum sit. Nam, etsi, quocunque in loco quisquis est, idem est ei sensus et eadem acerbitas ex interitu rerum et publicarum et sua-

---

A. TORQUATO. Aulus Manlius Torquatus, einer der geliebtesten Freunde des Cicero (s. ad Attic. V., 11. de Finibb. II, 22. pro Planc. c. 11.), 702 Prätor und Untersucher der Sache des Milo, dann Proprätor in Africa, ging noch früher als iener zum Pompeius nach Griechenland (ad Attic. IX, 8); lebte aber nach dem Pharsalischen Treffen zu Athen im Exsil, wohin Cicero die vier ersten Briefe des sechsten Buchs ad Divers. an ihn schrieb, während Cäsar sich mit den Söhnen des Pompeius in Spanien herumschlug. Denn im 4. Briefe steht: Servium Athenis discessisse moleste tuli. Servius aber ging erst gegen das Ende des Spanischen Krieges aus Achaia ab. S. zu ep. DXXVII, 5.

1. *quam ibi, ubi est.* Ern. Mart. - Lag. Lün. e Cdd. *quam ubi est,* contra Md. *OR.* — *quisquis.* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *quis-*

rum: tamen oculi augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur nec avertere a miseriis cogitationem sinunt. Quare etsi multarum rerum desiderio te angi necesse est, tamen illo dolore, quo maxime te confici audio, quod Romae non sis, animum tuum libera. Etsi enim cum magna molestia tuos tuaque desideras, tamen illa quidem, quae requiris, suum statum tenent nec melius, si tu adesses, tenerent nec sunt ullo in proprio periculo. Nec debes tu, quum de tuis cogitas, aut praecipuam ali-
2 quam fortunam postulare aut communem recusare. De te autem ipso, Torquate, est tuum sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem aut timorem. Nec enim is, qui in te adhuc iniustior, quam tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati. Nec tamen is ipse, a quo salus petitur, habet explicatam aut exploratam rationem salutis suae. Quumque omnium bellorum exitus incerti sint, ab altera victoria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu; ab altera te
3 ipsum nunquam timuisse certe scio. Reliquum est, ut te id ipsum, quod ego quasi consolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum rei publicae: cuius tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne consolatio nulla possit vera reperiri praeter illam, quae

---

que. cfr. *Ep* 4, 3. *OR.* — *oculi augent dolorem.* Vrgl. 468, 1 mit 527: *in omnibus malis* cet. u. 463: *nec audio solum.* — *suum statum tenent*, hält sich noch so ziemlich im Stande; damit steht es noch, wie sonst. — *proprio*, praecipuo, singulari im Gegens. von periculum commune. Vgl. ep. 516, 4.

2. *De te . . ipso,* Was Dich selbst anlangt. — *agitare animo,* mit Deinem Geiste zu walten. Margo Crat. *cogitare.* — *non adhibeas in cons. cog. t.*, dass Du zu Deiner Berathschlagung stilles Nachdenkens ... nicht zulassest. — *Nec .. non* = wirklich. — *is*, Caesar. Vgl. 527: *eius enim, qui tardior* cet. — *salus* tua. — *habet . . . salutis suae,* „Cäsar selbst kann sein eigenes Heil noch nicht als entwirrt oder völlig entschieden ansehen.“ Diess bezieht sich auf den noch ungewissen Ausgang seines Krieges in Spanien, da dieser Brief im Anfange des Iahrs 709 geschrieben ist. — *ab altera victoria,* Caesaris. . . . *ab altera,* Pompeianorum. — *ab omnium interitu* i. e. a totius rei publicae interitu, quum, si Caesar hoc quoque bello Hispaniensi vicerit, omnium dominus futurus sit. Itaque proprium negat periculum Torquato esse; commune omnium rerum et civium concedit. *SCH.*

3. *quamvis* = wenn auch noch so. — *ne consolatio nulla.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Ern. Bened. Mart. - Lag. Sch. Lün. *ulla* Neap. Asc. 1. Crat. Graev. Defendit hanc lectionem Ramshorn. in Iahn Iahrbücher Vol. 1. p. 373., in eo certe errans, quod dicit omnes Cdd. et Lambinum habere *ulla.* Vides unicam auctoritatem Md. et Lambinum stare pro nostra lect. h. l. unice

tanta est, quantum in cuiusque animo roboris est atque
nervorum. Si enim bene sentire recteque facere satis est
ad bene beateque vivendum, vereor, ne eum, qui se op-
timorum consiliorum conscientia sustentare possit, mise-
rum esse nefas sit dicere. Nec enim nos arbitror victoriae
praemiis ductos patriam olim et liberos et fortunas reli-
quisse; sed quoddam nobis officium iustum et pium et
debitum rei publicae nostraeque dignitati videbamur se-
qui: nec, quum id faciebamus, tam eramus amentes, ut
explorata nobis esset victoria. Quare si id evenit, quod 4
ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere
posse, non debemus ita cadere animis, quasi aliquid eve-
nerit, quod fieri posse nunquam putarimus. Simus igitur
ea mente, quam ratio et veritas praescribit, ut nihil in
vita nobis praestandum praeter culpam putemus: eaque
quum careamus, omnia humana placate et moderate fera-
mus. Atque haec eo pertinet oratio, ut, perditis rebus
omnibus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur.
Sed, si est spes aliqua rebus communibus, ea tu, quicun-
que status est futurus, carere non debes. Atque haec 5
mihi scribenti veniebat in mentem me esse eum, cuius tu
desperationem accusare solitus esses quemque auctoritate
tua cunctantem et diffidentem excitare. Quo quidem
tempore non ego causam nostram, sed consilium impro-
babam. Sero enim nos iis armis adversari videbam, quae
multo ante confirmata per nosmetipsos erant; dolebamque
pilis et gladiis, non consiliis neque auctoritatibus nostris
de iure publico disceptari. Neque ego ea, quae facta
sunt, fore quum dicebam, divinabam futura: sed, quod
et fieri posse et exitiosum fore, si evenisset, videbam, id
ne accideret, timebam: praesertim quum, si mihi alterum
utrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset,
id futurum, quod evenit, exploratius possem promittere.

---

vera. *ORELLI.* — *ut explorata* cet., dass wir den Sieg als unfehlbar ausgemacht uns versprachen.

4. *quod ingredientibus . . . accidere posse,* was wir uns beim Eintritt in den Kriegshandel als möglich vorgestellt hatten. — *cadere animis* den Muth sinken lassen. — *veritas,* Lün. *virtus.* — *nihil . . . praeter culpam,* im Leben Nichts ausser eigener Schuld zu verantworten zu haben. — *humona,* was vom Loose der Menschheit unzertrennlich ist. — *perditis reb. omn.* statt ut perdita sint omnia, wenn auch Alles verloren ist. — *rebus comm.,* für das allgemeine Schicksal. — *quic. status est futurus,* wie ep. DXVI, 4.

5. *excitare* solitus esses. — *iis,* Md. Vict. 2. *his armis. OR.* Caesaris armis. *Sero* = zu spät. — *de iure publico,* über die staatsrechtlihe Frage in Hinsicht der Forderungen des Cäsars. — *auctor.,*

Iis enim rebus praestabamus, quae non prodeunt in aciem: usu autem armorum et militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe, quaeso, quo me tum
6 esse oportere censebas. Haec eo scripsi, quod mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo, ut mihi quidem visus est, narravit, te interdum sollicitum solere esse vehementius. Quod facere non debes nec dubitare, quin aut aliqua re publica sis futurus, qui esse debes; aut perdita, non afflictiore conditione, quam ceteri. Hoc vero tempus, quo exanimati omnes et suspensi sumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod et in urbe ea es, ubi nata et alta est ratio ac moderatio vitae, et habes Ser. Sulpicium, quem semper unice dilexisti; qui te profecto et benevolentia et sapientia consolatur: cuius si essemus et auctoritatem et consilium secuti, togati po-
7 tius potentiam, quam armati victoriam subissemus. Sed haec longiora fortasse fuerunt, quam necesse fuit: illa, quae maiora sunt, brevius exponam. Ego habeo, cui plus, quam tibi, debeam, neminem: quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos huius mihi belli casus eripuit. Qui sim autem hoc tempore, intelligo. Sed quia nemo est tam afflictus, quin, si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, possit navare aliquid et efficere, omne meum consilium, operam, studium certe velim existimes tibi tuisque liberis esse debitum.

Gutachten, Aussprüche. — *exploratius* = certius. — *Iis*, Md. Crat. Vict. 1. 2. *His enim r. OR.* — *inferiores* Caesare.

6. *Philargyrus*, libertus A. Torquati. — *aliqua re publica*, wenn auch nur eine Art von Republik bleiben sollte. S. oben §. 4: quicunque status est futurus. und ep. 470, 9 am Ende. — *suspensi sumus* exspectatione, quem eventum sit bellum Hispaniense habiturum. *SCH.* — *in urbe ea*, Athenis. — *et alta*, und genährt, gezogen. — *ratio ac moderatio vitae.* Philosophiam morum significat natam in schola Socratica ab eiusque discipulis et successoribus Platone, Aristotele, Stoïcis altam et amplificatam. *SCH.* — *Ser. Sulpicium* Graeciae praepositum a Caesare. S. zu Ep. 365 im Anf. — *et consilium.* Omnino cavendum civile bellum Sulpicius consul censuit. *MANUT.* S. ep. 469; *absens cognoscebam* cet. — *potentiam* Caesaris. Zur Erklärung diene ep. 470: *nolo hunc existimare* cet.

7. *eripuit*, ut Cn. Pompeium et P. Lentulum in Aegypto occisos. — *Qui sim* d. i. wie wenig ich ietzt gelte. — *afflictus*, gebeugt, zu Boden geschlagen, zerschlagen. — *si nihil aliud studeat, nisi id quod agit*, wenn er es nur auf Das, was er betreibt, ernstlich anlegt. So *studere* cum accus. in Orat. Philipp. VI, 7; unum studetis; Terent. Andr. 1, 1, 28: eadem student; Heautont. II, 4, 1: id studuisti, ut. Plaut. Mil. V, 44: has res studeant.

EPISTOLA DXVIII. (ad Div. XV. 18.)

Scr. Romae initio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Epistolae brevitatem excusat: tristitiam temporum accusat; nihil ex Hispania afferri significat.

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset a me, quum iam iretur ad te: longior autem, si *φλύαρον* aliquem habuisset; nam *σπουδάζειν* sine periculo vix possumus. Ridere igitur, inquies, possumus. Non mehercule facillime. Verumtamen aliam aberrationem a molestiis nullam habemus. Ubi igitur, inquies, philosophia? Tua quidem in culina, mea in palaestra est: pudet enim servire. Itaque facio me alias res agere, ne convicium Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino novi. Te abesse mea causa moleste fero, tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius, Valebis igitur meque, ut a puero fecisti, amabis.

Ueber *quin* = *qui non* u. s. w. s. Rostii *Spec.* 2, p. 4. — *esse debitum,* pflichtschuldigst verhiessen sei.

C. CASSIO. S. zu ep. CCXLI. im Anf.

1. *quum iam iretur ad te,* als Deine Boten schon im Begriff waren, zu Dir abzugehen. — *longior autem.* Sic Md. Bas. Crat. Vict. Bened. Recte: „tum demum autem longior fuisset, si *φλύαρον* aliquem habuisset: nam, etiam si tempus praesto fuisset, seriis rebus, de quibus scribere nunc non licet, ad te scriptis eam longiorem reddere non poteram.“ *etiam* Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *habuisset* i. e. amplexa esset, continuisset. *habuissem* Cld. apud Lall., ipso et Ern. probb., recepit Sch. Lün. *OR.* Longior etiam epistola fuisset, si nugas quasdam habuissem, de quibus tecum iocari possem; nam seria tractare sine periculo vix possumus. *SCH.* *φλύαρον* = iocum, nugas, ut apud Aristoph. Nub. *v.* 365. — *σπουδάζειν,* seria tractare, von Etwas ernsthaftem schreiben. — *sine periculo,* ne incurramus in offensionem Caesarianorum. — *aliam aberrat. a mol.,* ein anderes Mittel, der verdriesslichen Gedanken los zu werden; non possumus alio modo animum avocare a molestiis. — *ubi,* wo bleibt dann, fragst Du, die Philosophie? die Dich doch trösten sollte. — *in culina.* Iocatur in Cassium, ut Epicureum, quasi miseriam temporum non alia magis ratione levandam putet, quam voluptate epularum. *SCH.* *mea in palaestra est* i. e. ego me domi in palaestra hortis adiuncta ambulando exerceo, palaestrice in xysto spatior. Simul autem respicitur ad declamandi exercitia, quae solent cum palaestra comparari, ut actiones forenses cum acie et dimicatione. *SCH.* — *servire* i. e. pudet enim me servitutis a Caesare nobis impositae. — *facio . . agere* i. e. itaque aliud agere me simulo, vel spatiando in palaestra vel declamationibus me et discipulos, ut nuper Dolabellam aliosque, exercendo. *SCH.* — *Platonis* servientes obiurgantis. — *flagitat* literas, weil er nicht länger warten will. — *a puero,* von Deinen Knabeniahren an.

EPISTOLA DXIX. (ad Div. IX. 10.)

Scr. Romae initio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Inter Niciam et Vidium iudex in causa, ut videtur, pecuniaria constitutus, quod grammaticus Nicia erat, per iocum ad grammaticos alludit; etiam de P. Sullae morte iocose scribit.

M. CICERO S. D. P. DOLABELLAE.

Non sum ausus Salvio nostro nihil ad te literarum dare: nec mehercule habebam, quid scriberem, nisi te a me mirabiliter amari; de quo etiam nihil scribente me te non dubitare certo scio. Omnino mihi magis literae sunt exspectandae a te, quam a me tibi. Nihil enim Romae geritur, quod te putem scire curare: nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum et Vidium iudicem esse. Profert alter, ut opinor, duobus versiculis expensum Niciae: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego tamquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ,
2 an παρεμβεβλημένοι. Puto nunc dicere: „Oblitusne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? et ingentium † cularum cum sophia Septimae?" Quid ergo? tu adeo

DOLABELLAE. S. zu ep. CCCLXXXIX. im Anf.

1. *Salvio nostro* liberto. — *nec* tamen. — *quid.* Ern. Bened. Sch. Lün. *quod.* — *etiam nihil scribente me* = ut etiam nihil scribam, wenn ich es Dir auch nicht schreibe. — *exspectandae*, pro quo *expetendae* Suetonius *de illustr. Gramm.* c. 14: ubi excerpta sunt verba *Omnino mihi . . . an παρεμβεβλημένοι. ORELLI.* — Curtium *Niciam*, grammaticum, Dolabellae familiarem. S. ad Attic. XIII, 52. 28. VII, 3. XII, 26. ad Divers. VII, 23. IX, 11. Dieser Graeculus machte zu Rom in vornehmen Häusern den Sprachmeister und Complaisant; auch war er unter Cicero's Begleitung in Cilicien gewesen. — *iudicem* constitutum *esse* de pecunia, quam sibi a Nicia deberi Vibius aiebat. *MAN.* — *alter*, Vibius. — *opinor.* Crat. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *ut opinor* contra Suet. et Md. *OR.* — *expensum Niciae*, „der Eine zeigt, wo mir recht ist, ein Paar Manuscriptchen (Schuldscheine) auf Rechnung des Sprachlehrers vor." Vidius a Nicia petit nummos, quos eum sibi debere dicit et quos in calendario suo vel tabulis expensi ei credidisse scriptum profert. *Expensum ferre alicui* est imputare alicui, erogatum alicui testari, scribere, dicere. *GRONOV.* — *alter* (Nicias) *Arist. h. ὀβελ.*, der Andere macht wie ein Aristarch (Kritiker des Homers) kritische Einwendungen gegen deren Aechthait, — *παρεμβ.*, untergeschoben.

2. *Puto nunc.* Lamb. Sch. Lün. *Puto te nunc* contra Md. *OR.* — *quos ap. N.*, die Du mit mir beim N. schmausetest. — † *cularum.* Sic corrupte Md. *squillarum* (Taschenkrebse, Seespinnen, Cancer pinnotheres. S. de Finibb. II, 8, 24. de Nat. Deor. II, 48.) de Gronov. coni. Lall. Ern. Bened. Sch. Lün. Placet. *cochlearum* Cdd. aliq. *gallinarum* Lamb. *OR.* — *cum sophia Septimae.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened. *cum sepia* (Blackfisch)

mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro [*quidem*] reliquiae pristinae frontis appareant? Sed tamen suavissimum *συμβιώτην* nostrum praestabo integellum: nec committam, ut, si ego eum condemnaro, tu restituas, ne habeat Bursa Plancus, apud quem literas discat. Sed 3

Septimiae de Gronov. coni. Sch. Lün. *OR.* Septimia scheint die Frau des Sprachmeisters gewesen zu sein, welche diese Seegeschöpfe als Leckerbissen damaliger Gourmands zubereitet hatte. Manut. hält sie nach ep. 770, 1 für die Frau des Sica, eines Freundes von Cicero. — *pristinae frontis.* Quia Dolabella dixerat, Ciceronem in causa Niciae iudicanda meminisse oportere illarum cenarum; pergit Cicero iocari quaerens, num putet sibi pristinam in iudicando severitatem et iustitiam adeo excussam (so ganz ausgetrieben) esse, ut ne et foro quidem reliquiae pristinae frontis i. e. severitatis appareant. *SCH.* [*quidem*] ex antiquo suppl. fere necessario omnes praeter Bened., qui om. *quidem* cum Md. *OR.* *συμβιώτην*, convictorem. „Doch sei ohne Sorge für unsern kurzweiligen Tischfreund. Es soll ihm dessungeachtet mit Ehren aus der Sache geholfen werden.“ *praestabo integellum* i. e. efficiam, ne quid damni patiatur; pronuntiaturus sum pro Nicia, ne ei opus sit Vidio pecuniam solvere. Zu *integellum*, Demin. von integer, vergl. Catull. XV, 4. — *nec committam* iudex s. arbiter ab utroque electus, und ich, nach Recht und Billigkeit entscheidend, werde es dahin nicht kommen lassen. — *restituas* in integrum „i. e. meum iudicium irritum facias“ scil. qua polles gratia apud Caesarem. Iniquam notat conditionem temporum, quum Caesar damnatos lege Iulia restituisset et Caesariani iudicia rescindere et damnatos restituere solerent. — *ne habeat Bursa Plancus* cet. „ich werde dem Nicias durchhelfen, wäre es auch nur, damit Plancus Bursa, dem Du ihn vielleicht zum Lehrer empfehlen möchtest, Keinen habe, bei dem er lesen lernen könnte.“ Denn wenn Cicero ihn verurtheilte, so musste Nicias, um die Schuldforderung bezahlen zu können, in Griechischer Sprache u. Literatur wieder oder noch mehr Unterricht geben; half Dolabella kraft seiner Vielvermögenheit beim Cäsar ihm durch, so musste er schon aus Dankbarkeit vielleicht sogar den früher verurtheilten Plancus Bursa, den Cäsar neulich wieder zurückberufen u. in seinen Schutz genommen hatte, einen hominem barbarum et literarum inscium, unterweisen. Das wollte Cicero nicht, der einen alten und gerechten Groll auf diesen Bursa bei sich trug und ihn, durch den Zusammenhang des Briefs daran erinnert, eigentlich als ein Beispiel, wie Cäsar gegen vormalige Rechtssprüche und überhaupt in Rechtssachen verfahre, leise stichelnd u. hinter Scherz versteckend heranzieht, und zwar mit Glück, da es bekannt war, dass Cäsar bei seinen Schützlingen einige Bildung nicht gerne vermisste. Der Seele Cicero's schwebte iene Zurückberufung des Bursa noch in Lebendigkeit vor, weil sie eben geschehen war. *T. Plancus Bursa,* L. Munatii Planci filius, Cn. et. L. Planci frater, post caedem P. Clodii, quum tribunus plebis ipse esset, 702 curiam incenderat (vid. Philipp. XIII, 12. XI, 6. Argument. Asconii in Milonian.): quod propter

quid ago? quum mihi sit incertum, tranquillone sis animo, an, ut in bello, in aliqua maiuscula cura negotiove versere, labor longius. Quum igitur mihi erit exploratum te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse de P. Sullae morte, antequam certum scierit. Nunc quaerere desierunt, quomodo perierit: satis putant, se scire, quod sciunt. Ego ceteroqui animo aequo fero; unum vereor, ne hasta Caesaris refrixerit.

EPISTOLA DXX. (ad Div. XV. 17.)

Scr. Romae initio anni U. C. 709. (a. C. 45.)

Queritur de importunis tabellariis. 1. narrat de P. Sullae morte. 2. de bello Hispaniensi, de Pansae profectione in provinciam. 3. Cassii consilium probat, Brundisinae mansionis; literas mutuas poscit. 4.

M. CICERO C. CASSIO S.

Praeposteros habes tabellarios; etsi me quidem non offendunt: sed tamen... Quum a me discedunt, flagitant

---

scelus a Cicerone de vi accusatus et, lege Pompeia, omnibus sententiis maximo plausu condemnatus (vid. Philipp. VI, 4. ad Famil. VII, 2. XII, 18. Philipp. XIII, 13.) rediit tamen Romam a Caesare victore contra rem publicam restitutus. Itaque Cicero Bursam pristini facinoris et ignorantiae accusans Caesarem iniustitiae accusat.

3. *quid ago* d. i. wozu diese Scherze? — *in bello,* Dolabella war damals beim Cäsar in Spanien. — *negotio,* Kriegsunternehmung. — *labor longius,* verlier' ich mich zu weit, gleit' ich, schweif' ich zu weit aus. — *anteq. cert. scierit.* Verebatur enim, ne falsum esset, quod esse verum cupiebat, quia P. Sulla, quod et antea, dictatore propinquo suo L. Sulla et postea Caesare, proscriptorum civium bona emere consueverat, populo inprimis odio erat. *MANUT.* Vid. ep. 520 et de Officc. II, 8. — *ceteroqui.* Md. a sec. m. Crat. Bened. *cetera qui.* Mirum nemini in mentem venisse: *cetera quidem. OR.* — *refrixerit,* dass (durch den Tod dieses Sulla) Cäsars Versteigerungen etwas in's Stocken gerathen dürften; ne, Sulla, illo sectore bonorum, mortuo, pauci sint, qui emere proscriptorum bona velint, quae Caesar sub hasta vendi iusserat. *SCH.* Ironie! Ueberhaupt fand Cicero einen solchen iovialischen Ton, wie er in diesem Briefe vorherrscht, seinem besonderen Verhältnisse zu diesem aimable roué einzig angemessen.

C. CASSIO, S. zu ep. CCXLI im Anf. u. DXVIII.

1. *praeposteros,* verkehrte. Brevitatis literarum suarum culpam in tabellarios transfert. — *tamen*... Aposiopesis. Supplend. *aliquantulum offendunt.* Sic recte Victor. distinxit. Cet. *sed tamen,*

literas; quum ad me veniunt, nullas afferunt. Atque id ipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt. Ergo ignosces: alteras habebis has breves: sed exspecta πάντα περὶ πάντων. Etsi quid ego me tibi purgo, quum tui ad me inanes veniant, ad te cum epistolis revertantur? Nos hic — tamen ad te scri- 2
bam aliquid — [P.] Sullam patrem mortuum habebamus: alii a latronibus, alii cruditate dicebant: populus non curabat; combustum enim esse constabat. Hoc tu pro tua sapientia feres aequo animo: quamquam πρόςωπον πόλεως amisimus. Caesarem putabant moleste laturum, verentem, ne hasta refrixisset. Mindius Marcellus et Attius pigmentarius valde gaudebant se adversarium perdidisse. De Hispania novi nihil, sed exspectatio valde 3

---

quum. OR. — *id ipsum* i. e. τὸ literas scribere. Rectius tamen vertas: und doch würden sie mir damit einen sehr grossen Gefallen thun, wenn u. s. w. — *petasati*, schon mit dem Reisehute (wie Merkur) auf dem Kopfe d. i. schon reisefertig; ad iter ingrediendum parati et instructi. — *comites* suos, ihre Reisegefährten. — *alt. hab. has breves*, auch diessmal wirst Du einen kleinen Brief erhalten. — πάντα περὶ πάντων i. e. literas accurate et copiose de omnibus scriptas, dafür erwarte nächstens über Alles einen desto grössern und vollständigeren Brief. S. ep. 858. — *Etsi* = gleichwohl, doch. Correctio. — *purgo*, entschuldige ich mich bei. — *inanes*, mit leeren Händen, ohne Brief.

2. [P.] Sic Sch. Lün. *D.* Ceteri. Praenomen falsum e liter. praeced. ortum. *OR.* Ueb. *P. Sulla* s. den vorig. Br. §. 3. — *habebamus*, wir erhielten hier die Nachricht. — *a latron.* eum *mortuum* s. interfectum esse. — *cruditate* mortuum esse. Iocatur in hominis voracitatem. — *non curabat* de genere mortis; mortuum autem esse laetabatur. *MANUT.* — *constabat.* Itaque de morte dubitari iam non poterat. *SCH.* *combustum*, quamvis Sullani, quorum unus fuerat P. Sulla, olim M. Marium comburi prohibuerant. Sarcasmus. — *feres aequo animo.* Ironia. Satis enim sciebat non dolere Cassium eius hominis morte. *MAN.* — πρόςωπον πόλεως, specimen civitatis i. e. personam civitatis illustrem, eine wichtige Staatsperson. Ironische Anspielung auf den Eifer, womit Sulla sich durch Beförderung des Versteigerungsunwesens um Cäsar, nicht aber um den Staat, verdient gemacht hatte. — *hasta refrixisset*, ut ep. 519. Hic etiam potest intelligi hoc, quod Sulla ille effecerit in auctionibus, ut pretia bonorum augerentur; quo pertinere videtur, quod Mindius et Attius gavisi sunt, quum in eo se adversarium in auctionibus perdidisse crederent. *ERNESTI.* — *pigmentarius*, Specerei- Farben- Salbenhändler. *adversarium* in emendis Pompeianorum bonis. Solebat enim in auctione plus liceri, quam illi. *SCH.*

3. *De Hispania*, ubi Caesar pugnabat contra liberos Pompeii, Cneum et Sextum. — *tristiores* ambigue dictum. Poterat enim

magna: rumores tristiores, sed *ἀδέσποτοι.* Pansa noster paludatus a. d. III. Kalend. Ian. profectus est, ut quivis intelligere posset id, quod tu nuper dubitare coepisti, *τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν* esse. Nam, quod multos miseriis levavit et quod se in his malis hominem praebuit, mirabilis eum virorum bonorum benevolentia prosecuta
4 est. Tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde probo et gaudeo: et mehercule puto te sapienter facturum, si *ἀκενόσπουδος* fueris. Nobis quidem, qui te amamus, erit gratum: et amabo te, quum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris. Ego nunquam quemquam ad te, quum sciam, sine meis literis ire patiar. Vale.

---

intelligi de Pompeii filiis in discrimen adductis; intelligebatur autem de adversis Caesaris rebus. Nam d. XIX. Febr. demum Ategua a Caesare capta. Vid. ep. 517, 2. 521, 2. 523, 3. — *ἀδέσποτοι*, sine auctore, unverbürgt. — C. Vibius *Pansa*, Epicureus, qui postea cum Hirtio consul fuit et in pugna contra Antonium periit. — *paludatus*, in der Feldherrnuniform. — *III. Kal. Ian.*, am 30. December voriges Iahrs. — *profectus est* in Galliam citeriorem Bruto successurus. Es ist diess iedoch nur von Pansa's vorläufiger Abreise aus der Stadt zu verstehen; denn ganz nach der Provinz fort reisete er erst im März. S. ep. 534. 535. Vorliegender Brief aber muss schon im Ianuar geschrieben sein, weil Cicero sonst wegen des bald darauf erfolgten Todes seiner Tullia schwerlich so scherzhafter Laune gewesen wäre. — *nuper*, quum in Epicuri scholam transieris; imo Caesari te dederis. Ein Hieb auf die Epikurischen Cäsarianer. — *τὸ καλὸν .. esse* i. e. virtutem propter se ipsam expetendam esse, quod erat *δόγμα* Stoicorum. Diess will er ihm an's Herz legen.

4. *si ἀκενόσπουδος fueris* i. e. inanium rerum studio vacuus. Er war ia ein Epikurer geworden und als solcher *πολιτεύεσθαι* nolle videbatur. Eigentlich liegt ein Wink darin, dass die Luft in Rom für ihn nicht rein genug sei. Von den Cäsarianern hatte er in Abwesenheit Cäsars am Meisten zu fürchten; zumal wenn er, dem doch noch die Pompeianische Sache, besonders die Republik am Herzen lag, wie es dem Cicero schien, über Etwas brütete. Denn er fand sich in seiner Erwartung getäuscht, dass Cäsar die Republik wieder herstellen würde. *si ἄχρειος πῖλος* Crat. i. e. inutilis galea i. e. si te non immiscueris armis. — *amabo te*, ich bitte Dich bei meiner Liebe zu Dir. — *domum*, an die Deinigen. — *quum sciam* quemquam ad te ire, mit meinem Wissen.

EPISTOLA DXXI. (ad Div. VI. 18.)

Scr. Romae mense Ianuario A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Respondet ad quaestionem Leptae de decurionibus in municipiis ex lege Iulia 1. addit quaedam nova de Hispaniis. 2. de negotio Leptae, quod sponsor esset pro Pompeio. 3. de Oratore suo ad M. Brutum. 4. cur diutius Romae commoretur. Leptae filio Hesiodi lectionem commendat. 5.

CICERO LEPTAE.

Simul [ac] accepi a Seleuco tuo literas, statim quaesivi e Balbo per codicillos, quid esset in lege. Rescripsit eos, qui facerent praeconium, vetari esse in decurionibus: qui fecissent, non vetari. Quare bono animo sint et tui et mei familiares; neque enim erat ferendum, quum, qui hodie haruspicinam facerent, in senatum Romae legerentur: eos, qui aliquando praeconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere. De Hispaniis 2 novi nihil. Magnum tamen exercitum Pompeium habere constat: nam Caesar ipse ad nos misit exemplum Paciaeci literarum, in quo erat, illas undecim esse legiones.

LEPTAE. Dieser Q. Lepta hatte unter Cicero in Cilicien als Praefectus fabrûm (Oberfeldzeugmeister) gedient. S. ad Divers. III, 7. Nachfolgender Brief ist an ihn geschrieben, ehe in Spanien Etwas entscheidendes vorgefallen war; also im Anfange des Iahrs 709.

1. *Simul [ac].* Sic Md. Vict. 1. Sed *ac* uncis includendum erat. *Simul accepi* Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *Simul atque acc.* Vict. 2. Bened. *Simul ut acc.* Crat. Lamb. *OR.* — *Seleuco,* Leptae liberto. — *e Balbo* i. e. e Cornelio Balbo, Caesaris familiari. Is enim tum Romae erat. *SCH.* — *per codic.,* mittelst eines Billets. — *in lege,* quam Iulius Caesar de decurionibus in provinciis ferre in animo habebat et iam scripserat. *SCH.* Lepta wünschte nämlich darüber vom Cicero Nachricht für seine Freunde zu erhalten, die dergleichen werden wollten. — *qui facerent praeconium* i. e. qui etiamnum praecones essent; praecones enim vilioris erant Romae conditionis. *SCH.* — *in decurionibus esse,* Rathsglieder in einer Landstadt zu sein. — *qui fecissent* praeconium i. e. qui non amplius praecones essent, sed fuissent. — *neque enim erat* st. esset *ferendum.* — *qui h. harusp. facerent,* wenn Leute, die heute noch die Wahrsagerkunst treiben, morgen zu Rom in den Senat gewählt würden, und dagegen solche, die. . ., in den Municipien nicht sollten Rathsmänner werden dürfen. Pungebat Ciceronem ceterosque viros bonos delata a Caesare haruspici Ruspinae senatoria dignitas. *MAN.*

2. *Pompeium,* Cn. Magni filium. — *ad nos* i. e. ad senatum. — *exempl. Pac. literarum,* die Abschrift eines aufgefangenen Briefs des Paciaecus. Auctor de B. Hispan. c. 3. scribit Caesarem cohortibus et equitibus ad oppidum Uliam missis praefecisse hominem eius provinciae notum et non parum scientem L. Iunium

Scripserat etiam Messala Q. Salasso P. Curtium fratrem eius iussu Pompeii, inspectante exercitu, interfectum, quod consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariae causa venisset,
3 eum comprehendere ad Caesaremque deducere. De tuo negotio, quod sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non desinam cum illo communicare, si quid expe-
4 diri possit: quod videbatur mihi ille confidere. Oratorem meum tanto opere a te probari vehementer gaudeo. Mihi quidem sic persuadeo, me, quidquid habuerim iudicii de dicendo, in illum librum contulisse. Qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum; sin aliter, non recuso, quin, quantum de illo libro, tantundem de mei iudicii fama detrahatur. Leptam nostrum cupio delectari iam talibus scriptis: etsi abest maturitas aetatis, iam tamen personare aures eius huiusmodi voci-
5 bus non est inutile. Me Romae tenuit omnino Tulliae

Paciaecum, *SCH.* Aus dem Namen und Vornamen ersieht man, dass dieser Spanier mit dem Römischen Bürgerrechte beschenkt war. — *illas und. esse leg.*, die Macht des Pompeius belaufe sich auf eilf Legionen. Sic Md. cet. *ipsas* Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *Salasso,* equiti Romae commoranti. — *consensisset,* verabredet hätte. — *rei frument. c.,* wegen Anordnung des Unterhalts für sein Heer. — *eum,* Pompeium.

3. *sponsor es pro Pompeio,* „dass Du für Pompeius (Magnus oder dessen eben erwähnten Sohn) Bürgschaft geleistet hast." Es schien in Frage zu stehen, ob Lepta vermöge seiner Bürgschaft gehalten sei, da die Güter des Pompeius confiscirt wären, die Gläubiger desselben aus seinem Vermögen zu befriedigen. — *si Galba,* Lamb. *Balbus* ex Ep. seq. (631 h. ed.) *OR.* Serv. Sulpicius Galba, proavus Imperatoris, de percussoribus Caesaris unus. Vid. ad. Famil. X, 30. Philipp. XIII, 16. Eius epistola ad Ciceronem de pugna Mutinensi ad Fam. XI, 18. Cfr. Sueton. Galba c. 3. — *consponsor,* Mitbürge. — *communicare,* mich zu berathen, — *si quid* cet., ob wohl die Sache auf irgend eine Art könne in Richtigkeit gebracht werden.

4. *Oratorem* ad M. Brutum, sein vor Kurzem herausgegebenes Werkchen über die Erfordernisse zu einem vollkommenen Redner. — *quidquid ... de dicendo,* was für Einsichten über die Kunst zu reden ich mir irgend gebildet hatte. — *iudicii,* Einsicht. — *Leptam nostrum,* filium tuum. — *personare,* dass seine Ohren schon frühzeitig mit solchen Tönen vertraut werden. Nemone *personari?* Cfr. Interpretes ad *Officc.* 3. §. 5. et Heusing. ad *Officc.* 2. Cap. 4. Initio. *ORELLI.*

5. *Tulliae meae partus.* Mense Ianuario Tullia post factum cum Dolabella divortium pepererat filiolum, quem infra *Lentulum puerum* Cicero vocat. Ex partu primum satis firma eius valetudo visa: paulo post autem in graviorem morbum incidit, quo mense

meae partus. Sed quum ea, quemadmodum spero, satis firma sit: teneor tamen, dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem; et, mehercule, non tam sum peregrinator iam, quam solebam. Aedificia mea me delectabant et otium. Domus est, quae nulli mearum villarum cedat: otium omni desertissima regione maius. Itaque ne literae quidem meae impediuntur; in quibus sine ulla interpellatione versor. Quare ut arbitror, prius hic te nos, quam istic tu nos videbis. Lepta suavissimus ediscat Hesiodum et habeat in ore,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα —.

EPISTOLA DXXII. (ad Div. XV. 16.)

Scr. Romae mense Ianuario A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Epistolas Cassii requirens iocatur in opiniones Epicureas de imaginum incursione et in ipsum Cassium Epicureae philosophiae studiosum. 1—3.

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

Puto te iam suppudere, quum haec tertia iam epistola ante te oppresserit, quam tu scidam aut literam. Sed non urgeo: longiores enim exspectabo vel potius exigam. Ego, si semper haberem, cui darem, vel ternas in hora darem. Fit enim nescio quî, ut quasi coram adesse videare, quum scribo aliquid ad te: neque id *κατ' εἰδώλων φαντασίας*, ut dicunt tui amici novi; qui putant

---

Februario consumpta est. *SCH.* — *quum* = obgleich. — *primam pensionem* dotis a Dolabella Tulliae reddendae. *SCH.* — *peregr.*, Wanderer. — *Aedificia* villarum olim me *delectabant et otium*, quo ibi fruebar. Nunc vero idem praestat urbs, ubi domus est, quae nulli villarum mearum cedat, et otium omni desertissima regione maius (= maius eo, quo ibi fruimur. Ramsh. §. 203, 4.) *SCH.* — *literae ... meae*, meine literarischen Beschäftigungen. — *versor*, lebe u. webe. — *Lepta*, filius tuus. — *ἱδρῶτα*. Intelligit nobilissimos Hesiodi versus Ἔργ. 289 sqq. *Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι κ. τ. λ.*

C. CASSIO. S. zu ep. DXX im Anf.

1. *ante ... quam.* Tmesis. v. *te* ex suppl. cum Wopkensio p. 26. *Hand* huc collocavi. Ponunt ante v. *tertia* Crat. Lamb. Graev. Sch. Lün. Abest a Md. Bas. Vict. 1. 2. Ern. Bened. *OR.* — *oppress.*, überrascht. — *literam* ad me miseris. — *urgeo* te. — — *longiores* epistolas. — *haberem* tabellarium. — *darem* literas. — *κατ' εἰδώλων φαντασίας*, per imaginum apparitiones, visa. Die Epikurer, welche sich die menschliche Seele körperlich dachten, nahmen, um sich die Erscheinungen darin zu erklären, sonderbar genug an, dass, wenn Iemand sich Etwas dächte, diess

etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam, ne te fugiat, Catius Insuber, Epicureus, qui nuper est mortuus, quae ille Gargettius et iam ante Democri-
2 tus εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiam si oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt: animus quî possit, ego non video. Doceas tu me oportebit, quum salvus veneris, in meane potestate sit spectrum tuum, ut, simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat: neque solum de te, qui mihi haeres in medullis; sed, si insulam Britanniam coepero cogitare, eius
3 εἴδωλον mihi advolabit ad pectus? Sed haec posterius. Tento enim te, quo animo accipias. Si enim stomachabere et moleste feres, plura dicemus postulabimusque,

---

daher käme, dass das Bild davon in dessen Seele hineinflöge. S. Lucret. IV. Gellius XIX, 3. Macrob. de somn. Scip. c. 3. Quinct. XII, 10. Cicer. de Finibb. I, 6, 21. über diese ἀποῤῥοαῖ τῶν σωμάτων. Aristot. de Divinat. per Somn. c. 2. — *amici novi*, Epicurei, quorum dogmata Cassius ante biennium probare coeperat. *MANUT.* Antea fuit Stoïcus. — *διανοητικάς φαντ.*, mentis vel intelligentiae visa; visa rerum intelligibilium, non sensibilium, Erscheinungen im Verstande. — *spectris Catianis* i. e. cogitationibus illis, quae spectra vocabat Catius, Epicurus et ante eum Democritus εἴδωλα. *MANUT.* S. Horat. Sat. II, 4. — *Catius..Insuber*, i. e. e Gallia Transpadana, Ciceronis temporibus quatuor libros de rerum natura et de summo bono scripsit; de quo Quinctil. X, 1: „in Epicureis levis quidem, sed non iniucundus tamen auctor est Catius.“ — *ille Gargettius*, d. i. Epikur, nach dem Attischen Dorfe Gargettus, seinem Geburtsorte, so genannt. — *Democritus*, quem secutus est Epicurus. — *hic.* S. Ramsh. §. 158, 2. g.

2. *possent*, Ern. Sch. Lün. *possint.* — *occurrunt.* Sic Vict. coni. Graev. *occurrunt* offendere non debet, quum infra firmetur auctoritate Md. *occurrat*: significetque entgegentreten, *farsi incontro:* non, quod cogitabant ii, qui *accurrunt* praetulere, begegnen, *incontrare. ORELLI.* Sensus: etiamsi oculi illis imaginibus, quales ex corporibus emitti Epicurus sentit, feriantur; tamen, quomodo possit iis animus moveri, non video, *quod vel iis ipsa occurrunt* h. e. quod imagines rerum externarum vel sua sponte, etiamsi de iis non velis cogitare, oculis occurrant, nec veniant, si velis. — *veneris* i. e. redieris Romam. Erat apud Caesarem. — *neque solum de te* cet., und ob das nicht bloss von Dir gelte, dessen Bild ich ohnehin im Busen trage. — *Britanniam*, quasi remotissimam insulam. Cfr. Virgil, Eclog. 1, 67: Et toto divisos orbe Britannos. — *advolabit.* Mutavit constructionem, ut saepe post *sed.* Lamb. Ern. Sch. Lün. *advolet* contra Md.

3. *posterius* pertractentur, doch über diese Dinge künftig! S. über solche Abkürzungen Grotef. §. 434. Ramsh. §. 206, C, 2. — *Tento te, quo an. accipias*, denn diess soll nur ein Versuch sein, wie Du es aufnimmst. Hellenismus. S. Ramsh. §. 206, A, 5. — *moleste feres* his incommodis Epicuri sententiam premi. — *postulabimusque*, und werden beim Prätor ansuchen. Alius iocus

ex qua αἱρέσει VI HOMINIBUS ARMATIS deiectus sis, in eam restituare. In hoc interdicto non solet addi, IN HOC ANNO. Quare si iam biennium aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti delinitus illecebris voluptatis: in integro res nobis erit. Quamquam quîcum loquor? Cum uno fortissimo viro: qui, posteaquam forum attigisti, nihil fecisti nisi plenissimum amplissimae dignitatis. In ista ipsa αἱρέσει metuo ne plus nervorum sit, quam ego putarim, si modo eam tu probas. Quî id tibi in mentem venit? inquies. Quia nihil habebam aliud, quod scriberem. De re publica enim nihil scribere possum: nec enim, quod sentio, libet scribere.

EPISTOLA DXXIII. (ad Div. XV. 19.)

Scr. Brundisio exeunte Ianuario A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Respondet Cassius Ciceronis epistolis 518. 520.

C. CASSIUS S. D. M. CICERONI.

S. V. B. Non mehercule in hac mea peregrinatione

---

ex iure s. interdicto. — *ex qua...restituare*, „dass Du der Secte, der Du mit gewaffneter Hand entrissen bist, wieder zugestellt werdest.“ So lautete das Interdictum oder der schriftliche Befehl des Prätors, wenn ein aus seinem Eigenthum gewaltsam Herausgeworfener sollte wieder eingesetzt werden. S. Institut. Libr. IV. de Interdictis. Cicero deutet mit dieser Gerichtsformel an: Cassium a Caesaris amicis Epicureis quasi vi quadam a Stoïcorum secta abductum esse. Dass politische Winke hinter dem allen versteckt liegen, das merkt man wohl. — *addi* pro clausula. — *quum* = ex quo, seitdem. — *virtuti*, quam Stoïci finem bonorum putabant, *nuntium remisisti*, Du der Tugend den Scheidebrief zugesandt hast, Epicureus, Caesaris assecla, factus es. — *voluptatis*, in qua summum bonum esse Epicurei statuebant; etsi id eorum adversarii malignius interpretabantur quam pro vero *Epicuri* sensu. *SCH.* — *in integro r. n. erit*, so haben wir unser Recht an Dich darum noch nicht verloren. — *Cum uno fort. viro*, mit Einem der tapfersten Männer. Ueber *uno* s. Ramsh. §. 157, Anm. 1, a. — *forum attigisti*, „seit dem Augenblicke, wo er das forum betrat, d. i. an Gerichts- und Staatssachen Antheil nahm.“ Ueber die zweite Person des Verbi s. Grotef. §. 202, Zus. 1. — *αἱρέσει*, i. e. in secta Epicureorum. — *plus nervorum* i. e. virium, d. i. sie muss brauchbarer für einen Mann von so festem Character und unternehmendem Geiste, wie Cassius, sein. — *si modo eam tu probas*, „wenn Du ihr im Ernste zugethan bist.“ Cassius spielte seit seiner Aussöhnung mit Cäsar den Epikurer, war es auch nur den Cäsarianern zu Gefallen, die ihre losen Grundsätze und lockere Lebensart mit dem Namen der Epikurischen Philosophie adeln wollten. Aber Cicero mahnt ihn zur Stoa zurückzukehren und daran zu denken, Was wahre Tugend dem Vaterlande schuldig sei.

quidquam libentius facio, quam scribo ad te: videor enim cum praesente loqui et iocari. Nec tamen hoc usu venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis na-
2 tum esse dicas. Pansam nostrum secunda voluntate hominum paludatum ex urbe exisse quum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiam omnium nostrûm. Spero enim homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas et quanto amori probitas et clementia: atque ea, quae maxime mali petant et concupiscant, ad bonos pervenire. Difficile est enim persuadere hominibus *τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν* esse: *ἡδονὴν* vero et *ἀταραξίαν* virtute, iustitia, *τῷ καλῷ* parari et verum et probabile est. Ipse enim Epicurus, a quo omnes Catii et Amafinii, mali verborum interpretes, proficiscuntur, dicit: *οὐκ ἔστιν ἡδέως*
3 *ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν.* Itaque et Pansa, qui *ἡδονὴν* sequitur, virtutem retinet: et ii, qui a vobis *φιλήδονοι* vocantur, sunt *φιλόκαλοι* et *φιλοδίκαιοι* omnes-

---

1. *S. V. B.* Sic Md. cet. *B.* i. e. benest pro *B. E.* — *peregr.*, Wanderschaft. — *praesente* in Bezug auf *coram adesse* im Brief. 522. §. 1. — *usu venit* i. e. nec tamen ioco locus est, ut tu putas, propter spectra Catiana. Cicero enim Catium reprehenderat, quod *εἴδωλα* Latine verterat *spectra. SCH.* „Doch haben die Gesichter des Insubriers Catius Nichts damit zu thun.“ *Catina* Md. Vict. ut alibi *proelium Hirtinum. OR.* — *pro quo* uno Catio inscite sic loquente tot Stoïcos rusticos regeram. *SCH.* Ueber *quo* aus *Catiana* s. Ramsh. §. 206, A, 4. Synesis. *rusticos* i. e. barbare et duriter loquentes. *regeram*, ich will zurückgeben. — *Athenis* i. e. in urbanissimo loco *natum* i. e. esse urbaniorem, quam Stoïcos.

2. *Pansam.* S. ep. 520, 3. — *secunda voluntate*, magno favore. — *ad bonos pervenire*, den Guten zu Theil werden. Cicero significat id, quod mali maxime appetant, *voluptatem et tranquillitatem* ad bonos, exemplo Pansae, pervenire. *SCH.* Man sieht, dass Cassius den Cicero verstanden hat. — *difficile...persuadere hom.* Significat hanc Stoïcorum doctrinam parum esse popularem. — *ἡδονὴν...ἀταραξίαν*, voluptatem et statum mentis perturbatione carentem (Gemüthsruhe); in his enim duobus felicitatem locabat Epicurus. Vid. De Finibb. Lib. I. c. XV. II, c. 3. §. 10. Diogen. Laërtius XI, 137 sqq. — *et probabile*, einleuchtend, potest etiam vulgo probari. — *a quo* tamquam principe scholae Epicureae. — *Amafinii* = *Amafanii* Vict. 1. contra Md. Cfr. *Tuscul.* 4, 3, 6. *OR.* Amafanius, Epicureus philosophus, primus de Philosophia Latine scripsit. — *verborum* Epicuri. — *οὐκ ἔστιν..ζῆν.* Erat inter Epicuri *κυρίας δόξας*: „non posse iucunde vivi, nisi honeste et iuste vivatur.“ Vid. de Finibb. I, 18, 57. II, 16. Tusc. Dispp. V, 9, 26. Laërt. X, 140.

3. *sequitur*, nachgeht; also ein Epikurer ist. — *a vobis*, Stoïcis. — *φιλήδονοι*, amatores voluptatis, Wollustfreunde. —

que virtutes et colunt et retinent. Itaque Sulla, cuius iudicium probare debemus, quum dissentire philosophos videret, non quaesiit, quid bonum esset, sed omnia bona coëmit: cuius ego mortem forti mehercules animo tuli. Nec tamen Caesar diutius nos eum desiderare patietur: nam habet damnatos, quos pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem desiderabit, quum filium viderit. Nunc, 4
ut ad rem publicam redeam, quid in Hispaniis geratur, rescribe. Peream, nisi sollicitus sum ac malo veterem et clementem dominum habere, quam novum et crudelem experiri. Scis, Cnaeus quam sit fatuus: scis, quomodo crudelitatem virtutem putet; scis, quam se semper a nobis derisum putet. Vereor, ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι. Quid fiat, si me diligis, rescribe. Hui, quam velim scire, utrum ista sollicito animo an soluto legas! Sciam enim eodem tempore, quid me facere

---

φιλόκαλοι, amatores honesti. — *et* (Sic Md. Vict. 1. καὶ Cett.) φιλοδίκαιοι, et studiosi iusti. Vid. de Finibb. I, 16. — *Sulla*, cuius mortem Cicero nuntiaverat ep. 520. — *probare deb.* Ironie! — *dissentire* de summo bono. — *quaesiit*, disputando, disserendo investigavit, fragte nicht lange. — *bona* hastae subiecta. „Ne erraret in delectu, omnia bona sumpsit.“ Ludit Cassius in ambigua verborum significatione. Nam philosophi de summo bono disputabant; Sulla vero Pompeianorum bona omnia, quum in auctione venderentur, coëmit. *MANUT.* So glaubte Der zum Besitze des höchsten Guts zu gelangen. — *esset, sed omnia.* Sic emendavi scripturam Md. Crat. Vict. 2. *esset et omnia. et* ortum e script. *set*, omisso *s* propter similitudinem syllabae praeced. *esset, omnia* Cett. *OR.* — *forti... animo.* Iocatur. — *damnatos... restituat*, „er hat noch Verbannte genug, durch deren Wiederherstellung er uns für Sulla's Verlust trösten kann. Arguta in primis et festiva sententia. Lege Pompeia damnatos restituerat Caesar. Vid. de Bell. Civil. III, 1. Hoc latenter Cassius notat; quum tamen de iis loquatur, quos Caesar ad sectiones faciendas, ne hasta refrigesceret, Sullae mortuo suffecturus esset. Iocus est in verbo *restituat* ambigua significatione ad maiorem Caesaris contumeliam. *MANUT.* — *nec ipse* Caesar, cuius erat pecunia, quae de venditis Pompeianorum bonis colligebatur. *MANUT.* — *sectorem*, um einen Käufer der eingezogenen Güter verlegen sein. Vid. Ascon. — *filium* Sullae, qui patrem imitabitur. Vid. ep. DXX, §. 2. *Sullam patrem.*

4. *ad rem p*, auf die öffentlichen Angelegenheiten. — *sollicitus*, in Sorgen. — *veterem*, Caesarem. — *novum et crud.*, Cn. Pompeium, Pompeii Magni filium, qui in Hispania cum Caesare bellum gerebat. — *experiri*, zu proben, kennen zu lernen. — *fatuus*, albern. — *rustice*, auf eine plumpe Art. — ἀντιμυκτηρίσαι, vicissim deridere, naso suspendere, er würde uns unsere Neckereien mit dem Säbel zurückgeben. *rustice gladio.* Nam urbani homines dicteria facetis et salsis dictis, non gladio retundunt. *SCH.* — *ista*, has literas. — *soluto*, a curis libero. — *Me, ut facis.*

oporteat. Ne longior sim, vale. Me, ut facis, ama. Si Caesar vicit, celeriter me exspecta.

EPISTOLA DXXIV. (ad Div. VI. 3.)

Scr. Romae mense Ianuario A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Torquatum consolatur, quod Athenis potius ei vivendum sit quam Romae. 1—4.

M. CICERO S. D. A. TORQUATO.

Superioribus literis benevolentia magis adductus, quam quo res ita postularet, fui longior. Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua neque erat ea mea causa atque fortuna, ut, cui ipsi omnia deessent, alterum
2 confirmarem. Hoc item tempore brevior esse debeo. Sive enim nihil tum opus fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus est: sive tum opus fuit, illud satis est, praesertim quum accesserit nihil novi. Nam etsi quotidie aliquid audimus earum rerum, quas ad te perferri existimo: summa tamen eadem est et idem exitus; quem ego tam video animo, quam ea, quae oculis cernimus: nec vero quidquam video, quod non idem te videre certo sciam. Nam etsi, quem exitum acies habitura sit, divinare nemo potest, tamen et belli exitum video et, si id minus, hoc quidem certe, quum sit necesse alterum utrum
3 vincere, qualis futura sit vel haec vel illa victoria. Idque quum optime perspexi, tale video, nihil ut mali videatur futurum, si id vel ante acciderit, quod vel maxi-

---

Sic Md. Bas. Asc. 1. Vict. 1. 2. Bened. *meque* Neap. *et me* Crat. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *vicit* Pompeii filios in Hispania. *vincet* vel *vicerit* Ern. susp. — *celeriter,* unverzüglich.

A. TORQUATO. S. zu ep. 517 im Anf. „Haec epistola in Regio optimo recte ponitur secundo loco (post huius libri Ep. 1.): praecessit eam, quae proxime sequitur. (Ep. 2. *Peto a te.*)“ Lall.

1. *Super. lit.* i. e. ep. 517. — *benevol. adductus,* aus Wohlwollen. S. Ramsh. §. 142. 203. III, 5. Grotef. §. 265. — *quo* = als wenn, weil. — *confirm.,* Stärkung. — *cui ipsi* = quum mihi ipsi.

2. *scio.* Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *sciam;* at *scio* defendit Heusing. ad *Mall. Theod.* p. 51. *OR.* — *video,* voraussehe. — *acies.* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *exitum haec res.* Opponuntur sibi *acies,* pugna una, ac totum bellum. *OR.* — *vel haec vel illa victoria* i. e. vel Caesaris vel Pompeii, Magni filii. Zum Verständniss vergl. ep. 516, 2.

3. *si id vel ante acciderit.* Sensus est: si vel mors nobis ante acciderit, quam nunc ad timorem ut malum vel maximum nobis solent proponere, si victores forte crudelius in hostes devictos

mum ad timorem proponitur. Ita enim vivere, ut tum sit vivendum, miserrimum est: mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. Sed in ea es urbe, in qua haec vel plura et ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc confirmo, etsi levis est consola- 4
tio ex miseriis aliorum, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quam quemvis aut eorum, qui discesserint, [*aut eorum, qui remanserint*]: alteri dimicant: alteri victorem timent. Sed haec consolatio levis est: illa gravior, qua te uti spero, ego certe utor; nec enim, dum ero, angar ulla re, quum omni vacem culpa: et, si non ero, sensu omnino carebo. Sed rursus *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας*, qui ad te haec. Mihi tu, tui, tua omnia maxime curae sunt, et, dum vivam, erunt. Vale.

EPISTOLA DXXV. (ad Div. IV. 10.)

Scr. Romae mense Ianuario A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Hortatur Marcellum, ut reditum maturet a Caesare impetratum. 1—2.

CICERO MARCELLO S.

Etsi nihil erat novi, quod ad te scriberem, magisque

---

saeviant. *SCH.* — *in ea es urbe,* Athenis. Vgl. ep. 517, 6. — *parietes,* durch die Wandgemälde. S. Wieland VI. Bd. S. 120.

4. *maiore in discr.* Vgl. 517, 2 und 516, 4. — *qui discesserint* a Pompeio. — [*aut eorum, qui remanserint* scil. apud Pompeium] ex antiquo supplemento Crat. Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. (Sch. male *remanserunt*). Exciderunt vel haec vel similia (v. c. *aut eorum, qui Romae sint* Excerpta Cuevae.) ex Md. Omiserunt Neap. Asc. 1. Vict. 2. Bened. Mart.-Lag. *OR.* Nach der letzteren Ausfüllung müsste man zu *discesserint* suppliren *ad bellum Hispaniense* u. zu *alteri dimicant* sich *vel in Caesaris vel in Pompeii exercitu,* aber zu *alteri victorem* gleichfalls *vel Caesarem vel Pompeium* hinzudenken. Allein dagegen spricht §. 3. ep. 517: *Nec enim non arbitror* cet. nebst vielen anderen Stellen. — *alteri,* qui remanserunt apud Pompeium Magnum eoque victo bellum continuarunt, nunc *dimicant* in Hispania: *alteri,* qui a Pompeio Magno discesserunt, nunc *victorem timent* Caesarem multoque magis Cn. Pompeium filium. Cfr. ep. 523, 4. 516, 2. Torquatus war Einer von Denen, die nach der Pharsalischen Schlacht vom Kriegstheater abtraten; wesshalb Cicero in einem Trostbriefe an ihn unter *qui discesserint* nur diese verstehen konnte. — *omni vacem culpa.* Vgl. ep. 517, 4. — *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας.* Quod enim notissimo hoc proverbio hic significat, iam antea his verbis expresserat: *sed in ea es urbe, in qua* cet. *SCH.* Ueber das Sprichwort s. ep. 439, 2.

MARCELLO. S. zu ep. CCXVII im Anfange, CCCCLXIV, CCCCLXVI, CCCCLXVIII und CCCCLXXX.

literas tuas iam exspectare incipiebam vel te potius ipsum: tamen, quum Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei literarum dare. Cura igitur, ut quam primum venias: venies enim, mihi crede, exspectatus, neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. Venit enim mihi in mentem subvereri interdum, ne te delectet
2 tarda decessio. Quod si nullum haberes sensum nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre; sed, quum leviora non multo essent, quae audirentur, quam quae viderentur; suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuae te quam primum venire, idque in omnes partes valeret; putavi ea de re te esse admonendum. Sed, quoniam, quid mihi placeret, ostendi, reliqua tu pro tua prudentia considerabis. Me tamen velim, quod ad tempus te exspectemus, certiorem facias.

EPISTOLA DXXVI. (ad Div. VI. 4.)

Scr. Romae mense Ianuario A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Torquatum Athenis exsulantem consolatur. 1—5.

M. CICERO S. D. A. TORQUATO.

Novi, quod ad te scriberem, nihil erat: et tamen, si quid esset, sciebam te a tuis certiorem fieri solere. De futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, quum est res eiusmodi, cuius exitus provideri possit. Nunc tantum videmur intelligere non diuturnum bellum, etsi

---

1. *Theophilus*, Marcelli libertus, qui et ante ad eum literas attulerat (v. h. ed. ep. 468), ex quo patet has literas aliquot post illas mensibus datas esse. *MANUT.* — *non potui nihil*, so musst' ich ihm doch ein Briefchen mitgeben. — *ne te delect. tarda decessio*, als ob Du ein Vergnügen daran findest, Deine Abreise zu verzögern.

2. *quosdam*, gewisse Menschen. — *leviora*, erträglicher. Vgl. ep. 468, 1. — *rei familiaris tuae*, quae male videtur administrari. — *idque* (nempe *τὸ te quam primum venire*) *in omnes partes valeret* h. e. non solum ad rem familiarem tuendam, sed ad omnia alia bonum esse videretur: e. c. ne forte Caesar te beneficium suum aspernari suspicetur. *SCH.* „und Deine Gegenwart in ieder Hinsicht von Bedeutung, also zu wünschen ist." — *quod ad tempus*, auf welche Zeit.

A. TORQUATO. S. zu ep. 517 im Anf. und 524.

1. *coniecturâ ... accedere*, sich durch Vermuthung näheren, nahe kommen. — *cuius* = ut eius *exitus*. — *bellum*. Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *bellum fore* ex interpolat. *OR.* — „*videmur secus*

id ipsum nonnullis videmur secus. Equidem quum haec scribebam, aliquid iam actum putabam: non quo...sed quid? difficilis erat coniectura. Nam quum omnis belli Mars communis et quum semper incerti exitus proeliorum sunt: tum hoc tempore ita magnae utrinque copiae, ita paratae ad depugnandum esse dicuntur, ut, utercunque vicerit, non sit mirum futurum. Illa in dies singulos magis magisque opinio hominum confirmatur, etiam si inter causas armorum aliquantum intersit, tamen inter victorias non multum interfuturum. Alteros propemodum iam sumus experti: de altero, nemo est, quin cogitet, quam sit metuendus iratus victor armatus. Hoc loco 2
si videor augere dolorem tuum, quem consolando levare debeam, fateor me communium malorum consolationem nullam invenire praeter illam: quae tamen, si possis eam suscipere, maxima est quaque ego quotidie magis utor: conscientiam rectae voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum nec esse ullum magnum malum praeter culpam. A qua quoniam tantum absumus, ut etiam optime senserimus eventusque magis nostri consilii, quam consilium reprehendatur, et quoniam praestitimus, quod debuimus; moderate, quod evenit, feramus. Sed hoc mihi tamen non sumo, ut te consoler de communibus miseriis, quae ad consolandum maioris ingenii et ad ferendum singularis virtutis indigent.

---

intelligere, ac res fert.“ Sic Md. Neap. Asc. 1. Si hoc non placet, lege *videtur* Vict. 2. Sch Lün. *videatur* Cett. coniect. *OR.* — *coniectura.* Sic scripsi proxime ad Md.: *non quo, sed quod diff. e. c.* „Est autem aposiopesis: *non quo* alteri utri victoriam optem; uterque enim victor erit molestus. Sed quid tandem actum sit, uter vicerit, difficilis coniectura.“ *ORELLI.* Vulgo edebatur: *non quo ego certo sciam, sed quod haud difficilis erat coniectura. LÜN.* Erat autem difficile coniicere, Pompeiusne an Caesar vicisset, quia praeter incertam omnem belli fortunam ita magnae utrinque et ita paratae ad depugnandum copiae essent, ut, utercunque vicisset, non esset mirum futurum. *SCH.* — *Mars communis.* *ἀλλοπρός-αλλος* Homer. Iliad. V, 831. 889. Cic. de Orat. III, 42, 167. — *sunt.* Neap. Asc. 1. Crat. Ern. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. *sint. OR.* — *etiam si...interfuturum,* ein Gedanke, der schon ep. 488, 3, sich findet. Vgl. 496, 3. 452, 2. 468, 3. — *alteros,* Caesarianos. Caesaris enim partim clementiam, partim in proscribendis Pompeianorum bonis ceterisque institutis arrogantiam iam erant experti. — *de altero* vero Cn. Pompeio Magni filio eiusque crudelitate utique metuendum erat, si vicisset. *SCH.*

2. *debeam,* Lamb. *debebam.* Placet. *OR.* — *conscientiam* cet. hängt von *consolationem..praeter illam* ab. — *quoniam.* S. ep. DVIII, 2. — *tu.* S. Ramsh. §. 158, 1. Grotef. §. 284. — *Eius,*

Illud cuivis facile est docere, cur praecipue tu dolere nihil debeas. Eius enim, qui tardior in te levando fuit, quam fore putaramus, non est mihi dubia de tua salute sententia: de illis autem non arbitror te exspectare quid
3 sentiam. Reliquum est, ut te angat, quod absis a tuis tamdiu. Res molesta, praesertim ab iis pueris, quibus nihil potest esse festivius. Sed, ut ad te scripsi antea, tempus est huiusmodi, ut suam quisque conditionem miserrimam putet: et, ubi quisque sit, ibi esse minime velit. Equidem, nos quod Romae sumus, miserrimum esse duco, non solum quod in malis omnibus acerbius est videre, quam audire, sed etiam, quod ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, quam si abessemus; etsi me ipsum, consolatorem tuum, non tantum literae, quibus semper studui, quantum longinquitas tem-
4 poris mitigavit. Quanto fuerim dolore, meministi. In quo prima illa consolatio est, vidisse me plus, quam ceteros, quum cupiebam quamvis iniqua conditione pacem. Quod etsi casu, non divinatione mea factum est: tamen in hac inani prudentiae laude delector. Deinde, quod mihi ad consolationem commune tecum est, si iam vocer ad exitum vitae, non ab ea re publica avellar, qua carendum esse doleam, praesertim quum id sine ullo sensu futurum sit. Adiuvat etiam aetas et acta iam vita, quae quum cursu suo bene confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere, quo nos iam natura ipsa paene perduxerit. Postremo is vir vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, ut impudentia videatur eandem fortunam, si res cogat, recusare. Equidem mihi omnia propono: nec ullum est tantum malum, quod non putem impendere. Sed quum plus in metuendo mali sit, quam in ipso illo, quod

---

Caesaris, S. ep. DXVII, 2. — *putaramus.* Sic Lamb. Mart.-Lag. *putaremus* Cett. cum Md. — *de illis* scil. Pompeianis. Sic Md. Margo Crat. Bened. *aliis* Cett. *OR.*

3. *ab iis.* Md. Vict. 2. *ab his.* Crat. Vict. 1. *ab iis praes. OR.* „vorzüglich in Hinsicht solcher Kinder.“ Oder man supplire, quod absis *ab iis pueris.* — *acerb. est videre, quam audire.* S. ep. DXVII, 1. — *literae,* die Wissenschaften. Scil. mitigarunt. — *mitigavit.* Post *abessemus* defectus signa posuit Mart.-Lag. et verba *etsi me...mitigavit* collocavit post v. *quanto...meministi. OR.*

4. *quamvis* = quantumvis, wenn auch noch so. — *tamen hac* Crat. Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. Aliquoties tamen Cic. *delectari in aliqua re. OR.* — *prudentiae,* eines treffenden Blicks in die Zukunft. — *ab eu* i. e. tali *re p., qua* = ut ea. — *aetas.* Crat. *Adiuvat me aetas.* — *is vir,* Pompeius Magnus. — *ii,* Md. Vict. 2. *hi viri,* M. Bibulus, P. et L. Lentulus, L. Domitius, App. Claudius, alii. *MANUT.* — *propono* eoque sum ad omnia bene praeparatus.

timetur, desino: praesertim quum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus sit. Sed haec satis multa, vel plura potius, quam necesse fuit: facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. Servium discessise Athenis moleste tuli: non enim dubito, quin magnae tibi levationi solitus sit esse quotidianus congressus et sermo quum familiarissimi hominis, tum optimi et prudentissimi viri. Tu velim te, ut debes et soles, tua virtute sustentes. Ego, quae te velle quaeque ad te et ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo: quae quum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.

EPISTOLA DXXVII. (ad Div. VI. 10.)

Scr. Romae, fortasse mense Ianuario A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Trebiano exsulanti officia sua pollicetur eumque spe reditus mox a Caesare impetrandi solatur. 1—6.

M. CICERO TREBIANO S.

Ego, quanti te faciam semperque fecerim, quanti me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum — vel casus potius — diutius in armis civilibus commorandi semper mihi magno dolori fuit: et hic eventus, quod tardius, quam est aequum et quam ego vellem, reciperas fortunam et dignitatem tuam, mihi non minori curae est, quam tibi semper fuerunt casus mei. Itaque et Postumuleno et Sestio et saepissime Attico nostro proximeque Theudae, liberto tuo, totum me patefeci et haec his singulis saepe dixi, quacunque re possem, me

---

— *in metuendo* statt in metu; aber den Zustand bezeichnender. — *desino*, timere, metuere. — *benevol.*, mein Wohlwollen gegen Dich.

5. *Servium discessisse Athenis.* Non, quod de provincia decesserit, sed profectus erat ad alias Achaiae provinciae urbes; et postea Athenas rediit. *SCH.* S. ep. DXVII, 6. — *merita* de me tua.

TREBIANO. Dieser war dem Pompeius gefolgt und hatte nach der Pharsalischen Niederlage auch in Afrika gegen Cäsar gedient. Er lebte desshalb im Exsil und sein Vermögen war eingezogen.

1. *reciperas*, wieder erlangen wirst. Sic Taur. Med. Vict. 2. = *recuperas* Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *Postumuleno*, amico Trebiani. P. *Sestio* L. F. S. zu ep. XV im Anfange. — *haec his sing.* Sic Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *et haec iis s.* Sch. Lün. *et hoc his s.* Mart.-Lag. *OR.* — *paratam.*

tibi et liberis tuis satisfacere cupere: idque tu ad tuos velim scribas: haec quidem certe, quae in potestate mea sunt, ut operam consilium, rem fidem meam sibi ad
2 omnes res paratam putent. Si auctoritate et gratia tantum possem, quantum in ea re publica, de qua ita meritus sum, posse deberem: tu quoque is esses, qui fuisti, quum omni gradu amplissimo dignissimus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed, quoniam eodem tempore eademque de causa nostrûm uterque cecidit, tibi et illa polliceor, quae supra scripsi, quae sunt adhuc mea, et ea, quae praeterea videor mihi ex aliqua parte retinere, tamquam ex reliquiis pristinae dignitatis. Neque enim ipse Caesar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus a nobis: et omnes fere familiarissimi eius casu devincti magnis meis veteribus officiis me diligenter observant et colunt. Itaque si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi: quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus ad-
3 ducor ut sperem: agam per me ipse et moliar. Singula persequi non est necesse: universum studium meum et benevolentiam ad te defero. Sed magni mea interest hoc tuos omnes scire, quod tuis literis fieri potest; ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebiano. Hoc eo pertinet, ut nihil existiment esse tam difficile, quod non pro te mihi susceptum iucundum sit futurum.

4 Antea misissem ad te literas, si genus scribendi invenirem: tali enim tempore aut consolari amicorum est

---

Sic Md. Neap. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *parata* Asc. 1. Crat. Graev. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.*

2. *ordinis tui* equestris. Nam si senatorii fuisset, *ordinis nostri* dixisset, quum ipse Cicero senator esset; ideo et *dignissimus* dixit tamquam de equite iis honoribus digno, quos qui adepti sunt, non iam equestris sed senatorii ordinis dicuntur esse. *MANUT.* — *quoniam.* S. ep. DXXVI, 2. — *alienus,* abgeneigt. — *casu,* zufällig, glücklicher Weise. *quasi* Crat. Rursus e C1d. Regio Lall. cfr. tamen *Ep.* 12. §. 2. *omnes Caesaris familiares satis opportune* (= casu) *habeo implicatos* cet. *OR.* — *aditus* ad Caesarem = facultas cum eo . . . *agendi.* Antecedens pro conseq. — *incolumitate,* salute i. e. de tuo reditu in urbem, ne amplius exsulare cogaris.

3. *omnia Ciceronis* i. e. omnia praesidia, quae eius sunt s. quae sunt in eius potestate. — *patere,* zu Gebote stehen. Das Ganze statt: omnia *mea* patere *tibi.* Eine Antimeria nach Ramsh. §. 206, A, 1. — *mihi* pendet a V. *iucundum.*

4. *Antea,* Novae Epistolae initium contra Md. hic faciunt Vict. Lamb. Mart.-Lag.; imo appendicis (Postscript.) loco, quae sequuntur, adscripta sunt. — *invenirem,* wenn ich es schon möglich gefunden hätte, Dir Etwas tröstliches zu versprechen. Mart.-

aut polliceri. Consolatione non utebar, quod ex multis audiebam, quam fortiter sapienterque ferres iniuriam temporum quamque te vehementer consolaretur conscientia factorum et consiliorum tuorum. Quod quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis, in quibus te semper scio esse versatum: idque ut facias, etiam atque etiam te hortor. Simul et illud tibi, homi- 5
ni peritissimo rerum et exemplorum et omnis vetustatis, ne ipse quidem rudis, sed in studio minus fortasse, quam vellem, [et] in rebus atque usu plus etiam, quam vellem, versatus, spondeo, tibi istam acerbitatem et iniuriam non diuturne fore. Nam et ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad aequitatem et ad rerum naturam videtur: et ipsa causa ea est, ut iam simul cum re publica, quae in perpetuum iacere non potest, necessario reviviscat atque recreetur: quotidieque aliquid fit lenius et liberalius, quam timebamus. Quae quoniam in temporum inclinationibus saepe parvis posita sunt, omnia momenta observabimus neque ullum praetermittemus tui iuvandi et levandi locum. Itaque illud alterum, quod dixi, lite- 6
rarum genus quotidie mihi, ut spero, fiet proclivius, ut

Lag. Sch. Lün. de Ernest. coni. *invenissem*. Sed vide Matthiae *Epp. select.* p. 275. *OR.* Cicero se excusat, quod antea literas non miserit.

5. [*et*] Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened Mart.-Lag. Sed *et* delend. potius videtur, quam mutandum in *at* cum Neap. Asc. 1. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *in rebus atque usu*, im praktischen Staatsleben, ist dem *studio* literarum entgegen gesetzt. — *diuturne*. Servanda videbatur haec lectio Md. Asc. 1. Vict. 1. Graev. Bened., utpote in re nondum explorata: praesertim quum nulla excogitari possit causa, cur facillimum istud vocab. *diuturnam* Neap. Crat. Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. (poterant etiam *diuturniorem*. cfr. *Ep.* 13. §. 5.) in adverbium mutatum sit. Praeterea *diuturne* aeque bene cum verbo *esse* construi posse videtur, ac v. *diu, dudum, brevi*, eorumque composita (*id erit perbrevi* infra *Ep.* 12. §. 3.) *ORELLI.* — *qui plur. potest*, Caesar. — *delabi*, sich herabzulassen. — *ad rerum nat.*, zur Natürlichkeit, Humanität. — *revivescat.* Sic Md. Vict. 1. 2. = *reviviscat* Cett. *OR.* Denn das entgegengesetzte Benehmen war politisches Absterben, politischer Tod für Cäsar. — *quoniam.* So oben ep. DXXVI, §. 2. — *in temp. inclin.* i. e. mutationibus ..*posita sunt*, weil Dergleichen oft auf kleinen Neigungen, Veränderungen der Zeitumstände beruht. — *momenta*, günstige Augenblicke. — *locum*, Gelegenheit zu.

6. *illud alterum, quod dixi* (s. §. 4 im Anf.), ...*fiet proclivius*, und so wird es denn mit iedem Tage mir hoffentlich leichter werden, Briefe anderer Art, wie gesagt, Dir zu schreiben, Briefe, mein' ich, der Art, dass ich Dir auch Etwas versprechen kann.

etiam polliceri possim: id re, quam verbis, faciam libentius. Tu velim existimes et plures te amicos habere, quam qui in isto casu sint ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim, et me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas et magnum; quod est in uno te; quae sunt in fortuna, temporibus regentur et consiliis nostris providebuntur.

EPISTOLA DXXVIII. (ad Att. XII. 12.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De dote Tulliae a Dolabella repetenda, de loco ad fanum Tulliae exstruendum capiendo. 1. de personis in libris de Finibus inducendis: se quotidie scripturum, ut Attici literas eliciat. 2.

CICERO ATTICO S.

De dote, tanto magis perpurga. Balbi regia condi-

— *polliceri* de tua salute, de reditu. *proclivius* = facilius. S. Topic. 18: proclivia anteponuntur laboriosis; Caes. B. Civ. I, 48: quibus erat proclive transnare flumen; Terent. Andr. IV, 2, 18. Plaut. Capt. II, 2, 86 in proclivi esse. Die Metapher vom Abschüssigen entlehnt: Lucret. VI, 728: proclivus impetus. Gellius IX, 1: cum proclivior faciliorque iactus sit ex supernis in infima. — *concedere* tui studio. — *quod est in uno,* was Du allein in Deiner Gewalt hast. — *quae sunt in fortuna,* contra quae pendent a fortunae ludibrio. — *temporibus reg.* i. e. in temporum inclinationibus posita erunt.

1. *De dote,* „was die Zurückzahlung des Heirathsguts betrifft.“ Dazu war Dolabella verpflichtet, weil er sich von Cicero's Tochter Tullia geschieden hatte. Diese war (s. ep. 521.) gegen Ende Ianuars gestorben und zwar, wie es scheint, beim Vater auf dem Tusculanischen Gute. Vor Trauer darüber war Cicero nach Rom zurückgekehrt, aber nicht nach seiner Wohnung; sondern er hatte sich in's Haus des Attikus begeben, um durch dessen Umgang sich aufzuheitern. Vom Attikus reisete er nach Astura, von woher dieser und die zunächst folgenden Briefe an Attikus geschrieben sind. S. ep. ad Attic. XII, 40. In demselbigen Briefe meldet er, dass er sich (entweder nach seiner Rückkehr von Astura oder wahrscheinlicher vor seiner Reise dahin) in den hortis suburbanis, wahrscheinlich des Attikus, dreissig Tage aufgehalten habe. Aus der Berechnung dieser Tage ergibt sich aber, dass der Anfang der folgenden Briefe an Attikus auf den Monat März des Iahrs 709 zu setzen ist. S. Schütz z. d. St. — *tanto magis perpurga* scil. quo difficilius est, tanto magis perpurga i. e. explica, confice, so suche die Sache um so mehr auf's Reine zu bringen, ie mehr Schwierigkeiten sich dabei entgegenstellen. Nam turpe est rem impeditam iacere. — *Balbi regia conditio est delegandi,* die Art von Anweisung, die Balbus mir

tio est delegandi. Quoquo modo confice. Turpe est rem impeditam iacere. Insula Arpinas habere potest germanam ἀποθέωσιν; sed vereor, ne minorem τιμὴν habere videatur ἔκτροπος. Est igitur animus in hortis: quos tamen inspiciam, quum venero. De Epicuro, ut voles; etsi 2

---

anbietet, ist wirklich tyrannisch.“ Dolabella hatte in seiner Abwesenheit, wie es scheint, dem Balbus den Auftrag gegeben, Cicero'n zu befriedigen, dem dieser alsdann statt baares Geldes eine schlechte Anweisung an einen Dritten geben wollte. *Regia* kann ironisch für sordida, iniqua genommen werden. — *confice* rem. — *impeditam* = non expeditam, unberichtigt. — *Insula Arpinas* ...ἀποθέωσιν, „die Insel neben meiner Villa zu Arpinum kann wohl ein echtes Vergötterungsdenkmal (fanum Tulliae dedicandum) meiner verstorbenen Tullia umfassen, tragen.“ Sie ist gross genug dazu. Aus Cic. de Legg. II, 1 wissen wir, dass von den Flüssen Liris und Fibrenus auf dessen väterlichem Stammgute eine kleine Insel gebildet ward. — τιμὴν, dignitatem; ἔκτροπος, remota a via, devia, weil sie abgelegen ist. Significat locum ipsum non habere satis dignitatis et celebritatis. — *Est igitur anim. in hortis.* Darum hab' ich meinen Sinn darauf gesetzt, einen Garten (Park) ienseits der Tiber bei Rom zu diesem Zwecke zu kaufen (propter fluminis vicinitatem celebriorem). Vgl. ep. 535: *cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare; nihil video, quod tam celebre esse possit.* Er hatte sich desshalb auf seiner Reise nach Astura in Latium so lange daselbst aufgehalten, wie es scheint. Six distinxi cum Asc. 1. Vict. Haud displiceret ἔκτροπος οἶμος, ut sit ex poëta aliquo, ut ὀρθὸς οἶμος ap. Hesiod. Opp. 290. ἔκτροπος de susp. I. F. Gronovii recep. Ern. Sch. Lün. In Cdd. ἐκτρόπιμος vel ἐκγόνιμος vel ἐκτρόποιμος et γνώριμος. Ceteri sic distinguunt inde ab Lamb.: *videatur.* Ἔκτροπος *est. Igitur animus,* contra usum Ciceronis. Mox malim: *quos tum. ORELLI.*

2. *De Epicuro, ut voles,* „Was die Vertheidigung der Lehre des Epicurs in meinen Gesprächen über das höchste Gut betrifft; so will ich es damit halten, wie Du es für gut findest.“ Attikus scheint Einen genannt zu haben, dem Cicero die Vertheidigung des Epikurs in seinen Büchern de Finibb. übertragen möchte. Lego: *de Epicureo*; sic Ep. 23 pro *nobilis Epicureus* in Md. est *nobilis Epicurus,* et sic saepissime. Ipsum autem Epicurum sane nec Cicero unquam neque Atticus in libris de Finibb. disputantem introducturus erat; id quaerebatur, cuinam potissimum Epicureorum Romanorum, viventi etiam tunc, an mortuo partes eae tribuendae essent. *ORELLI.* Allein *de Epicuro* ist kurz gesagt statt de partibus Epicuri sustinendis, i. e. de Epicuri dogmate super summo bono contra adversarios defendendo. Sic ep. 535 2: *de Antonio* pro: de Antonii reditu; ep. 577, 1: *ad Clodiam*; 581, 2: *de Virgilio*; 585, 3: *Faberius.* — *etsi* (Sch. tacite *et*) μεθαρμόσομαι (de Ern. susp. pro μεθαρμόζομαι) *in posterum h. g. pers.* i. e. etsi posthac non eos, qui vivunt (nam hoc invidiosum est, quum omnibus satisfacere non possim, qui meos in libros induci vellent), sed antiquos i. e. eos, qui de vita excesserunt, inducam loquentes; quod invidiosum non est. Fecit autem hoc

μεθαρμόσομαι in posterum genus hoc personarum. Incredibile est, quam ea quidam requirant. Ad antiquos igitur: ἀνεμέσητον γάρ. Nihil habeo, ad te quod perscribam: sed tamen institui quotidie mittere, ut eliciam tuas literas; non quo aliquid ex iis exspectem; sed nescio quo modo tamen exspecto. Quare sive habes quid sive nihil habes, scribe tamen aliquid teque cura.

EPISTOLA DXXIX. (ad Att. XII. 13.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Atticae valetudine; de Bruti literis; de luctu suo. 1. de se apud Apuleium augurem, quod ad cenam aditialem non veniat, excusando; de Cocceio, ut pecuniam solvat, appellando. 2.

CICERO ATTICO S.

Commovet me Attica; etsi assentior Cratero. Bruti literae, scriptae et prudenter et amice, multas mihi tamen lacrimas attulerunt. Me haec solitudo minus stimulat, quam ista celebritas. Te unum desidero; sed literis non difficilius utor, quam si domi essem: ardor ta-

---

in libris de Oratore, in Catone et Laelio. *MANUT.* μεθαρμόσομαι = commutabo, ad alias personas transferam. — *requirant*, cupiant loquendi partes in meis libris sibi tradi. — ἀνεμέσητον γάρ, caret enim invidia; inducere veterum personas nulla est invidia. Sic ἀζηλότυπον ad Attic. XIII, 18. *CORRAD.* — *mittere* literas ad te. — *ex iis.* Sic Md. *his* Cett. — *nihil habes.* om. v. *quid, sive nihil habes* Md. Oxon. 2. *sive habes, sive non* Asc. 1. Crat. Nostrum supplem. habere videtur Oxon. 1. Habet Margo Crat. *OR.* — *teque cura*, und sorge für Dein Wohlsein.

1. *Commov. me Attica* i. e. sollicitat me filiae tuae valetudo. S. zu ep. DXV am Ende und CCCCLIII, 3. — *Cratero*, ihrem Arzte, nämlich darin, dass ihre Unpässlichkeit von keinen gefährlichen Folgen sein werde. Ueber diesen berühmten Arzt zur Zeit des Cicero und Augustus s. Horat. Sat. II, 3, 161 und Persius Sat. III, 65. — *Bruti*, der ihm von der Provinz Gallien her wegen des Todes seiner Tullia schriftlich sein Beileid hatte zu erkennen gegeben. — *scriptae* kurz st. quamvis scriptae sunt *prudenter et amice*, mit der behutsamsten Schonung. — *solitudo*, in qua hic lateo. Nach Tullia's Tode zog sich Cicero vom Tusculano nach Rom und von Rom nach dem Park des Attikus in der Nähe der Hauptstadt zurück. Weil ihm aber auch hier die grosse Menge der leidigen Tröster beschwerlich fiel, verbarg er sich eine Zeitlang in sein Landgut auf der Insel Astura, die der Fluss dieses Namens bei seinem Ausfluss in das Tyrrhenische Meer bildete. — *stimulat* i. e. doloris me admonet. — *literis non diff. utor*, von dem Studio der Wissenschaften mach' ich zu meinem Troste eben so bereitwillig Gebrauch. Vgl. den folg. Br. §. 3. — *domi*

men ille idem urget et manet, non mehercule indulgente me, sed tamen non repugnante. Quod scribis 2
de Appuleio, nihil puto opus esse tua contentione nec Balbo et Oppio; quibus quidem ille receperat, mihique etiam iusserat nuntiari se molestum omnino non futurum. Sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos, Laenas hoc receperat. Prende C. Septimium. L. Statilium. Denique nemo negabit se iuraturum, quem rogaris. Quod si erit durius, veniam et ipse perpetuum morbum iurabo. Quum enim mihi carendum sit conviviis, malo id lege videri facere quam dolore. Cocceium velim appelles. Quod enim dixerat, non facit. Ego autem volo aliquod emere latibulum et perfugium doloris mei.

---

tecum. Vgl. ep. 531. — *ardor* = dolor. — *non...indulgente* statt quamvis dolori non indulgeam (mich nicht hingebe), sed tamen non satis repugnem.

2. *de Appuleio.* Der Senator P. Appuleius war vermuthlich durch Cäsars Begünstigung in das Collegium der Augures aufgenommen und musste nun nach altem Herkommen ein mehrtägiges Gastmahl geben, bei welchem kein Augur fehlen durfte, wofern nicht drei Männer von Ansehen und er selbst eidlich bezeugten, dass er Krankheits halber nicht erscheinen könne. Auch musste er sich für ieden Tag entschuldigen lassen. S. ep. 531. Der Augur iedoch, welcher das Gastmahl gab, konnte ihm das Erscheinen und den Eidschwur mit der Formel erlassen: *se molestum omnino non futurum* d. i. er wolle ihn damit verschonen, ihm nicht weiter lästig fallen. — *contentione,* Mühe mich zu entschuldigen. — *nec Balbo et Oppio,* und dass Du Dich desshalb nicht an Balbus und Oppius zu wenden brauchest. — *ille,* Appius, *receperat* i. e. promiserat. S. d. folg. Brief §. 1. — Popillius *Laenas,* unus ex augurum collegio, hoc receperat, se curaturum ut Cicero apud Appuleium excusaretur. *MAN.* — *prende,* nimm noch dazu, scil. „ut cum Laenate me apud Appuleium excusent." Tribus enim testibus e collegio augurum ad excusandum morbi causa opus erat. Vid. ep. seq. — *C. Septimius* fuit praetor P. Lentulo Spinthere consule et ex collegio augurum. Vid. ad Famil. VIII, 8 et Orat. in Senat, p. Redit. c. 9. — *L. Statilius,* Taurus, idem augurum unus. — *quem rogaris.* Sch. Lün. de Manut. susp. *quemquem.* Deberet esse *quemcunque,* ut Ep. seq. §. 1. *OR.* — *durius,* sollte man sehr streng gegen mich sein wollen. — *perpetuum morbum,* dass ich krank a u f i m m e r sei. — *malo id.. facere* i. e. malo conviviis carere morbum iurans, quam propter dolorem filiae amissae id facere videri. — *Cocceium v. appelles* de pecunia, quam mihi debet. Sic enim Manutius. Fortasse tamen Cicero ab eo pecuniam mutuam sumere voluit *SCH.* „den Cocceius ersuche ich, zur Erfüllung seines Versprechens gerichtlich anzuhalten. — *latibulum,* einen heimlichen Winkel.

EPISTOLA DXXX. (ad Att. XII. 14.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De se apud Appuleium excusando. 1. de sponsione sua pro Cornificio. 2. de luctu suo et libro ad consolationem suam scripto. 3. de Bruti ad se literis; de Atticae morbo. 4.

CICERO ATTICO S.

De me excusando apud Appuleium dederam ad te pridie literas. Nihil esse negotii arbitror. Quemcunque appellaris, nemo negabit. Sed Septimium vide et Laenatem et Statilium. Tribus enim opus est. Sed mihi Laenas totum receperat.
2 Quod scribis a Iunio te appellatum; omnino Cornificius locuples est: sed tamen scire velim, quando dicar spopondisse, et pro patre, anne pro filio: neque eo minus, ut scribis, procuratores Cornificii et Appuleium praediatorem videbis.

---

1. *pridie.* Significatur epistola praecedens 529. — *Nihil esse neg.*, die Sache solle keine Schwierigkeit haben. — *vide*, sprich erst vor, versuch es vorerst beim. S. vorig. Brief. §. 2.

2. *a Iunio te app.*, Du seiest von Iunius gerichtlich belangt worden; nämlich als Cicero's bevollmächtigter Geschäftsträger. Iunius verlangte die Auszahlung des Geldes, was er dem Cornificius geliehen und für welches sich Cicero, wie er behauptete, verbürgt hatte, von dessen Procurator Attikus. *Iunius* „Ep. 17 (534) *Flavius* dicitur: alterutrum nomen corruptum videtur Heynio in *diss. de iure praediatorio* p. 30.“ Beier. *OR.* — *omnino Cornif. locupl. est*, so wisse, es hat keine Gefahr, weil Cornificius wirklich ein wohlhabender Mann ist.“ In diesem Falle konnte nach einem alten Gesetze, das in den Novellen Const. Iustiniani erwähnt wird, der Bürge (sponsor, fideiussor) nicht gerichtlich belangt werden; sondern der Schuldner selbst musste bezahlen. — (an) *pro patre, anne pro filio* i. e. pro Cornificio patre, anne Cornificio filio. Et pater quidem hoc tempore iam decesserat. Cornificius pater, iudex iustissimus, primus in Senatu mentionem de violatis a Clodio sacris fecit, Ciceronis competitor in Senatu. Vid. ad Famil. XII, 17. 22. ad Attic. 1, 13. Act. I. Verr. c. 10. Superioris autem filius, Caesaris quaestor, Ciceronis collega in auguratu, cui ille *Oratorem* suum commendabat, post bellum Africanum Africam provinciam obtinuit ibique permansit. Vid. ad Famil. XII, 17. 25. 19. VIII, 7. Ad eum scriptae sunt epistolae ad Famil. XII, 17—30. S. zu ep. 641 im Anf. Ueber *anne* s. Ramsh. §. 174, 3, Not. 2. Grotef. §. 343 u. 345. — *neque eo minus . . . videbis*, sprich iedoch auf ieden Fall mit . . . . darüber. *Q. Cornificii* filii, qui aberat, Syriae praepositus a Caesare; quod consilium tamen exitum non habuit: permansit enim in Africa provincia. — *praediatorem*, Landgüterhändler, um ihn vom Appuleius augur zu unterscheiden. Praediatores sunt, qui praedia publico obligata et vendenda emerunt in iisque pecunias suas collocarunt. Hi praediatores erant iuris praediatorii periti eamque scientiam usu harum rerum sibi paraverant, etiamsi non essent

Quod me ab hoc maerore recreari vis, facis, ut omnia: sed 3
me mihi non defuisse tu testis es. Nihil enim de maerore minuendo scriptum ab ullo est, quod ego non domi tuae legerim. Sed omnem consolationem vincit dolor. Quin etiam feci, quod profecto ante me nemo, ut ipse me per literas consolarer: quem librum ad te mittam, si descripserint librarii. Affirmo tibi nullam consolationem esse talem. Totos dies scribo; non quo proficiam quid; sed tantisper impedior, non equidem satis, — vis enim urget — sed relaxor tamen ad omniaque nitor, non ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, reficiendum; idque faciens interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus esse, nisi faciam. Solitudo aliquid adiuvat, sed multo plus proficeret, si tu tamen interesses: quae mihi una causa est hinc discedendi. Nam, pro malis, recte habebat: quamquam ipsum doleo. Non enim iam in me idem esse poteris. Perierunt illa, quae amabas. De 4

Iurisconsulti. Cf. Bachii diss. de iure praediatorio. *SCH.* Idem Appius esse videtur, quem Cicero (ad Attic. V, 11) nolebat praefectum in Ciliciam ducere.

3. *facis, ut omnia,* darin handelst Du, wie immer; das ist ganz Deiner steten Handlungsweise und Gesinnung gemäss. — *scriptum ab ullo* philosopho. — *vincit,* überwältigt, macht unkräftig. — *per literas,* durch einen Brief an mich selbst. Wohl seine Consolatio, wovon nur wenige Bruchstücke auf uns gekommen sind. — *esse,* vorhanden sei. — *non quo prof. quid* (Lamb. *aliquid*), nicht als wenn ich wirklich Etwas bei mir damit ausrichtete. — *impedior* statt dolor, maeror impeditur. — *equidem,* freilich nicht genug scil. impedior. — *vis enim* doloris *urget.* — *ad omniaque.* Sic Md. ex mea saltem collatione. Iens. Vict. agnoscitque Gesnerus in *Thes.* v. *nitor.* om. *ad* (Oxon. 1. 2.) Cdd. Malasp. et Bosii. Rom. Asc. 1. Crat. Lamb. Boss. Seqq.; in quo tamen merito offendit Ern. Fuitne?: *ad omniaque enitor* (ich richte mich an Allem empor), ut Liv. 21, 36 significatu proprio: *radices, ad quas . . quisquam eniti posset.* *ORELLI.* Instar vitis, quae, ut se erigat, claviculis suis quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur. Cic. Cato XV, 52. — *non ad anim. . . reficiendum,* wo nicht mein Gemüth, doch wenigstens meine Gesichtszüge ein wenig zu erheitern. Ueber *non . . . sed* s. Ramh. §. 181. über *ad omniaque* s. Ramsh. §. 179, B, 1. — *peccare,* unrecht daran zu thun. — *interdum* tamen *peccaturus esse* mihi videor, ein anderes Mahl deucht mir's, als wenn ich unrecht thun würde, wenn ich's nicht thäte. — *pro malis,* „denn für meine Leiden, für ein so trauriges Leben, wie das meinige, sollte das wohl gut sein. *habebat,* indicat. coni. loco. — *quamquam* = gleichwohl. — *ipsum doleo* scil. discedere i. e. id ipsum doleo, quod hinc mihi discedendum est, quia te carere nequeo, cui tamen ut me approbem suavemque meam consuetudinem reddam, ignoro. *GRONOV.* v. *id* ante *ipsum* de Marg. 1584. et Ern. sententia addidere Sch. Lün. Necesse non erat. Cfr. Hand *ad Wopkens.* 391. *OR.* — *illa, quae amabas,* ioci, facetiae, sales et alia id genus. *Corr.*

Bruti ad me literis scripsi ad te antea: prudenter scriptae: sed nihil, quod me adiuvaret. Quod ad te scripsit, id vellem, ut ipse adesset: certe aliquid, quoniam me tam valde amat, adiuvaret. Quod si quid scies, scribas ad me velim, maxime autem, Pansa quando. De Attica, doleo: credo tamen Cratero. Piliam angi veta: satis solitus es maerere pro omnibus.

EPISTOLA DXXXI. (ad Att. XII. 15.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De excusatione apud Appuleium; de solitudine sua; de literis ad Brutum scribendis.

CICERO ATTICO S.

Apud Appuleium, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser, videbis. In hac solitudine careo omnium colloquio; quumque mane me in silvam abstrusi densam et asperam, non exeo inde ante vesperum. Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. In ea mihi omnis sermo est cum literis. Eum tamen interpellat fletus: cui repugno, quoad possum. Sed adhuc pares non sumus. Bruto, ut suades, rescribam. Eas literas cras habebis. Quum erit cui des, dabis.

---

4. *antea*, epist. 529 init. — *sed nihil* continent, inest, *quod me adiuvaret.* Sic Asc. sec. Crat. *quod me adiuvarent* Md. Asc. pr. Vict, Man. *quo me adiuvarent* (Oxon. 1.) Lamb. Bos. Sqq. *OR.* — *Pansa quando* in provinciam Galliam Bruto successurus proficiscatur. Nam urbe iam antea paludatus exierat. cf. ep. 520, 3. *SCH.* — *De Attica.* S. d. vorig. Br. im Anf. — *Piliam,* Attici uxorem. Piliam iube de filiae valetudine securam esse eamque angi veta. — *satis solitus es maerere pro omnibus,* Deine Bekümmerniss reicht für Alle aus d. i. Du pflegst Dich für das ganzeHaus zu kümmern, dass Deine Hausgenossen solcher Sorgen können überhoben sein. Sic Cod. Decurt. Bened. Sqq. *angi veta*; *satis est maerere* Cd. Tornaes. prob. Lamb. in Curis sec. inserto tamen *me* ante v. *maerere. ORELLI.* Schütz., qui posteriorem lectionem amplectitur, sensum hunc esse voluit: „Satis est hoc tempore maerere pro omnibus i. e. communem rei publicae statum deflere; ut nihil opus sit Piliam sine causa angi periculo filiae, quod Craterus medicus nullum esse dicit.“ Sed praepositio *pro* i. e. omnium loco hanc interpretationem aegre admittat.

1. *Appuleium.* S. ep. 529, 2. 530, 1. *quoniam in perp. non placet* i. e. quoniam non placet tibi, ut in universum tempus, quo cenae dabuntur, apud Appuleium semel (ein für alle Mal) excusemur, videbis, ut in singulos dies. *MANUT.* — *abstrusi,* vertieft habe. — *asper.,* struppichten. — *Sec. te,* nächst Dir. — *sermo,* Unterhaltung. — *fletus.* Ehre für den grossen Mann, dass er sich dieser Zeichen der Menschlichkeit nicht schämte! — *pares,* huic fletui, gewachsen; dolorem nondum vinco. Vgl. d. vor. Brief. §. 3. — *Bruto.* S. ep. 529 im Anf. 530, 4.

EPISTOLA DXXXII. (ad Att. XII. 16.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Atticum se nolle scribit ad se venire; veretur, ne solitudinem suam Philippus tollat; dolorem suum literis non leniri sed obturbari.

CICERO ATTICO S.

Te, tuis negotiis relictis, nolo ad me venire: ego potius accedam, si diutius impediere. Etsi ne discessissem quidem e conspectu tuo, nisi me plane nihil ulla res adiuvaret. Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno: et, quum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. Nunc tamen ipsum sine te esse non possum. Sed nec tuae domi probabatur nec meae poteram; nec, si propius essem uspiam, tecum tamen essem. Idem enim te impediret, quo minus mecum esses, quod nunc etiam impedit. Mihi adhuc nihil prius fuit hac solitudine: quam vereor ne Philippus tollat. Heri enim vesperi venerat. Me scriptio et literae non leniunt, sed obturbant.

EPISTOLA DXXXIII. (ad Att. XII. 18.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De fano in honorem Tulliae exstruendo. 1. de epistola ad Brutum. 2. de domesticis quibusdam; de pecuniae solutione a Cocceio et Libone promissa; de excusatione apud Appuleium. 3. de Attici se conveniendi proposito. 4. — ep. 18, a. de Antonii adventu. 1. de eo, quod Terentia in obsignatoribus testamenti sui reprehenderit. 2.

CICERO ATTICO S.

Dum recordationes fugio, quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo: quod velim

---

1. *rel. negot.*, mit Verabsäumung Deiner Geschäfte. — *diutius*, zu lange. — *nunc* i. e. hoc ipso quidem tempore, ut alibi, ex. c. ep. 366. *SCH.* — *probabatur* scil. mihi te convenire, propter turbam ibi praestolantium. *GRONOV.* „es wollte mir in Deinem Hause der vielen Besuche wegen nicht ganz behagen; ich fand mich unbeholfen. — *nec meae poteram* esse (ausdauern, aushalten), propter eos scilicet, qui ad me visendum cursitaturi essent. *GRONOV.* — *prius.* Sic (Oxon. 1.) Vict. 1. 2. Bos. Seqq. *peius* Md. *aptius* Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Lamb. Fortasse: *antiquius. OR.* — *Philippus* i. e. L. Marcius Philippus, Caesaris familiaris et affinis, de quo supra Ep. 459. *SCH.* — *tollat*, Philippus werde mir den Trost der Einsamkeit rauben, verkümmern. — *venerat* im Briefstiel für venit, scil. in villam, quam Cicero habebat Asturae proximam. Vid. ad Attic. XIV, 11 (691.). — *scriptio et literae*, Schreiben und Lesen. — *leniunt* dolorem meum; *sed obturbant* me, aber es betäubt mich wenigstens.

1. *refugio a te admon.*, „vermeid' ich auch, Dich an das

mihi ignoscas, cuicuimodi est. Etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicant fieri id oportere, quod saepe tecum egi et quod a te approbari volo. De fano illo dico; de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. Equidem neque de genere dubito — placet enim mihi Cluatii — neque de re — statutum est enim — de loco nonnunquam. Velim igitur cogites. Ego, quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam consecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingeniis sumptorum et Graecorum et Latinorum: quae res forsitan sit refricatura vulnus meum. Sed iam quasi voto quodam et promisso me teneri puto; longumque illud tempus, quum non ero, magis me movet quam hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur. Habeo enim nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. Nam, dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fovebam dolores meos. Nunc omnia respuo; nec quidquam habeo tolerabilius, quam solitudinem: quam, quod eram veritus, non obturbavit Philippus. Nam, ut
2 heri me salutavit, statim Romam profectus est. Epistolam, quam ad Brutum, ut tibi placuerat, scripsi, misi ad

Bewusste zu erinnern. „Nämlich weil das ebenfalls die Erinnerung an Tullia u. den Schmerz über ihr Absterben wieder aufregt. — *cuic. est*, sollte es auch eine Schwachheit sein. — *De fano illo* Tulliae exstruendo et dedicando. S. ep. 528, 1. — *de genere* monumenti. — *dubito*, ich bin unschlüssig, ungewiss. — *Cluatii* forma, die Zeichnung, der Riss des Cluatius; der vermuthlich ein geschickter Baumeister war. S. ep. 553. — *de loco* tamen, quo fanum illud exstruatur, *nonnunquam* dubito. — *cogites* de loco eligendo. — *illam*, Tulliam, *consecrabo*, verewigen. — *omni genere . . . Latinorum*, durch Inschriften, aller Art, die ich von den besten Köpfen aller Gr. u. Röm. Dichter zu entlehnen gesonnen bin. „*et* pro *ab* leg. vel haec: *ab omnium . . Latinorum* delenda." Sch. susp. Non sine causa Sch. haesit in vulgata *ab omnium ingeniis scriptorum et Graecorum et Latinorum*, ut opinor, et propter *ἀσύνδετον* et propter contortam inversionem sine ulla causa adhibitam et propter *ἀκυρολογίαν* v. *scriptorum* pro *poëtarum*: si quidem manifesto intelliguntur epigrammata sepulchralia. His omnibus incommodis egregie medetur lectio Codicis sine dubio familiae Gallicae *sumptorum*, in Marg. 1584, quam recepi. *ORELLI.* — *teneri*, gebunden. — *quum*, wo. S. Ramsh. §. 203. IV. 1. b. — *hoc exiguum*, quum ero. — *Habeo enim nihil* bezieht sich auf *quod mihi tamen nimis longum videtur.* — *tent. reb. omn.*, obgleich ich Alles mögliche versucht habe. — *dum illud tractabam*, während ich an ienem Werke (de consolatione) arbeitete. — *antea scripsi*, ep. 530. — *fovebam* bähete d. i. linderte ich. Eine von den Aerzten entlehnte Metapher. — *non obturb. Phil.* S. ep. 532.

2. *ut tibi plac.* S. ep. 531 gegen Ende. — *misi ad te*, nempe

te. Curabis cum tua perferendam. Eius tamen misi ad te exemplum, ut, si minus placeret, ne mitteres. Do- 3
mestica quod ais ordine administrari, scribes, quae sint ea. Quaedam enim exspecto. Cocceius vide ne frustretur. Nam Libo quod pollicetur, ut Eros scribit, non incertum puto. De sorte mea Sulpicio confido et Egnatio scilicet. De Appu- 4
leio quid est, quod labores, quum sit excusatio facilis? Tibi ad me venire, ut ostendis, vide, ne non sit facile. Est enim longum iter, discedentemque te, quod celeriter tibi erit fortasse faciendum, non sine magno dolore dimittam. Sed omnia, ut voles. Ego enim, quidquid feceris, id quum recte, tum etiam mea causa factum putabo.

[EPISTOLA XII, 18. a.
CICERO ATTICO S.]

Heri, quum ex aliorum literis cognovissem de Antonii adventu, admiratus sum nihil esse in tuis. Sed erant pridie fortasse scriptae quam datae. Neque ista quidem curo. Sed tamen opinor propter praedes suos accucur-

---

cum hac ipsa ad Atticum epistola. — *Curab. . perferendam*, s. Ramsh. §. 171, II, A, 3. Grotef. §. 323. b.

3. *ord. admin.*, würden in bester Ordnung besorgt. — *Quaed. en. exsp.*, denn ich möchte von einigen häuslichen Angelegenheiten doch Etwas näheres wissen. — *ne frustretur*, d. i. kein Mittel finde, nicht zu bezahlen. S. ep. 529 am Ende. — *Libo*, ob L. Libo, der Schwiegervater des Sext. Pompeius? s. ad Famil. 1, 1. VII, 4, XI, 7. ad Attic. VII, 12. Ein anderer L. Libo wird erwähnt ad Attic. XII, 5. XIII, 30. Brut. 23. — *ut Eros scribit*, nach Dem, was mir Eros schreibt. Eros, Attici libertus (s. ad Attic. VI, 1. XV, 15. 20); a quo diversus Eros Philotimi servus (ad Attic. X, 13.) et Eros Q. Turii libertus (ad Famil. XII, 26.). — *De sorte mea . . scilicet*, wegen Sicherheit meines dem Cocceius u. dem Libo geliehenen Capitals verlasse ich mich auf die beiden Bürgen, den Sulpicius u. Egnatius. Ueb. Sulpic. s. ep. 365 im Anf.; über den Ritter und Geldhändler Egnatius Rufus ad Famil. XIII, 43. ad Atticum IV, 12. VIII, 18. X, 15. — *quid est quod labores*, wie kannst Du Dir in Hinsicht des Appuleius so viele Sorgen machen? S. ep. 529, 2. u. 530, 1. u. 531, 1.

4. *Tibi τὸ ad me venire* cet., Sieh' nur zu, dass Deine Reise zu mir, wozu Du mir Hoffnung machst, eben so leicht sei. — *celeriter*. S. ep. 532, wo von den vielen Geschäften des Attikus die Rede ist. — *Sed omnia* facias, feceris.

1. *Heri.* Novae epistolae hinc initium fecit cum Ms. Ionius. Recte. Ceterum nota in Edd. Asc. utraque, Crat. Vict. 1. huius libri Epp. 1—26. continuari. Divisiones tamen iam significari coeptae sunt in Victoriana. *OR.* Vielleicht ist Dieses alles nur eine Nachschrift. — *de Antonii adventu.* Dieser war vor Kurzem von Rom abgegangen, um nach Spanien zum Cäsar zu reisen; aber auf halbem Wege in grösster Eile nach Rom zurückge-

2 risse. Quod scribis, Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui: primum tibi persuade me istaec non curare neque esse quidquam aut parvae curae aut novae loci. Sed tamen quid simile? Illa eos non adhibuit, quos existimavit quaesituros, nisi scissent, quid esset. Num id etiam mihi periculi fuit? Sed tamen faciat illa, quod ego. Dabo meum testamentum legendum cui voluerit: intelliget non potuisse honorificentius a me fieri de nepote, quam fecerim. Nam quod non advocavi ad obsignandum, primum mihi non venit in mentem; deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. Tute scis — si modo meministi — me tibi tum dixisse, ut de tuis aliquos adduceres: quid enim opus erat multis? Equidem domesticos iusseram. Tum tibi placuit, ut mitterem ad Silium: inde est natum,

---

kommen. Denn es nahete die Zeit heran, wo er das für die in der Auction gekauften Güter des Cn. Pompeius dem Cäsar schuldige Geld bezahlen musste. Um also seine Bürgen nicht im Stich zu lassen; kehrte er so schnell zurück. S, Philipp. II.: ne L, Plancus praedes suos venderet.

2. *Terentiam*, seine erste, vor einiger Zeit von ihm entlassene Gemahlinn. — *loqui*, „halte sich über die Wahl der Zeugen meines Testaments öffentlich auf." Terentia hoc reprehenderat, quod Cicero in obsignando testamento testes fere tantum homines domesticos adhibuerat. *SCH.* Sie hätte den Argwohn geäussert, als ob Cicero ihr Grosskind vernachlässigt habe, indem keine Zeugen aus den Verwandten des Vaters Dolabella, sondern der Bruder der zweiten Gemahlinn u. s. w. von Cicero dazu genommen wären. *queri* coni. in M. 1584. — *primum* ohne folgendes *deinde.* S. Grotef. §. 442. Ramsh. §. 206, B, 6, e über diess Anantapodoton. — *curae*, nämlich ihrentwegen. — *Sed tamen quid simile?* Ausserdem hat es auch mit meinem Testamente eine andere Bewandtniss als mit dem ihrigen. — *Illa*, Ern. susp. *Ipsa.* — *non adhibuit*, nicht zum Besiegeln des ihrigen zugezogen. — *quaesituros*, sie würden Umstände machen, sich weigern, Zeugen zu sein. — *quid esset* = den Inhalt des Testaments, den sie verheimlicht wissen wollte. — *id . . periculi fuit*, hatt' ich Das etwa auch zu befürchten? — *Sed tamen . . quod ego*, sie soll aber nur dasselbe thun, was ich thue. — *cui voluerit*, Wem ihr beliebt. — *non potuisse* cet., „dass ich meinen Enkel nicht ehrenvoller hätte bedenken können, als ich gethan habe." *de nepote* Lentulo puero, Tulliae ex Dolabella filio. S. ep. DXLVI. am Ende. — *non advocavi* amicos et ornatos viros, sed domesticis contentus fui praeter Silium et Publilium. — *primum*, scito, das kam daher; weil ich nicht daran dachte. — *ea re*, desswegen. — *non venit* in mentem, *quia nihil attinuit*, weil Nichts darauf ankam. — *adduceres* testes ad obsignandum testamentum. — *Equidem dom. iuss.*, ich wollte erst bloss einige meiner Hausgenossen dazu bestellen. — *ut mitterem ad Silium*, dass ich auch den Silius dazu einlüde. *Silium*, a quo Cicero hortos emere volebat, in quibus monumentum Tulliae poneret. V. ad Attic. X, 13. XII, 24. 25. 26. 27. 29. 30. 31. 33. 35. — *inde est natum*, diess gab denn Anlass. — *ad*

ut ad Publilium. Sed necesse neutrum fuit. Hoc tu tractabis, ut tibi videtur.

EPISTOLA DXXXIV. (ad Att. XII. 17).

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De se apud Appuleium excusato; de sponsione pro Cornificio; de Pansae profectione; Atticam et Piliam salvere iubet.

CICERO ATTICO S.

Marcianus ad me scripsit me excusatum esse apud Appuleium a Laterense, Nasone, Laenate, Torquato, Strabone: iis velim meo nomine reddendas literas cures, gratum mihi eos fecisse. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis xxv. spopondisse dicit Flavius, etsi reus locuples est et Appuleius praediator liberalis, tamen velim des operam, ut investiges ex consponsorum tabulis, sitne ita? — mihi enim ante aedilitatem meam nihil erat cum Cornificio:

Publ. mitterem, fratrem Publiliae, quam nuper Cicero altero et sexagesimo vitae anno uxorem duxerat. S. zu ep. DXV. DL. DXXXIX. DXLII. — *Sed nec. neutr. fuit.* Bekannter Massen wurden nur sieben Zeugen erfordert, die ihr Siegel unter das Testament setzten, um zu bezeugen: sie hätten aus des Testators Munde gehört, dass alles in dem Testamente Enthaltene wirklich sein letzter Wille sei. — *Hoc tu tract.*, ich überlasse Dir diesen Punct mit Terentien abzumachen.

1. Tullius *Marcianus*, Einer von Cicero's Freigelassenen. — *ap. Appul.* S. zum vorig. Br. §. 3. — *a Laterense.* Sic scribendum erat, ut in Planciana, 1. *Laterensi* Cett. *OR.* M. Laterensis, e Iuvenciis (Attic. II, 17), studiosus Ciceronis, praetor ignorantissimus iuris civilis (ad Attic. XII, 17.), augur (ad Divers. X, 21.), legatus Lepidi (ad Divers. VIII, 8. X, 23.). in rem publicam fide insignis. Orat. Vatin. c. 11. — *Naso.* Idem est P. Naso, qui provinciam a M. Antonio assignatam recusavit. Vid. Philip. III, 10. — *Laenas.* S. ep. DXXX im Anf. DXXIX, 2. — *Torquato.* Hic alius est Torquatus, ab A. et L. Torquato diversus, et ipse, ut reliqui hic nominati, inter augures erat. *SCH.* — *Strabone.* Utrum hic sit M. Strabo Laenas, quod Corradus putat; qui Ciceronem exsulem una cum fratre Q. Brundisii in hortos suos receperat (cfr. Ep. 251 et orat. pro Planc. c. 41. pro Sext. c. 63.), incertum est. *SCH.* Drei Collegen Cicero's im Augurate wären hinlänglich gewesen. — *iis*, Asc. 2. Crat. Vict. 1. Lamb. *his.* *OR.* — *redd. liter. cur.*, sie schriftlich wissen zu lassen. — *pro Cornificio.* S. ep. 530, 2. — *reus*, is, a quo pecunia petitur. — *locuples est* atque adeo non timendum, ne pro hac sponsione solvere debeam. S. ep. 530, 2. — *liberalis*, minime fraudulentus, qui nobis et facile et sine dolo sponsionum iura ostendet. — *tab.*, Rechnungsbüchern. — *nihil erat cum*, ich stand in gar keinem Verkehr mit. — *ante aedil.* Aedilis war Cicero 685. Von da bis 709, wo dieser Brief

potest tamen fieri; sed scire certum velim — et appelles procuratores, si tibi videtur. Quamquam quid ad me? Verumtamen. Pansae profectionem scribes, quum scies. Atticam salvere iube et eam cura, obsecro, diligenter. Piliae salutem.

EPISTOLA DXXXV. (ad Att. XII. 19.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De loco ad fanum Tulliae exstruendum eligendo. 1. de Cocceio, Libone, et iudicatu suo quae Atticus egerit, sibi probari; de sponsione sua pro Cornificio; de Antonii reditu. 2. de Pansae profectione 3. de transactione cum Terentia. 4.

CICERO ATTICO S.

Est hic quidem locus amoenus et in mari ipso, qui et Antio et Circeiis adspici possit: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, quae

---

geschrieben, waren 24 Iahre verflossen. — *pot. t. fieri,* gleichwohl könnt' es möglich sein. — *et appelles* hängt von *velim* ab. — *appelles procur.* Cornificii, u. dass Du alsdann die Geschäftsträger des Cornificius belangtest. — *Quamquam,* gleichwohl, zwar. *quid ad me,* quum, etiamsi spoponderim, Cornificius tamen locuples ipse solvere possit ac debeat, antequam ii, qui pro eo spoponderunt, appellentur. *SCH.* — *Verumtamen,* doch, auf allen Fall! — *Pansae prof.* S. ep. 530, 4. — *eam cura.* S. ep. 530, 4.

1. *hic . . locus,* nempe Asturae. — *amoenus* fano in honorem Tulliae exstruendo. — *qui* = quum, „so dass er als ein Eiland von den Vorgebirgen Actium und Circeii zu beiden Seiten kann gesehen werden;" denn die kleine Insel lag nicht fern vom Ausflusse der Astura in's Meer. — *adspici possit,* quod scil. ad celebritatem monumenti Tulliae exstruendi pertinebat. *SCH. Circeiis.* Sic scripsi, ut solet v. c. ap. Liv. 1, 56 cet. *Circaeis* Cett. *OR.* — *ineunda nobis ratio est,* wir müssen darauf bedacht sein. — *dominorum* i. e. omnium, quicumque olim mea praedia vel hereditate vel emptione possidebunt. Vgl. ep. 557: *sepulcri similitudinem* cet. — *quae* scil. mutationes. Sic Md. a pr. m. *qui* Cett.; quod ineptum est. Deberet enim saltem esse: *qui innumerabiles esse possunt. OR.* — *si modo haec stabunt,* wenn es anders mit Diesem allem, mit dergleichen hier auf Erden lange dauert. — *illud* fanum, monumentum Tulliae. — *quasi consecratum,* gleichsam als einer Gottheit geheiligt. Tale fanum enim non nisi collegio pontificum adhibito consecrari poterat nec nisi in eorum honorem, quos publice populus in deorum numerum referri vellet. Quare dixit *quasi* templum aliquod publice consecratum. Dadurch, dass er diess Monument ein *fanum* wollte geheissen wissen, suchte er demselben religiöse Achtung zu verschaffen (s. ep. 558. *nollem illud ullo nomine nisi fani appellari.*), damit es unversehrt erhalten würde. Eben desshalb zog er auch dessen Aufstellung in Transtiberinischen Gärten vor, wo es vom Publico mehr in Augenschein genommen würde, als an einem so ein-

innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate — si modo haec stabunt — illud quasi consecratum remanere possit. Equidem iam nihil egeo vectigalibus et parvo contentus esse possum. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, et quidem ob hanc causam maxime: nihil enim video, quod tam celebre esse possit; sed quos, coram videbimus; ita tamen, ut hac aestate fanum absolutum sit. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis. De Cocceio et Libone quae scribis, approbo; maxime, 2
quod de iudicatu meo. De sponsu, si quid perspexeris: et tamen quid procuratores Cornificii dicant, velim scire; ita ut in ea re te, quum tam occupatus sis, non multum operae velim ponere. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer. Illis egi gratias. Te tamen, ut iam ante ad te scripsi, scire volo me neque isto nuntio esse perturbatum nec iam ullo perturbatum iri. Pansa si hodie, ut putabas, profectus est, 3
posthac iam incipito scribere ad me, de Bruti adventu quid exspectes, id est, quos ad dies. Id, si scies ubi iam sit, facile

---

samen Orte auf seinem Landgute Astura.. — *vectigalibus*, der Renten, die ich aus dem Grund u. Boden, der dazu soll gewidmet werden, beziehen könnte; od. überhaupt: ich bedarf nicht vieler Renten und scheue folglich die Kosten zur Errichtung und Conservirung eines solchen Denkmahls nicht. — *hortos*. S. ep. 528, 1. — *celebre*, ut monumentum a multis adspici, coli, servari possit; „keinen Platz, der so sehr in die Augen fiele und so häufig besucht würde." — *sed quos* paraturus sim hortos. — *ita tamen*, iedoch so bald. — *Tu tamen . . . conf. de columnis*, „mach Du indessen noch vor meiner Ankunft den Handel wegen der Marmorsäulen mit Apelles von Chios richtig." Ohne Zweifel will er also auch zum Denkmahle Säulen vom buntgefleckten u. dauerhaften Marmor der Insel Chios ausgewählt haben. S. Plin. H. N. XXXVI. Ein anderer Bildhauer Apella wird von Plinius XXXIV, 8 erwähnt.

2. *De Cocc. et Lib.* S. ep. DXXXIII, 3. — *de iudicatu meo*, von meinem Richteramte, de officio iudicandi; wovon auch nicht einmahl die Augures dispensirt waren. Man sieht, unsern Cicero hatte das Loos getroffen, Einer der Richter vom Senatorischen Stande für dieses Iahr zu sein (ut in iudiciis sederet); aber Attikus hatte ihm beim Cäsar Dispensation erwirkt, so dass er desshalb nicht nach Rom zurückzukehren brauchte. — *De sponsu*, was meine Bürgschaft für Cornificius betrifft. S. ep. 534. — *perspex.*, herausgebracht hast; scil. ex sponsorum tabulis. — *ita ut*, iedoch so, dass. — *De Antonio* i. e. de eius repentino in urbem reditu. S. ep. 533, 4. — *cum Oppio* st. et Oppius. — *ne perturb.*, damit ich mich desshalb nicht beunruhigte. — *ullo* nuntio, durch irgend eine andere.

3. *Pansa.* S. ep. DXXXIV. sub fin. u. DXXX, 4. — *quos ad dies* Bruti adventum exspectes. Pansa sollte den Brutus in der Provinz Gallien ablösen.

4 coniectura assequere. Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe totum negotium. Vides et officium agi meum quoddam, cui tu es conscius, et, ut nonnulli putant, Ciceronis rem. Me quidem id multo magis movet, quod mihi est et sanctius et antiquius; praesertim quum hoc alterum neque sincerum neque firmum putem fore.

EPISTOLA DXXXVI. (ad Att. XII. 20.)

Scr. Asturae postero die post superiorem A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Respondet Attici literis, inprimis ad eius hortationem, ut se tam graviter dolere dissimularet. 1. et aliquot quaestiones historicas ei proponit. 2.

CICERO ATTICO S.

Nondum videris perspicere, quam me nec Antonius commoverit nec quidquam iam eiusmodi possit commovere. De Terentia autem scripsi ad te iis literis, quas dederam pridie. Quod me hortaris, idque a ceteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam graviter dolere; possumne magis, quam quum totos dies consumo in literis? Quod etsi non dissimulationis, sed potius leniendi et sanandi animi causa facio, tamen, si mihi minus pro-
2 ficio, simulationi certe facio satis. Minus multa ad te

4. *et offic. agi m. quodd.*, dass einer Seits meine Pflicht und Ehre dabei betroffen ist; and'rer Seits das Interesse meines Sohns Cicero. S. ep. 533, 2. — *me quidem id* scil. officium meum. S. epist. 538. — *hoc alterum . . . firmum.* „Terentia neque, ut opinor, cogitat de filii re, quum cogitare se simulet: et, si cogitat, in sententia non permanebit.“ Notat malitiam Terentiae, quum dicit *neque sincerum;* levitatem, quum addit *neque firmum. MANUT.* Terentia behielt immer freie Hand, über ihr Vermögen nach Belieben zu verfügen.

1. *Antonius* statt Antonii reditus; wie ep. DXXXV, 2 *de Antonio.* — *de Terentia* d. i. wegen baldiger Zurückbezahlung ihres ihm zugebrachten beträchtlichen Vermögens; auch wegen des Testaments. — *a ceteris* amicis. — *possumne magis*, scil. dissimulare, vermag ich denn das mehr zu thun? — *quam quum totos.* Sic scripsi de I. Fr. Gronovii sententia. *quam quod t.* Md. Oxon. 1. 2. cet. (*quod* ortum ex *quam*). *magis, qui* de Malasp. et Faërni susp. Lamb. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *in literis*, mit Lesen u. Schreiben. — *tamen . . . facio satis,* „so thue ich, wenn ich auch für mich in Hinsicht meines Schmerzes zu wenig damit ausrichte, doch sicher für Verhehlung desselben genug. „Ueber die Anastrophe s. Ramsh. §. 206, B, 1. Warum er seinen Schmerz nicht so sehr sollte merken lassen, zeigt Sch. zum folg. Br. §. 2.

scripsi, quod exspectabam tuas literas ad eas, quas ad te pridie dederam. Exspectabam autem maxime de fano, nonnihil etiam de Terentia. Velim me facias certiorem proximis literis, Cn. Caepio, Serviliae Claudii pater, vivone patre suo naufragio perierit, an mortuo; item Rutilia vivone C. Cotta, filio suo, mortua sit, an mortuo. Pertinent ad eum librum, quem de luctu minuendo scripsimus.

EPISTOLA DXXXVII. (ad Div. IX. 11.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Respondet Dolabellae, qui se de Tulliae morte nuntium accepisse et Ciceronis literas desiderare significaverat. 1—2.

CICERO DOLABELLAE.

Vel meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, quam eo casu, quo sum gravissime afflictus: quem ferrem certe moderatius, si te haberem. Nam et oratio tua prudens et amor erga me singularis multum levaret. Sed quoniam brevi tempore, ut opinio nostra est, te sum visurus, ita me affectum offendes, ut multum a te possim iuvari: non quo ita sim fractus, ut aut hominem me esse oblitus sim aut fortunae succumbendum putem; sed tamen hilaritas illa nostra et suavitas, quae te prae-

2. *tuas literas ad*, Deine Antwort auf. — *de fano* Tulliae erigendo. — *Cn.* Servilius *Caepio*, qui cum Q. Marcio Philippo a. 585 consul fuit. Vid. Brut. c. 20, 78. Cat. 5. 5. Liv. XLIII, 11. — *Claudii* scil. uxoris. Etwa des Appius Claudius Pulcher, welcher 611 mit Q. Caec. Metell. Consul war? — *Rutilia*, P. Rutilii soror. Vid. Brut. c. 29. *CORRAD.* Vgl. ep. 540, 2. P. Rutilius Lupus, L. Iulii collega in consulatu 664, bellum sociale gessit, in quo periit. Vid. Or. Font. 15. — *C.* Aurelius *Cotta*, 679 consul, ex consulatu in Galliam profectus nullo certo hoste triumphi cupiditate flagravit, cuius spem ei mors brevi ademit. Summus aetatis suae orator inducitur disputans de Nat. Deor. Libr. III. cfr. Orat. I, 8. III, 3. Brut. 90. Verrin. III, 7. Caecin. 33 et cet. — *an mortuo* mortua est. Quippe quae illum in exsilium sit secuta et postea reductum fortiter amiserit. Vid. Senec. ad Helvidiam c. 16. *SCH.* Cicero legte dem Attikus, welcher der Römischen Familien so kundig war, dass er nach Cornel. XXV, 18 deren Geschichte sorgfältig aufzeichnete, öfter solche historische Fragen vor.

DOLABELLAE. S. zu ep. DXIX im Anf.

1. *eo casu*, als wegen des Unfalls, dass Tullia gestorben ist. — *si te hab.* Welch' ein Compliment! Auch im peinlichsten Schmerz verlässt den Cicero seine politische Besonnenheit nicht einen Augenblick. — *oratio*, Zuspruch. — *quoniam.* S. ep. 526, 2. — *ita . . . affectum*, in einem solchen Gemüthszustande finden. — *non quo*, nicht als ob. — *hilaritas*, Frohsinn.

ter ceteros delectabat, erepta mihi omnis est. Firmitatem tamen et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti.
2 Quod scribis proelia te mea causa sustinere: non tam id laboro, ut, si qui mihi obtrectent, a te refutentur, quam intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo; ignoscasque brevitati literarum mearum: nam et celeriter una futuros nos arbitror et nondum satis confirmatus [*sum*] ad scribendum.

EPISTOLA DXXXVIII. (ad Att. XII. 21.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Reprehendit quaedam in libro Bruti in laudem Catonis perperam scripto. 1. de hortis fano Tulliae exstruendo emendis. 2. de Terentiae negotio. 3. de pecunia Oviae curanda. 4. denique Attico, qui eum in forum revocaverat, cur ab eo refugiat, exponit. 5.

CICERO ATTICO S.

Legi Bruti epistolam eamque tibi remisi, sane non prudenter rescriptam ad ea, quae requisieras. Sed ipse viderit: quamquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam putat de animadversione dixisse; quam

2. *proelia...sustinere*, Schlachten bestehest. Scil. adversus eos, qui Ciceronem apud Caesarem in invidiam adducere cupiebant eumque non tam ob filiae mortem quam ob rei publicae conversionem lugere calumniabantur. *SCH.* — *id laboro*, ich bin darüber in Sorgen. — *si qui*, die etwa. — *intelligitur*. Vict. 2. *intelligetur*. — *una futur. n.*, „dass wir bald wieder zusammen sein werden.“ Dolabella war beim Cäsar in Spanien. — [sum] e necessario suppl. Vict. 2. Seqq. om. *sum* Md. Vict. 1. (*sum confirmatus* iam Crat.). *OR.* „ich habe mich noch nicht genug wieder erholt.“ Man sieht es dem ganzen Briefe an, dass die Ehescheidung zwischen Dolabella und Tullia mit guter Art und zwar aus Politik vollzogen war.

1. *prudenter*. Cd. Oxon. 2. Ball. Graev. Lall. *pudenter*, quod multis placebit. Non sine causa tamen reiecit Ern. cfr. Lib. 13, 1: *Prudentissime etiam ad Tullios* (scripsisti.). *OR.* Quae reprehendit Cicero, magis sunt inscitiae quam impudentiae. *ERN.* Brutus hatte eine Lobschrift auf Cato verfertigt, die sich besonders über sein öffentliches Leben und seinen republikanischen Charakter ausbreitete. Attikus, dem er sie mittheilte, bemerkte darin historische Unrichtigkeiten, und legte diese Ausstellungen mit seiner gewöhnlichen Bescheidenheit in Form von Zweifeln oder Fragen dem Brutus vor, worauf dieser in seiner trockenen vornehmen Manier antwortete, aber in der Antwort viele Unwissenheit verrieth. — *illud turpiter ignorat*, obgleich es ihm wenig Ehre macht, dass er von der Geschichte seines Onkels nicht besser unterrichtet ist. — *de animadversione*, „über die Bestrafung der

omnes ante dixerant praeter Caesarem: et quum ipsius Caesaris tam severa fuerit, qui tum praetorio loco dixerit, consularium putat leniores fuisse, Catuli, Servilii, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellii, Volcatii, Figuli, Cottae, L. Caesaris, C. Pisonis, etiam M'. Glabrionis, Silani, Murenae, designatorum consulum. Cur ergo in sententiam Catonis? Quia verbis luculentioribus et pluribus rem eandem comprehenderat. Me autem hic laudat, quod retulerim, non quod patefecerim, quod cohortatus sim, quod denique ante, quam consulerem, ipse iudicaverim. Quae omnia quia Cato laudibus extulerat in caelum perscribendaque censuerat, idcirco in eius sententiam est facta discessio. Hic autem se etiam tribuere multum mihi putat, quod scripserit, „optimum consulem." Quis enim ieiunius dixit inimicus? Ad cetera vero tibi quemadmodum rescripsit? Tantum rogat, de senatus consulto ut corrigas. Hoc quidem fecisset, etiam si a Ranio

---

Mitverschworenen des Catilina mit dem Tode." Dass Cato zuerst dafür gestimmt habe, ist auch nach Sallust. de B. Cat. c. 46 unwahr. — *praeter Caesarem,* da doch Alle vor Cato dafür gestimmt hatten mit Ausnahme des Cäsars, der nicht dafür war. Denn Cato konnte im Senate als Tribunus plebis vor dem Prätor Cäsar nicht herstimmen. — *tam severa fuerit,* da die Abstimmung des Cäsars, der auf der Prätorbank sass, so streng gewesen sei. Is tamen, ut est ap. Sallust. c. 47., censuerat coniuratos illos, qui in custodiam traditi erant, publicatis bonis, per municipia in perpetua custodia habendos esse. *SCH.* — *Silani,* qui ut primus consul designatus primus sententiam dixerat. *SCH.* — *Quia.* Davor erg. Senatus consultum illud, de coniuratis capitale supplicium sumendum esse, Cicerone consule referente, in Catonis potius, quam in Silani sententiam decretum est, *quia* cet. — *compreh.,* weil er Dasselbe, was iene sagten, bestimmter und ausführlicher vorgetragen hatte. Cato, teste Sallustio, ab omnibus consulibus designatis et consularibus, oratione finita, vehementer collaudatus erat. *SCH.* — *hic,* in illo syntagmate in Catonis laudem conscripto *laudat* Brutus. — *retuler.,* dass ich die Sache vor den Senat gebracht. — *cohort. sim* senatum, dass ich dem Senat Muth eingesprochen. — *iudicaverim,* i. e. quod, quum ad senatum retulissem de coniuratione deprehensa, non exspectarem, ut dicerent et, quid sibi videretur esse faciendum, ostenderent; sed, antequam illos consulerem, i. e. sententiam rogarem, censuerim ipse de coniuratis supplicium esse sumendum. Cfr. Orat. Catil. IV. *SCH.* — *laud. ext. in cael.* Harum laudum in Oratione, quam Sallustius Catoni tribuit, nullum est vestigium. *SCH.* — *discessio,* die Abstimmung. — *putat* Brutus. — *quod scripserit* i. e. me appellarit. — *Quis...inimicus,* Welcher unter meinen Feinden drückte sich iemals nüchterner über mich aus? — *de senatus cons. ut corrig.,* bloss, das Nöthige in Betreff des Senatsbeschlusses zu verbessern; als wenn sonst keine Unrichtigkeiten sich vorfänden. — *a Ranio admonitus esset* i. e. a vili quodam scriba,

2 admonitus esset. Sed haec iterum ipse viderit. De hortis, quoniam probas, effice aliquid. Rationes meas nosti. Si vero etiam a Faberio aliquid accedit, nihil negotii est. Sed etiam sine eo posse videor contendere. Venales certe sunt Drusi, fortasse et Lamiani et Cassiani: sed
3 coram. De Terentia non possum commodius scribere, quam tu scribis. Officium sit nobis antiquissimum. Si quid nos fefellerit, illius malo me quam mei poenitere.
4 Oviae C. Lollii curanda sunt HS. C. Negat Eros posse sine me; credo, quod accipienda aliqua sit et danda aestimatio. Vellem tibi dixisset. Si enim res est, ut mihi scribit, parata nec in eo ipso mentitur, per te confici
5 potuit. Id cognoscas, et conficias velim. Quod me in

---

ut Ranio: nempe ei hunc honorem habuisset, ut ab eo errorem illum corrigi vellet. *Ranius*, forsan libertus Bruti. *Ranii* nomen occurrit in lapide apud Gruterum. — *Sed...viderit,* doch auch Das möge er vor sich selbst verantworten.

2. *de hortis.* S. ep. 535, 1. — *rat. meas,* wie weit meine Finanzen reichen. — *Si..accedit,* „geht noch von Faberius Etwas Geld ein, so ist die Sache desto leichter." Mit diesem stand Cicero in Geldverkehr. S. ep. 543. u. 547, 4: Faberiana modo res certa sit. Faberius Ciceronis debitor. Vid. ad Attic. XII, 25 29. 31. 51. XIII, 2. 8. 29. 30. 33. XV, 13. — *contendere,* unsern Plan durchsetzen, zu recht kommen. — *Drusi* horti. Forsan illius Drusi, qui memoratur ad Divers. VIII, 14 XI, 19. ad Attic. II, 7. IV, 15. 16 — *Lamiani et Cassiani,* qui sunt Lamiae et Cassii horti. Luc. Aelius Lamia, eques Romanus et negotiator in Asia, memoratur ad Famil. XI, 16. 17. XII, 29. ad Attic. XIII, 45. in Senat. p. red. 5. Sext. 3. Plin. VII, 52. Valer. Max. I, 8. *Lamiae* contra habitatores mundi in Q. Ciceronis domo in Carinis. Vid. ad Q. Fratr. II, 3. Ueber Cassius s. zu ep. CCXLI im Anf.

3. *commodius,* schicklicheres. — *sit .. antiq.,* die Pflicht muss uns über Alles gehen. — *Si quid nos fef.* cet., kommen wir auch dabei zu kurz, so will ich doch lieber, dass sie Unrecht habe, als ich.

4. *Oviae C. Lollii* scil. uxori. „an Ovia muss der Werth von 100,000 Sestertien (= 10,000 Flr.) gezahlt werden." Vermuthlich eine noch von Terentia herrührende Schuld. S. ep. 542, 1. und 548 am Ende. Ueber Lollius vgl. ad Attic. II, 2. — *Eros,* S. ep. 533, 3. — *posse sine me* curari; *sine me,* nisi ego adsim. MANUT. — *quod accip...aestimatio* i. e. quod res s. possessio aliqua ab arbitris, quanti ante civile bellum fuisset, aestimata a debitoribus meis accipienda mihi sit et Oviae, cui ipse debeo, tradenda; weil noch manches Besitzthum meiner Schuldner in meiner Gegenwart abzuschätzen, von mir anzunehmen und dann der Ovia einzuhändigen sei. Caesar constituerat, ut arbitri darentur, per quos possessionum et rerum, quanti quaeque earum ante bellum fuissent, aestimationes fierent atque illae creditoribus traderentur (Vid. Caes. B. Civ. III, c. 1 et sup. 451.). MANUT. — *Id cognoscas,* Kunde von der Sache zu nehmen.

forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quid enim mihi [cum] foro, sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos aequo animo videre non possum? Quod autem homines a me postulare scribis, ut Romae sim, neque mihi, ut absim, concedere, aut † quatenus eos mihi, concedere: iam pridem scito esse, quum unum te pluris quam omnes illos putem. Ne me quidem contemno: meoque iudicio multo stare malo quam omnium reliquorum. Neque tamen progredior longius, quam mihi doctissimi homines concedunt: quorum scripta omnia, quaecunque sunt in eam sententiam, non legi solum, quod ipsum erat fortis aegroti, accipere medicinam, sed in mea etiam scripta transtuli, quod certe afflicti et fracti animi non fuit. Ab his me remediis noli in istam turbam vocare, ne recidam.

EPISTOLA DXXXIX. (ad Att. XII. 7.)

Scr. Asturae A. U. C. 709. (a. C. 45.) mense incerto, sed, ut videtur, Martio.

Quid cum Cicerone filio coram egerit, exponit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Quae desideras, omnia scripsi in codicillis eosque Eroti dedi breviter, sed etiam plura quam quaeris; in iis de Cicerone; cuius quidem cogitationis initium tu

---

5. *in forum* ad agendas causas, als ein Zerstreuungsmittel wieder Rechtshändel zu übernehmen — *bonis m. reb.*, florente fortuna, in meinen guten Tagen. — *cum foro,* scilic. commune est, Was hab' ich mit dem Foro zu schaffen. om. *cum* Md. a pr. m. Cd. in 1584. Vict. 1. 2. Bos. Habent Md. a sec. m. eiusque asseclae, Edd. cett. *OR.* — *sine iud.*, *sine curia,* ohne gesetzmässigen Gerichtshof, ohne unabhängigen Senat, — *aut † quatenus eos mihi concedere.* Haec vv. e *διττογραφίᾳ* s. falso supplemento accessisse censuerunt Muret. Graevius; del. ea Sch. Lün. Retinuit Lamb., scribens: *aut aliquatenus.* Margo 1584 *aut quadamtenus.* Placet. *OR.* „oder inwieweit sie es oder dass sie es mir nur in gewisser Maasse erlaubten. S. Ramsh. §. 195, II, 1. a. u. b. Zumpt §. 603. Grotef. § 412. Anm. — *iam pridem..esse, quum* = ex quo, dass es lange her ist, seit Du allein mir mehr giltst als sie alle. — *meo iudicio..stare,* meinem eigenen Kopfe folgen. *que* = sed. — *reliquorum* iudicio. — *quae sunt in eam sent.*, über diesen Gegenstand. — *Ab his..remediis,* von dieser Cur. — *ne recidam,* damit ich keinen Rückfall bekomme. Ich bin der Meinung der alten Philosophen, dass ruhige wissenschaftliche Beschäftigung, nicht politisches Getümmel, das beste Zerstreuungsmittel sei.

1. *eosque Eroti dedi* statt *quos Er. d.* oder codicillis Eroti datis. — *in iis.* Ern. volebat *in his.* — *de Cicerone,* in Betreff des

mihi attulisti. Locutus sum cum eo liberalissime: quod ex ipso velim, si modo tibi erit commodum, sciscitere. Sed quid differo? Exposui te ex me detulisse, ecquid vellet, ecquid requireret: „velle Hispaniam, requirere liberalitatem.“ De liberalitate, dixi, quantum Publilius, quantum flamen Lentulus filio. De Hispania, duo attuli, primum idem, quod tibi, me vereri vituperationem: non satis esse, si haec arma reliquissemus? etiam contraria? Deinde fore, ut angeretur, quum a fratre familiaritate et omni gratia vinceretur. Velim magis liberalitate uti mea quam sua libertate: sed tamen permisi; tibi enim intellexeram non nimis displicere. Ego etiam atque etiam cogitabo teque, ut idem facias, rogo. Magna res: [et] simplex est manere; illud anceps. Verum videbimus.
2 De Balbo, et in codicillis scripseram et ita cogito, si-

w. vermiethete. Die ansehnliche Miethe (ex his insulis), die er von da bezog, sollte sein Sohn zur Reise nach Athen und zum Aufenthalte daselbst verwenden. — *non iniquum,* also nicht zu wenig. — *contentus futurus erat,* leicht zufrieden sein würde. Indic. coniunct. loco. — *ex iis,* Vict. 1. *his.* — *Praestabo,* ich will dafür stehen, ich versichere. — Calpurnium *Bibulum,* Manlium *Acidinum,* Valerium *Messalam,* hos nobilissimos iuvenes Athenas studiorum causa profecturos Cicero audiverat *MANUT.* B i b u l u s, der Sohn des Consuls vom I. 695. S. ad Famil. II, 17. *Acidinus,* wol ein Verwandter des ad Famil. V, 12 u. ad Attic. IV, 3 erwähnten Acidinus; *Messala,* wol der, welcher unter August sich so glänzend machte, und den schon Cicero im Brutus c. 15 pries. — *recipietur* scil. ab illis. — *conductores* mei, meine Miethleute. — *quanti* velint conducere tabernas aut domos in Argileto et Aventino. — *ut sit, qui ad diem solvat,* dass der Miethsmann von der Art sei, dass er auf den Tag die Miethe zahlen könne. Lamb. *sint... solvant.* Allein Cicero fällt nicht selten aus dem Plural in den Singular. — *quid viatici,* wie Viel Reisegeldes. — *instrumenti,* Reisegeräths. — *Iumento,* Equipage, Pferde.

1. *de Cicerone* Athenas mittendo. Comes intelligendus L. Tollius Montanus, de quo in sequentibus epistolis est. *ERNESTI.* S. ep. 582. — *de prima pensione.* Vid. ep. DXXI, 5. Popma sic exponit: exigamus primam pensionem dotis a Dolabella, antequam Ciceronem Athenas mittamus. S. zu ep. 528: *De dote* —

et ille currit. Scribe, quaeso, quid referat Celer egisse Caesarem cum candidatis; utrum ipse in Foeniculariam, an in Martium campum cogitet. Et scire sane velim, numquid necesse sit comitiis esse Romae. Nam et Piliae satisfaciendum est, et utique Atticae.

EPISTOLA DLII. (ad Att. XII. 33.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De hortis Transtiberinis emendis. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Ego, ut heri ad te scripsi, si et Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se praebuerit, Damasippum velim aggrediare. Is, opinor, ita partes fecit in ripa

---

dies solutionis. — *ille currit*, Dolabella in Hispaniam ad Caesarem properat. *SCH.* Allein Dolabella war wol schon in Spanien. S. ep. 519, 3. 537 und 637. 663, 2. *currit* ist desshalb so viel als: er läuft in der Welt umher; entläuft der Zahlung. — *Celer*, wohl der Geschäftsträger des Attikus, der ep. 392 genannt wird. — *cum candidatis*, die, weil sie in den nächsten Comitien um Ehrenämter anhalten wollten, zum Cäsar nach Spanien gereiset waren, um sich ihm zu empfehlen und seinen Willen zu erspähen. — *utrum ipse in Foenic., an in Mart. camp. cogitet.* Sensus: „Scribe, quid Celer referat Caesarem egisse cum candidatis; utrum ipse eos ad honores petendos in campum Foenicularium an in campum Martium evocare cogitet, ut ibi comitiis habendis praesit?“ *SCH.* Cicero würde sich diesen Hohn nicht erlaubt haben, wenn er beim Schreiben dieses Briefes schon vom völligen Siege des Cäsars über die Pompeianer in Spanien Etwas gehört und nicht immer noch gute Hoffnung für Letztere gehegt hätte. Am 19. Februar hatte Cäsar Ategua in Spanien eingenommen; am 17. März aber die entscheidende Schlacht bei Munda über die Pompeianer gewonnen. Ueber den campus *Foenicularius* in Spanien schreibt Strabo III, 4: „fert autem haec via Tarraconem versus a Pompeii tropaeis per campum Iuncarium et Vetera et per eum, qui Latina lingua foenicularius campus (das Fenchelfeld) dicitur a copia foeniculi, quam gignit.“ — *esse Romae.* Nempe si liberam populo magistratus creandi potestatem Caesar concessisset, Cicero Romae quibusdam candidatis auctoritate sua et gratia inservire poterat. *SCH.* Cicero wollte nicht gerne nach Rom; aber er musste auf diesen Fall dahin. *Nam et Piliae satisfac. est.* Videtur utique cognatus aliquis Piliae, fortasse frater, inter illos candidatos honorum petendorum fuisse. *SCH.* — *Atticae* ut eam invisam.

1. *ut heri ad te scripsi.* Haec epistola periit. *SCH.* — *Silius is* i. e. difficilis in hortis vendendis. *MANUT.* S. ep. 549. 542, 3. — *Damasipp. aggred.*, dass Du den Damasipp. angehest. S. ep. 547 am Ende. — *in ripa* scil. *Tiberina.* Nam hortos Transtiberi-

nescio quotenorum iugerum, ut certa pretia constitueret; quae mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur, quid-
2 quid egeris. Vehementer me sollicitat Atticae nostrae valetudo: ut verear etiam, ne qua culpa sit. Sed et paedagogi probitas, et medici assiduitas et tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari vetat. Cura igitur. Plura enim non possum.

EPISTOLA DLIII. (ad Div. IX. 13.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Rogat, ut Suberino et Planio reditum in patriam a Caesare impetret; eosque ita excusat, ut ostendat casu quodam et necessitate coactos Pompeii partes in Hispania secutos esse. 1—4.

CICERO DOLABELLAE S.

C. Subernius Calenus et meus est familiaris et Leptae nostri familiarissimi pernecessarius. Is quum vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum, ut in ea provincia esset, in qua nemo nostrûm post Afranium superatum bellum ullum fore putarat, incidit in ea ipsa mala, quae summo studio vitaverat. Oppressus est enim bello repentino: quod bellum commotum a Scapula, ita postea confirmatum est a Pompeio,

---

nos quaerebat Cicero, ut celebri loco Tulliae fanum exstrueretur. — *quotenorum iuger.*, Damasippus suos hortos in partes diviserat, et qualibet parte nescio quotena iugera continebantur, certo cuiusque partis pretio *MANUT.* — *quidquid egeris,* Was Du mit ihm darüber wirst unterhandelt haben.

2. *Atticae n. valet.* S. ep. 542, 3. — *ne qua culpa sit,* dass die Schuld davon irgend woran liege. — *Sed et* = und doch. — *tota domus... diligens* = domesticorum omnium diligentia, und der Geist der Pünctlichkeit, der überall in Deinem Hause herrscht. Concretum pro Abstracto. — *Plura* cet. Denn Mehr kann ich Dir darüber nicht sagen.

DOLABELLAE. S. zu ep. 389 im Anf.

1. *Subernius.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. *Suberinus* Cett. *OR.* — *Calenus,* von Cales, dem ietzigen Calvi im Neapolitanischen. — *Leptae,* qui Ciceronis in provincia praefectus fabrûm fuerat. *MANUT.* Er war gleichfalls aus Cales. S. ep. DXXI. — *vitandi belli* civilis in Italia. — *cum M. Varrone,* Cn. Pompeii Magni legato. — *post Afran. superat.* Unum nominat Pompeii legatorum. Plenius dixisset: *post Afranium, Petreium et Varronem superatos. SCH.* — *studio,* mit der grössten Sorgfalt. — *Oppr. est en. bello rep.,* denn er wurde durch den plötzlichen Ausbruch des Krieges überrascht. — *a* Tito Quinctio *Scapula.* Is enim post Scipionis ad Thapsum cladem a militibus in Hispania una cum Aponio dux

ut nulla ratione ab illa miseria se eripere posset. Eadem 2
causa fere est M. Planii Heredis, qui est item Calenus, Leptae nostri familiarissimus. Hosce igitur ambo tibi sic commendo, ut maiore cura, studio, sollicitudine animi commendare non possim. Volo ipsorum causa: meque in eo vehementer et amicitia movet et humanitas. Lepta vero quum ita laboret, ut eius fortunae videantur in discrimen venire, non possum ego non aut proxime atque ille aut etiam aeque laborare. Quapropter, etsi saepe expertus sum, quantum me amares, tamen sic velim tibi persuadeas, id me in hac re maxime iudicaturum.
Peto igitur a te vel, si pateris, oro, ut homines miseros 3
et fortuna, quam vitare nemo potest, magis, quam culpa calamitosos conserves incolumes: velisque per te me hoc muneris quum ipsis amicis hominibus, tum municipio Caleno, quocum mihi magna necessitudo est, tum Leptae, quem omnibus antepono, dare. Quod dicturus sum, puto 4
equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. Res familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix equestris. Quapropter quoniam iis Caesar vitam sua liberalitate concessit nec est, quod iis praeterea magno opere possit adimi, reditum, si me tantum

---

electus Hispaniam Baeticam a Caesare abalienavit, deinde se cum Cn. Pompeio Magni filio coniunxit. Vid. Dion. Cass. XLIII, 29 seq. Eius interitum narrat auctor de Bello Hispan. c. 33. *SCH.*

2. *M. Planius Heres,* ein bloss aus dieser Stelle bekannter Römischer Landedelmann. — *Volo ipsor. causa,* ich bin ihnen gut, nehme mich schon um ihrer selbst willen der Sache an. — *humanitas,* mein Menschengefühl. — *ita laboret, ut,* in so grosser Sorge darüber ist, als ob sein Vermögen auf dem Spiele stände. — *proxime atque ille,* nicht viel weniger als er. S. Ramsh. §. 179, B, 4, Not. 1. Grotef. §. 353. — *labor,* in Sorgen stehen, sein. — *id..iudicaturum,* dass ich aus diesem Falle vorzüglich Deine Liebe erkennen werde.

3. *si pateris,* wenn Du das von einem Freunde vertragen kannst. — *oro,* ich flehe Dich an. — *conserv. incol.,* schadlos stellest. — *per te,* durch Deinen Beistand. — *hoc muneris...dare,* diesen Dienst...zu leisten, zu opfern.

4. *Quod dict. sum,* Was ich noch hinzusetzen will. — *vix equestris,* „kaum so gross als das Vermögen eines Ritters sein muss.“ Ein solcher musste zur Zeit des Cicero 400,000 Sestertien = 40,000 Flor. oder 16,666⅔ Thaler Vermögen besitzen. S. Horat. Ep. I, 1, 57: si quadringenis sex septem millia desunt, Plebs eris. Diese Darstellung ihres geringen Vermögens konnte den Cäsar bewegen, sie aus der Zahl der Geächteten wieder auszustreichen. — *quoniam.* S. ep. 526 2. — *liberal.,* Grossmuth. — *nec est, quod.* S. Ramsh. §. 184, 2, N. 1. 2. Grotef. §. 432. Anm. 2. — *magno opere,* Bedeutendes. — *reditum..confice,* so erwirke ih-

amas, quantum certe amas, hominibus confice. In quo nihil est praeter viam longam: quam idcirco non fugiunt, ut et vivant cum suis et moriantur domi. Quod ut enitare contendasque vel potius ut perficias — posse enim te mihi persuasi — vehementer te etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DLIV. (ad Div. XIII. 15.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Praecilium adolescentem Caesari commendat. 1—3.

CICERO CAESARI IMP. S.

Praecilium tibi commendo unice, tui necessarii, mei familiarissimi, viri optimi filium; quem quum adolescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum et amorem erga me singularem mirifice diligo; tum patrem eius, re doctus, intellexi et didici mihi fuisse semper amicissimum. En, hic ille est de illis, maxime qui irridere atque obiurgare me solitus est, quod me non tecum, praesertim quum abs te honorificentissime invitarer, coniungerem.

Ἀλλ᾽ ἐμὸν οὔ ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Audiebam enim nostros proceres clamitantes:

Ἄλκιμος ἔσσ᾽, ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.
Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

---

nen die Erlaubniss zur Rückkehr. — *In quo nihil est*, freilich ist für sie dabei Nichts zu holen, zu gewinnen. — *idcirco*. S. Ramsh. §. 187, II, 2. Grotef. §. 366. — *enitare*, zu erstreben. — *cont.*, Dich darum eifrig zu bemühen.

CAESARI IMP. Caesar imperator salutatus erat Ategua capta xi. Kal. Mart. h. a. Vid. auct. d. Bell. Hisp. c. 19. Eius rei fama exeunte Martio Romam pervenisse poterat. *SCH.* In media commendatione egregie interponit excusationem sui erroris, quod Pompeii partes secutus sit. Prodit autem arte mira se tamen ad honestum consilium abreptum fuisse, cuius nunc quidem poeniteat.

1. *Praecilium*, Neap. *Procilium. OR.* — *re doctus*, durch die That, Erfahrung belehrt, überzeugt. — *de illis* del. cum Cdd. Regg. Lall. Sch. Lün. (= *Hic ille est maxime* Margo Crat.) Sane haeremus in vulgata. Puto fuisse: *amicissimum. Unus hic ille est de illis, maxime qui* cet. *OR.* — *solitus est*, Lamb. *soliti sunt. OR.* — *Ἀλλ᾽ ἐμὸν κ. τ. λ.*, sed meum nunquam animum in pectore inflexit i. e. at nunquam poterat animo meo persuadere, cui quasi nebula quaedam erat obiecta. Ex Homer. Odyss. VII, 258. — *proceres*, *ἀνακτας*, Pompeianos. Ludit apud Caesarem, et tamen serio ostendit suam sententiam. — *Ἄλκιμος . . . εἴπῃ*, strenuus esto, quo te et posterorum aliquis laudet. Ex Homer. Odyss. I, 302. — *Ὡς νεφέλη ἐκ. μέλ.*, nubes enim tegebat atra. Ex Homer. Odyss. XXIV,

Sed tamen iidem me consolantur: etiam hominem perus- 2
tum, etiamnum gloria volunt incendere atque ita loquuntur:

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Sed me minus iam movent, ut vides. Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta *Εὐριπίδου.*

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Quem versum senex Praecilius laudat egregie et ait posse eundem et *ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω* videre et tamen nihilominus

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Sed, ut redeam ad id, unde coepi: vehementer mihi gra- 3
tum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quae est singularis, comprehenderis et ad id, quod ipsorum

315. „So denn umhüllte schwarzes Nebelgewölk meine Seele" d. i. so verirrte ich mich denn verblendet zur Pompeianischen Partei. Cicero erkennt seinen Irrthum an. Haec *ὡς ... μέλαινα* post *ἔπειθεν* contra Md. transponunt Vict. 1. Ern. Sch. Lün. *OR.* Aber es folgt gleich *iidem me consolantur* in Bezug auf seine Verirrung.

2. *iidem*, qui irridere atque obiurgare me soliti sunt. — *perustum* i. e. qui propter inanem gloriam damnum accepi. Sic *ambustus* Orat. Milon. c. 5 dicitur de eo, qui ex iudicio capitali vix evasit et cum famae detrimento. Cicero igitur significat se, quum inter arma Pompeii et Caesaris civilia quiescere potuisset, tamen inani gloria ductum Pompeianas partes sequendo male affectum fuisse. *SCH.* — *volunt incendere* i. e. vocibus suis me commovere, ut Romam veniam et in senatu foroque res publicas tractem. Vid. ep. DXLI, 1. DXXXVIII, 5. „Aber dieselben trösten mich ietzt und wollten sogar einen Mann, der sich schon ganz verbrannt hat, auch ietzt wieder und abermahls durch eit'le Ruhmgier in Brand stecken." *etiam.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *et iam* Graev. Ern. *et* Sch. Lün. *etiamnum gloria.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *perustum et inanem gloria* Bas. Crat. *perustum, inani gloria* Lamb. Ern. *et hominem, iam perustum inani gloria, etiamnum volunt* de Sch. coni. Lün. *ORELLI.* — *Μὴ . . . ἀπολοίμην κ. τ. λ.* Versiculi sunt Homeri Iliad. XXII, 304 sq., ubi eos Hector pronuntiat: *ne negligenter* (i. e. nulla re praeclara gesta) *et sine gloria peream, sed magno aliquo edito facinore et ad posteritatem commemorando.* — *ut vides*, quoniam prorsus abstineo publicis negotiis. *SCH.* — *Μισῶ . . . σοφός*, sapientem odi, qui sibi ipse non sapit. Est versiculus ex incerta Euripidis tragoedia. — *senex*, pater. — *eundem σοφὸν, ὅστις αὑτῷ σοφός.* — *ἅμα . . ὀπίσσω*, futura et praeterita pervidere, quod est prudentiae. *SCH.* Ex Homer. Iliad. I, 343. — *Αἰὲν . . . ἄλλων, semper fortiter agere et aliis praestare.* Ex Homer. Iliad. XI, 784. Cicero videtur respicere gloriam, quam sibi cum maxime ex libris philosophicis parabat. *SCH.* Cicero entschuldigt sich beim Cäsar, ohne sich wegzuwerfen, und sagt ihm Worte voller Bedeutung, die er am Ende des Briefs wieder überzuckert.

3. *comprehenderis*, complexus fueris, complectaris. S. Ramsh.

Praeciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meae. Genere novo sum literarum ad te usus, ut intelligeres non vulgarem esse commendationem.

EPISTOLA DLV. (ad Div. XIII. 16.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Apollonium, P. Crassi libertum, Caesari in Hispania contra Pompeii filios bellum gerenti commendat. 1—4.

CICERO CAESARI S.

P. Crassum ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum: et de eo quum ab ineunte eius aetate bene speravissem, tum perbene existimare coepi, iis iudiciis, quae de eo feceras, cognitis. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, quum ille viveret, et magni faciebam et probabam. Erat enim et studiosus Crassi et ad eius optima studia vehementer aptus: itaque ab eo admodum
2 diligebatur. Post mortem autem Crassi eo mihi etiam dignior visus est, quem in fidem atque amicitiam meam reciperem, quod eos a se observandos et colendos putabat, quos ille dilexisset et quibus carus fuisset. Itaque et ad me in Ciliciam venit multisque in rebus mihi magno usui fuit et fides eius et prudentia: et, ut opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum studio et fidelitate consequi
3 potuit, non defuit. Quod quum speraret te quoque ita

---

§. 164, III, 7. — *addid . . . commend. meae*, und Deine eigene Geneigtheit gegen die Präcilier an sich selbst (Vater u. Sohn) durch oder auf meine Empfehlung noch steigern wolltest. *Cumulus commendationis* est cumulus ex commendatione. *ERNESTI.* — *Genere novo.* Cäsar war ein Liebhaber von Literatur, Versen, Inpromptus. Figura occupatio.

1. *P. Crassum* Liciniae gentis, plebeiae; M. Crassi a Parthis interempti filium. Vid. epist. CXXXI. *SCH.* — *nobilitate.* Nobiles enim et plebeii generis homines dicebantur ob honores ab eorum parentibus et maioribus praeclare gestos. *MANUT.* — *perbene.* Sic dedi de Schützii susp. prob. Madvig. 1. p. 71. Similiter, sed minus probabiliter volebat Lambin. edens: *tum optime exist.* Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *tum per me. OR.* — *iis iudic.* Sic Ern. Sch. Lün. *ex iis iud.* Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. *OR.* — *feceras.* Sic Madvig. l. l. *feceram* corrupte Ceteri cum Md. *OR.* *existimare*, v. lem. eine gute Meinung hegen, ihn schätzen. — *cognitis* i. e. penitus perspectis planeque cognitis. Nam antea coniecturâ tantum Cicero de Crasso iudicaverat et quasi auguratus erat. *SCH.*

2. *post mortem Crassi*, der mit seinem Vater im Kriege wider die Parther umkam. — *quem* = ut eum nach dignus. S. Ramsh. §. 184, 5. Grotef. §. 403. — *in Ciliciam*, quum huic provinciae praefectus essem. — *non defuit* = praestitit.

3. *Quod* = desshalb. S. Ramsh. §. 182, Not 1, d). — *non*

existimare, in Hispaniam ad te, maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me auctore est profectus. Cui ego commendationem non sum pollicitus, non quin eam valituram apud te arbitrarer, sed neque egere mihi commendatione videbatur, qui et in bello tecum fuisset et propter memoriam Crassi de tuis unus esset, et, si uti commendationibus vellet, etiam per alios eum videbam id consequi posse. Testimonium mei de eo iudicii, quod et ipse magni aestimabat et ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur hominem cognovi 4
et studiis optimis deditum, idque a puero. Nam domi meae cum Diodoto Stoico, homine meo iudicio eruditissimo, multum a puero fuit. Nunc autem, incensus studio rerum tuarum, eas literis Graecis mandare cupiebat. Posse arbitror: valet ingenio: habet usum: iam pridem in eo genere studii literarumque versatur: satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinionis meae testimonium: sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudentia iudicabis. Et tamen, quod negaveram, commendo tibi eum. Quidquid ei commodaveris, erit id *mihi* maiorem in modum gratum.

EPISTOLA DLVI. (ad Att. XII. 34 et 35 init.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Scribit se in Siccae suburbanum venturum. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Ego hic vel sine Sicca — Tironi enim melius est — facillime possem esse, ut in malis: sed, quum scribas videndum mihi esse, ne opprimar; ex quo intelligam te certum diem illius profectionis non habere: putavi esse commo-

---

quin, nicht als ob nicht. S. Ramsh. §. 186. Grotef. §. 394. — *qui* = quum is *et in bello* cet.

4. *Diodot. Stoic.*, Cicero's Lehrer in der Dialektik, welcher behauptete: *a non esse ad non posse non valet consequentia.* Er starb im I. R. 695. S. ad Divers. IX, 4. ad Attic. II, 20. Brut. 90, 309. Acadd. IV, 36, 115. Tuscul. Disputt. V, 39. — *laud. tuar.*, Deiner rühmlichen Thaten. Metonymie. S. Ramsh. §. 203, 2, c. — *cupiebat.* Ern. coni. Sch. Lün. *cupit.* — *mihi.* Sic Bos. Lamb. (Beng.) om. *mihi* Ceteri cum Md. Sed cfr. *Lib.* 13, 20 et 35. Item alibi. *OR.*

1. *Ego hic*, Asturae. — *ut in malis* = pro malis, in quibus versor, in Hinsicht des elenden Zustandes, worin ich bin; vermöge meiner unglücklichen Lage. — *ne opprimar* a Publilia matre, cuius congressum vitare volebat. *SCH.* S. ep. DL, 1. — *intelligam.* An *intelligebam? ORELLI.* — *illius profect.*, wo iene, die Publilia, deren Mutter und Bruder zu mir nach Astura ab-

dius me istuc venire; quod idem video tibi placere. Cras igitur in Siccae suburbano: inde, quemadmodum suades,
2 puto me in Ficulensi fore. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus. Tuam quidem et in agendis nostris rebus et in consiliis ineundis mihique dandis in ipsis literis, quas mittis, benevolentiam,
3 diligentiam, prudentiam mirifice diligo. Tu tamen, si quid cum Silio, vel illo ipso die, quo ad Siccam venturus ero, certiorem me velim facias, et maxime, cuius loci detractionem fieri velit. Quod enim scribis, „*extremi*;" vide, ne is ipse locus sit, cuius causa de tota re, ut scis, est a nobis cogitatum. Hirtii epistolam tibi misi et recentem et benevole scriptam.

EPISTOLA DLVII. (ad Div. IV. 5.)

Scr. Athenis mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Sulpicius Ciceronem filiae morte afflictum consolatur. 1—6.

SERVIUS CICERONI S.

Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliae,

---

reisen werden. — *commodius*, räthlicher. — *istuc*, Romam. — *in Siccae suburbano*, im Gartenhause des Sicca vor Rom. Scil. ero. — *me in Ficul.* scil. agro *fore*, mich auf meine Meierei bei Ficulea zu begeben. Diese lag an der via Ficulensis, die auch Nomentana genannt wird, da, wo sonst die kleine Sabinische Stadt Ficulea gestanden. Die beschwerliche Publilia würde ihn, meinte Attikus, hier am Wenigsten suchen.

2. *coram videb.*, wollen Wir dann mündlich überlegen.

3. *Tu tamen.* Ein Postscript. Cum hac Ep. coniungit vv. Ep. seq. usque ad *Hirtii epistolam* Ed. 1584; usque ad *Antequam a te* (s. ep. DLX nostr. edit.) Schütz. Lünem. In Cd. Md. Asc. utraque, Crat. Vict. 1. nulla fere in hoc et seq. libro est Epistolarum divisio: sed decem saepe et plures Epistolae continuantur. Sed in hac re gravissima tacitum et incertum Manutii 1555. iudicium secuti sunt Vict. 2. Bos. Seqq., nec ab eo nunc discedendum videbatur, quum Cdd. Decurt. Tornaes. Crusell. nobis praesto non sint. *ORELLI.* — *si cum Silio* aliquid confeceris, de hortis ab eo emendis, wenn Du unterdess mit Silius noch Etwas solltest zu Stande gebracht haben. S. ep. DLII. — *detractionem.* Quum Silius dixisset hortos suos se esse venditurum, sed velle quendam locum excipere (für sich behalten): vide, inquit Cicero, ne velit eum ipsum locum excipere in venditione hortorum, cuius loci causa hortos ipsos emere cogitamus. *MANUT.* — *Quod enim scribis*, „*extremi*"; Denn was Deine Nachricht betrifft, er wolle sich das äusserste Ende vorbehalten." Supplire: *extremi* loci detractionem fieri eum velle. — *locus sit*, vereor, ne ea ipsa pars sit, quae sit viae proxima et maxime in conspectu. Nam eius causa hunc hortum emere cupiebam. *ERNESTI.* — *Hirtii epistolam* fortasse consolatoriam in morte Tulliae. *MANUT.*

SERVIUS Sulpicius Rufus. S. zu ep. 365 im Anf.

filiae tuae, sane quam pro eo, ac debui, graviter molesteque tuli communemque eam calamitatem existimavi; qui, si istic affuissem, neque tibi defuissem coramque meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserum atque acerbum est: propterea quia, per quos ea confieri debet propinquos ac familiares, ii ipsi pari molestia afficiuntur neque sine lacrimis multis id conari possunt: uti magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quam aliis posse suum officium praestare: tamen quae in praesentia in mentem mihi venerunt, decrevi brevi ad te perscribere: non quo ea te fugere existimem, sed quod forsitan dolore impeditus minus ea perspicias. Quid est, quod tanto opere te commoveat 2
tuus dolor intestinus? Cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quae hominibus non minus quam liberi cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam de-

---

1. *sane quam*, wirklich sehr. S. Grotef. §. 334. Ramsh. §. 203, IV, 2, a. — *pro eo ac*. S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. — *qui*, ita ut. — *istic* Romae, imo in Tusculano. — *coramque*, wo *que* = sed. — *propterea*. S. Ramsh. §. 187, II, 2. — *quia*. Mart.-Lag. Sch. Lün. *quod* contra Md. *OR*. S. Ramsh. §. 187, I, 2. Grotef. 392. 420. — *propinquos*. Mart.-Lag. Sch. Lün. de Ern. susp. *propinqui*, qui *ii* ante *ipsi* omittunt., commate post *debet* posito. Vid. Ramsh. §. 159, 3, c. Grotef. §. 374. — *ii ipsi*. Sic scripsi. *itipsi* Md. *id ipsi* Vict. 1. *ipsi* Crat. Vict. 2. Seqq. *OR*. — *uti*. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Bened. W. Mart.-Lag. contra Md. *OR*. — *officium* consolandi. — *tamen* beginnt den Nachsatz von *Etsi* ... *acerbum est*. — *non quo*, nicht als ob. — *fugere*, unbekannt sein, entgehen. — *minus perspicias*, vielleicht nicht klar genug Dich dessen bewusst wärest, Du es nicht in gehörige Betrachtung zögest.

2. *Quid est, quod*. S. Ramsh. §. 184, 2. Not. 1. 2. Grotef. §. 396, Anm. 432, Anm. 2. — *te* ... *intestinus*, im Innern Dich so erschüttern; statt tua viscera, intestina i. e. pectus, cor commoveat. Vielleicht ist iedoch *intestinus* = domesticus, wie ep. 558, 4: *domestica* und *publica* mala einander entgegen stehen. Vgl. noch ep. 565, 2. — *egerit*, mitspielte, verfuhr. — *adiungi potuit*, „um wie Viel konnte wohl durch Hinzuthun (Hinzufügung) dieses einzigen Verlustes iener so grosse und gerechte Schmerz noch vermehrt werden?" Ueber das Particip für ein Subst. auf ung s. Ramsh. §. 171, III, 2, N. 3. — *aut qui* in Bezug auf *animus*; vielleicht aber statt *quî non* = quomodo, cur non. S. Ramsh. §. 185, N. 1. — *in* om. Cdd. aliq. Mart.-Lag. Sch. *OR*. — *exercit.*, zerarbeitetes Herz. — *callere*, verhärtet sein, obduruisse. — *omnia minoris existimare*, alles Andere erträglicher finden; weniger, geringer achten. Sic Md. Neap. Graev. Lall. *aestimare* Ceteri. *OR*. Vgl. Beier zu Cicero de Officc. Oudendorp zu Caes. B. G. III, 20. V, 13.

3 bet atque omnia minoris existimare? An illius vicem, credo, doles? Quoties in eam cogitationem necesse est et tu veneris et nos saepe incidimus hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare? Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magno opere invitare posset? quae res? quae spes? quod animi solatium? Ut cum aliquo adolescente primario coniuncta aetatem gereret? Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuventute generum diligere, cuius fidei liberos tuos te tuto committere putares! An ut ea liberos ex sese pareret, quos quum florentes videret, laetaretur? qui rem a parente traditam per se tenere possent? honores ordinatim petituri essent in re publica, in amicorum negotiis libertate sua uti? Quid horum fuit, quod non prius, quam datum est, ademptum sit? At vero malum est li-
4 beros amittere. Malum: nisi hoc peius sit, haec sufferre et perpeti. Quae res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi dolorem minuere possit. Ex Asia rediens, quum ab Ae-

---

3. *An.* Lamb. *At...doles!* Rursus e Cld. Regio, Lall. Sch. Lünem. *OR.* — *vicem*, sortem, Schicksal. — *et tu veneris*, Lamb. *ut.* del. *et* Mart.-Lag. Sch. Lün. Est leve *ἀνακόλουθον*, et, quod nimis saepe obliti sunt Critici, in Sulpicio versamur, non in Tullio. *ORELLI.* — *et nos*, Vict. 2. *ut nos.* Lamb. *ut et nos.* — *cum iis* (*cum his* Md. Vict. 1. 2.) *actum esse.* „dass es Denen nicht am Schlimmsten ergangen sei. — *quae res*, welcher Genuss? — *primario*, erstes Ranges, ausgezeichneten. — *aetatem gereret* = *ageret* Crat. Lamb. — *quos quum... laetaretur* st. quorum florentium adspectu laetaretur, an deren Blüthe sie beim Anblick sich ergötzte. — *traditam*, hereditate acceptam, hinterlassene Vermögen. — *per se*, sine tutoribus; quum iam adolevissent. — *ordinatim*, in der durch das Staatsrecht vorgeschriebenen Reihe, Folge; der Reihe nach. — *libertate sua uti* scil. possent, sich ihrer Freibürgerlichkeit d. i. der Rechte, die einem Republikaner zustehen, bedienen könnten; anstatt dass ietzt ein frei geborener Römer nur nach dem Wink eines Einzigen reden oder schweigen, handeln oder unthätig bleiben muss. Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *usi* Mart.-Lag. *uterentur* Crat. Lamb. Ern. W. Sch. Lün. *OR.* — *datum est.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. W. del. *est* Lamb. *esset* Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *ademptum sit* scil. ei. Scil. hodierna rerum conversione. — *At vero* cet. Figura ante occupatio, de qua vid. Brutus c. XC, §. 138. — *Malum* est = Gewiss. — *nisi hoc.* del. *hoc* Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *haec* scil. quae nunc perpetimur. Eine Sprache, wie sie eines Mannes würdig ist, der Consul und also, wie Cicero, der Erste der Welt gewesen war.

4. *attulit.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *attulerit* contra Md. *OR.* —

gina Megaram versus navigarem, coepi regiones circumcirca prospicere. Post me erat Aegina: ante Megara: dextra Piraeeus: sinistra Corinthus: quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos iacent. Coepi egomet mecum sic cogitare: Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrûm interiit aut occisus est, quorum vita brevior esse debet; quum uno loco tot oppidûm cadavera proiecta iacent? Visne tu te, Servi, cohibere et meminisse hominem te esse natum? Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo uno tempore tot viri clarissimi interierunt: de imperio populi Romani tanta deminutio facta est: omnes provinciae conquassatae sunt: in unius mulierculae animula si iactura facta est, tanto opere commoveris? quae si hoc tempore non diem suum obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus ani- 5
mum ac cogitationem tuam avoca atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt: illam, quamdiu ei opus fuerit, vixisse: una cum re publica fuisse: te, patrem suum, praetorem, consulem, augurem vidisse: adolescentibus primariis nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfunctam esse: quum res publica occideret, vita excessisse. Quid est, quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique noli te oblivisci Ciceronem

---

si = *εἰ*, ob. — *Megaram.* „Graevius h. l. vult legi *Megaren.* Sed Graeci nunquam dixerunt *τὴν Μεγάρην.*" Oudend. ad Suet. *Tib.* 4. *OR.* — *et diruta.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *ac* contra Md. „In antiquo tantum erat: *diruta iacent.*" *OR.* Die drei ersten gingen im Mithridatischen Kriege zu Grunde und kamen nie wieder empor; das durch Memmius zerstörte Korinth aber ward unter Cäsar und dessen Nachfolger prächtiger wieder hergestellt. — *iacent.* Sic Md. Asc. 1. Bened. *iaceant* Cett. praeter Graev., qui *iacerent.* — *cohibere,* zusammen nehmen, mässigen. — *Modo,* noch vor Kurzem. — *populi Romani.* Sic scripsi coni. *de imperio propter* Md. e stulta sua consuetudine ubique notas (h. l. *P. Ro.*) *explicandi.* — *de imperio praeterea* e mala coni. Ceteri. *OR.*

5. *Etiam.* Mart.-Lag. *Et iam tu. OR.* — *avoca,* ruf Dein Gemüth von diesen traurigen Gegenständen auf andere Betrachtungen. — *tua persona,* der grossen Rolle, die Du auf dem Weltschauplatze gespielt hast. — *illam* c. infinit. hängt ab von *reminiscere.* — *quamdiu ei op. fuerit,* so lange, als ihr gut war. — *una cum r. p. fuisse,* sie habe mit der Republik ausgelebt. Notae sunt formulae: *fuit, vixit.* — *bonis* scil. vitae . . *perfunctam esse,* sie habe fast alles Gute des Lebens durchgenossen. — *cum fortuna . . . queri,* mit dem Schicksale rechten, hadern; *hoc nomine,* in dieser Rücksicht, unter diesem Titel. Ueber *possitis* s. Ramsh. §. 96, 3. Grotef. §. 191. — *te obliv.* Mart.-Lag. Lün. *obliv. te.* —

esse et eum, qui aliis consueris praecipere et dare consilium: neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius, quae aliis tute praecipere soles, ea tute tibi subiice atque apud animum propone.
6 Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat. Hoc te exspectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. Quod si qui etiam inferis sensus est: qui illius in te amor fuit pietasque in omnes suos, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuae: da ceteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore maerent: da patriae; ut, si qua in re opus sit, opera et consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit: noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam, quam rei publicae tempora et aliorum victoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere: quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam magnamque ex ea re te laudem apisci: fac aliquando intelligamus, adversam quoque te aeque ferre posse neque id maius, quam debeat, tibi onus videri; ne ex omnibus virtutibus haec una tibi videatur deesse. Quod ad me attinet, quum te tranquilliorem animo esse cognoro, de iis rebus, quae hic geruntur quemadmodumque se provincia habeat, certiorem faciam. Vale.

---

consueris. S. Grotef. §. 202. Zus. 1. — *praecipere,* Lehren geben. — *aliis tute.* del. *tute* Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. — *ea tute.* del. *ea* Mart.-Lag. Sch. contra Md. — *subiice* = adhibe, mache davon Gebrauch bei Dir selbst.

6. *tibi turpe est.* Has voc. post v. *occurrere* collocarunt Lamb. Mart. Lag. Sch. Lün. *OR.* — *ei rei . . occurrere,* Dem zuvorzukommen. — *qui illius* cet. vermöge ihrer so grossen Liebe und Zärtlichkeit gegen Dich und alle Ihrigen. Ueber diese Sprachwendung statt *pro* s. Ramsh. §. 159, 3, e. — *hoc . . te facere* d. i. dass Du sie so ohne Mass betrauerst. — *Da,* thu es zu Gefallen. — *quoniam serviendum sit,* weil es doch mit uns dahin gekommen ist, dass wir auch auf diesen Punct knechtische Rücksicht nehmen müssen. — *noli committere,* gieb nicht Anlass. Zur Sache vgl. ep. DXLI, 1. DXXXVI, 1. — *aliorum victoriam,* „den Sieg der anderen Partei;" der um die Zeit, wo dieser Brief geschrieben ist, bereits entschieden war. — *tranquilliorem.* Mart.-Lag. coni. Sch. *tranquilliore.* Nostrum dictum est, ut *alacres animo* Lib. 5, 12. §. 9. *OR.* — *de iis,* Md. Vict. 2. *de his.* — *provincia* Achaia, cui praefectus erat a Caesare. — *certiorem.* Neap. Asc. 1. W. *te cert.* Mart.-Lag. Sch. *cert. te.* om. *te* Crat. *OR.*

EPISTOLA DLVIII. (ad Div. V. 13.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Consolationi Lucceii respondet, qua se mire levatum esse fatetur, ut forti animo sit, etsi de re publica desperet. 1—5.

M. CICERO S. D. L. LUCCEIO Q. F.

Quamquam ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est: — declarat enim summam benevolentiam coniunctam pari prudentia: — tamen illum fructum ex iis literis vel maximum cepi, quod te praeclare res humanas contemnentem et optime contra fortunam paratum armatumque cognovi: quam quidem laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes. Quae cogitatio quum mihi non omnino excidisset — ete- 2
nim penitus insederat — vi tamen tempestatum et concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulsa: cui te opitulari et video et id fecisse etiam proximis literis, multumque profecisse sentio. Itaque hoc saepius dicendum tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Ad consolandum autem quum illa valent, 3
quae eleganter copioseque collegisti, tum nihil plus, quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perspexi: quam non imitari turpissimum existimo. Itaque hoc etiam fortiorem me puto, quam te ipsum, praeceptorem fortitudinis, quod tu mihi videre spem nonnullam habere haec aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorii

---

LUCCEIO. S. zu ep. CVIII im Anfange.

1. *prudentia,* die Klugheit, womit er den leidenden Freund zu behandeln wisse. — *ex iis,* Md. Vict. 1. 2. *ex his.* Statt: fructus tamen, quem ex iis literis cepi, vel maximus ille fuit, quod cet. — *contemnentem,* erhaben über die Nichtigkeit der menschlichen Dinge. — *quam quidem* statt eam enim equidem laudem cet. = laudatissimum sapientiae munus, die preiswürdigste Gabe der Weisheit. — *non aliunde . . . rationes,* dass man innere Freiheit des Gemüths besitze und das Wohl oder Weh des Lebens nicht als von Dingen ausser uns abhängig berechne. Stoïcismus!

2. *cogitatio,* Ueberzeugung. — *quum* = obgleich. — *insederat,* festgesetzt scil. animo. — *concursu.* Ed. vetus Veneta, Mart.-Lag. Sch. Lün. *concussu* vocabulo Lucretiano. *OR.* — *proximis literis,* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *prox. tuis. OR.*

3. *illa valent,* wirken sowohl die Gründe kräftig, die u. s. w. — *eleganter,* mit geschmackvoller Auswahl. — *Itaque hoc . . puto,* indess halt' ich mich doch in so ferne für stärker. — *haec,* die gegenwärtige Lage der Dinge. — *Casus enim gladiatorii,* denn die als Gleichniss angezogenen Vorfälle bei den Fechterspielen,

similitudinesque eae, tum rationes in ea disputatione a te collectae vetabant me rei publicae penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum, fortiorem te esse, quum aliquid speres, alterum mirum, spe ulla teneri. Quid est enim non ita affectum, ut id non deletum exstinctumque esse fateare? Circumspice omnia membra rei publicae, quae notissima sunt tibi: nullum reperies profecto, quod non fractum debilitatumve sit. Quae persequerer, si aut melius ea viderem, quam tu vides, aut commemorare possem sine dolore: quamquam tuis monitis praeceptisque omnis est abiiciendus dolor. Ergo et domestica fe-
4 remus, ut censes: et publica paullo etiam fortius fortasse, quam tu ipse, qui praecipis. Te enim aliqua spes consolatur, ut scribis: nos erimus etiam in omnium desperatione fortes, ut tu tamen idem et hortaris et praecipis. Das enim mihi iucundas recordationes conscientiae nostrae rerumque earum, quas, te in primis auctore, gessimus. Praestitimus enim patriae non minus certe, quam debuimus: plus profecto, quam est ab animo cuiusquam aut consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de me ipso aliquid praedicanti: quarum enim tu rerum cogitatione nos levare aegritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero me ab omnibus molestiis et angoribus abducam transferamque animum ad ea, quibus secundae res ornantur, adversae adiuvantur: tecumque et ero tantum, quan-

---

casus glad. similitudinis loco memorati (eine Hendiadys); wo der Fechter, der vom Gegner fast schon besiegt scheint, sich unerwartet plötzlich so wieder ermannt, dass er den Gegner zu Boden wirft. Mit diesem Gleichnisse hatte Lucceius zu beweisen gesucht, dass man nicht ganz an der Wiederherstellung der Republik verzweifeln dürfe. — *rationes* i. e. eae, quibus usus es. — *vetabant.* Non, quod re vera proficerent, sed eo spectabant, ut ad aliquam spem traducerer. *MANUT.* „lauten alle dahin, dass ich an der Republik nicht verzweifeln dürfe.“ — *minus mirum est*, nimmt's mich einer Seits weniger Wunder. — *perseq.*, ich würde das Alles noch näher auseinander setzen.

4. *domestica* mala. — *nos ... fortes*, wir aber wollen trotz unserer Verzweiflung an Allem dennoch Muth behalten. Sic Md. Vict. 1. 2. Mart.-Lag. *nos autem* Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. — *in omnium* ex antiqua coni. Graev. Ern. Sch. *in omnibus* Md. Vict. 1. 2. Bened. *in omni* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Lall. *in omnium rerum* Mart.-Lag. coni. Lün. *OR.* — *idem*, gleichfalls. — *postulatum.* Ern. coni. *postulandum* Mart.-Lag. prob. Rost. *Spec.* 3. p. 3. Nisi potius *unquam* aut cogitatione supplendum est, aut excidit ante *cuiusquam*. *OR.*

5. *aliquid praedic.*, dass ich auch von mir ein Wörtchen der Art rede, d. i. mich so lobe. — *levari.* Mart.-Lag. Sch. Lün. — *ornan-*

tum patietur utriusque aetas et valetudo: et, si esse una minus poterimus, quam volemus, animorum tamen coniunctione iisdemque studiis ita fruemur, ut nunquam non una esse videamur.

EPISTOLA DLIX. (ad Div. VI. 2.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Excusat se, quod rarius scribat; Torquatumque, aditu ad urbem nondum impetrato, consolatur. 1—3.

M. CICERO S. D. A. TORQUATO.

Peto a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te scribere, quam solebam; sed aut gravitate valetudinis, qua tamen iam paullum videor levari, aut quod absim ab urbe, ut, qui ad te proficiscatur, scire non possim. Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere, tuasque omnes res non minori mihi curae, quam meas esse. Quod maiore in va- 2
rietate versata est adhuc tua causa, quam homines aut volebant aut opinabantur: mihi crede, non est pro malis temporum quod moleste feras. Necesse est enim aut armis urgeri rem publicam sempiternis aut, iis positis,

---

tur, die uns in glücklichen Tagen eine Zierde, in unglücklichen eine Stütze sind; die Wissenschaften, Studien. — *utriusque nostrûm* ex interpolat. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR*. — *iisdemque studiis*. Lucceius schrieb unter Anderem eine Römische Geschichte, die iedoch nicht auf uns gekommen ist; Cicero die Geschichte seines Consulats, die wir gleichfalls vermissen.

A. TORQUATO. S. zu ep. DXII. DXXIV. DXXVI.

1. *qui ad te proficiscatur*, was für ein Freund oder Bote an Dich abgehe. Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. *proficiscantur* Cett. *OR*. — *statutum habeas*, als ausgemacht ansehen.

2. *varietate vers. est adh. tua causa*, „dass Deine Angelegenheit bisher mehre Abstufungen erlitt.“ Die *causa* bestand darin, dass Torquatus sich die Erlaubniss zur Rückkehr nach Rom und die Wiedereinsetzung in seinen vorigen Stand vom Cäsar zu erwirken suchte; die *varietas* aber darin, dass sich Cäsar dessen Begnadigung nur stufenweise abdringen liess. Das Leben und dann die Rückkehr nach Italien hatte er dem Torquatus bereits zugestanden; aber noch nicht die Erlaubniss, sich in der Hauptstadt wieder blicken zu lassen. Nach XIII, 9. ad Attic. scheint es, als ob Torquatus bereits zu Cicero nach dem Tusculanum gekommen war. — *non est pro...feras*, darüber kannst Du bei diesem Unstern der Zeiten Dich nicht beklagen. — *iis* (Sic Mart.-Lag. Sch. Lün. *his* Cett.) *positis*, wenn die Waffen niedergelegt werden. —

recreari aliquando aut funditus interire. Si arma valebunt, nec eos, a quibus reciperis, vereri debes; nec eos, quos adivisti: si, armis aut conditione positis aut defatigatione abiectis aut victoria detractis, civitas respiraverit; et dignitate tua frui tibi et fortunis licebit: sin omnino interierint omnia fueritque is exitus, quem vir prudentissimus, M. Antonius, iam tum timebat, quum tantum instare malorum suspicabatur: misera est illa quidem consolatio, tali praesertim civi et viro, sed tamen necessaria, nihil esse praecipue cuiquam dolendum
3 in eo, quod accidat universis. Quae vis insit in his paucis verbis, — plura enim committenda epistolae non erant — si attendes, quod facis: profecto etiam sine meis literis intelliges te aliquid habere, quod speres; nihil, quod aut hoc aut aliquo rei publicae stasu timeas: omnia si interierint, quum superstitem te esse rei publicae, ne si liceat quidem, velis, ferendam esse fortunam, praesertim quae absit a culpa. Sed haec hactenus. Tu velim scribas ad me, quid agas et ubi futurus sis: ut, aut quo scribam aut quo veniam, scire possim.

EPISTOLA DLX. (ad Att. XII. 35. pars posterior.)

Scr. in Antiati mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De fano Tulliae exstruendo.

CICERO ATTICO S.

Antequam a te proxime discessi, nunquam mihi ve-

Si arma valebunt i. e. si perpetuum bellum erit. — *a quibus reciperis* i. e. a Caesarianis. — *quos adivisti,* auf deren Seite Du warest; d. i. die Pompeianer. Sic Md. Vict. 1. 2., id quod rectissime opponitur v. *reciperis.* Cett. coni. *adiuvisti. OR.* — *detractis,* aus den Händen gerissen werden. Man sieht, dass dieser Brief geschrieben ist, bevor die Nachricht von der Schlacht bei Munda nach Rom gekommen war. — *respiraverit.* Hoc de bono rei publicae statu aliquantum certe restituto accipiendum, ut antea *recreari rem publicam. SCH.* — *interierint omnia,* libertate scil. prorsus oppressa. *SCH.* — *M. Antonius,* orator. — *iam tum* i. e. ante Marii et Sullae bellum; quo in bello ipse est interfectus. *MANUT.* — *suspicab.* Vid. de Orat. I, 7.

3. *committ.,* anzuvertrauen. — *aliquo . . . statu,* bei irgend einer Fortdauer. — *quae absit a culpa,* wenn man sich dasselbe (Schicksal) nicht durch eigene Verschuldung zugezogen hat. — *quo veniam.* Man sieht also, dass Torquatus schon im unteren Italien angelangt war und sich daselbst von einem Orte zum andern herumtrieb. S. ad Attic. XIII, 9. 20. 21. 44.

1. *discessi.* Cicero nimirum post epistolam ad Atticum pro-

nit in mentem, quo plus insumptum in monumentum esset quam nescio quid, quod lege conceditur, tantumdem populo dandum esse: quod non magno opere moveret, nisi, nescio quomodo, *ἀλόγως* fortasse, nollem illud ullo nomine nisi fani appellari. Quod si volumus, vereor, ne assequi non possimus nisi mutato loco. Hoc quale sit, quaeso considera. Nam, etsi minus urgeor meque ipse propemodum collegi, tamen indigeo tui consilii. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

EPISTOLA DLXI. (ad Att. XII, 36.)

Scr. Antiati mense Aprili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Cur in monumento Tulliae sepulcri similitudinem effugere velit, ostendit. 1. Brutum obiurgari vult, quod in Cumano esse noluerit; Cluatium architectum exacui vult. 2.

CICERO ATTICO S.

Fanum fieri volo; neque hoc mihi erui potest. Se-

---

xime superiorem (h. ed. 556.) eum in suburbano Sicae convenerat. *SCH.* — *tantundem, quo plus ... quid, quod lege conceditur, populo d. esse,* „dass man nach Cäsars Verordnung eben so Viel, als man auf ein Denkmahl über die nach dessen Gesetz erlaubte mir unbekannte Summe verwandt hat, an das Volk abgeben solle.“ *lege* sumptuaria Caesaris. — *magno opere.* Edit. Ern. Hal. minor, Sch. *magno me opere.* Asc. 1. Crat. *quod me magnopere. OR.* *moveret,* mich kümmern würde. — *ἀλόγως*, sine ratione, grillenhaft. — *assequi* consilium nostrum. — *nisi mutato loco.* Constitueramus fanum Tulliae in hortis Transtiberinis facere; sed mutandus locus est, si assequi volumus, ut fani nomine appelletur. *MANUT.* Dem Anfange des folgenden Briefes gemäss wollte Cicero seiner Tochter höherer Weihe wegen einen Tempel erbauen, aber kein Grabmal, was ohne diess so kostbar sein würde, dass er sofort in die oben erwähnte Geldbusse verfiele. Doch nicht aus Furcht vor dieser Strafe mied er den Bau eines Grabmals, sondern in der Absicht, durch einen Tempel dem Andenken der abgeschiedenen Tullia mehr Heiligung zu geben. Bauete er aber den Tempel in den Transtiberinischen Gärten, so musste er ihn schon der vielbesuchten Gegend wegen in Gestalt eines sepulcri aufführen lassen. Diess zu vermeiden, sagt er, müsse man ein anderes Local ausmitteln. *nisi tuto a mutatione loco* Sch. susp. Vid. ep. 535. 561, 1. Sed cfr. Ep. seq. *etiam si alio loco placebit. ORELLI.* — *minus urgeor,* etwas ruhiger bin; *collegi,* ich mich beinahe wieder gefasst habe.

1. *neque hoc..erui potest,* und das lass' ich mir nicht aus dem

pulcri similitudinem effugere non tam propter poenam legis studeo, quam ut maxime assequar ἀποθέωσιν· quod poteram, si in ipsa villa facerem: sed, ut saepe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. In agro ubicunque fecero, mihi videor assequi posse, ut posteritas habeat religionem. Hae meae tibi ineptiae — fateor enim — ferendae sunt. Non habeo, ne me quidem ipsum, quicum tam audacter communicem, quam te. Si tibi res, si locus, si institutum placet, lege, quaeso, legem mihique eam mitte. Si quid in mentem veniet, quo
2 modo eam effugere possimus, utemur. Ad Brutum si quid scribes, nisi alienum putabis, obiurgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixit. Cogitanti enim mihi nihil tam videtur potuisse facere rustice. Et, si tibi placebit sic agere de fano, ut coepimus, velim cohortere et exacuas Cluatium: nam, etiam si alio loco placebit, illius nobis opera consilioque utendum puto. Tu ad villam fortasse cras.

EPISTOLA DLXII. (ad Att. XII. 37.)

Scr. in Antiati mense Maio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De acceptis Attici et Bruti literis. 1. de loco ad fanum Tulliae exstruendum deligendo. 2. de Terentiae negotio. 3. de Hirtii literis; de Caninii naufragio. 4.

CICERO ATTICO S.

A te heri duas epistolas accepi, alteram pridie da-

Kopfe bringen. *eripi* Ern. susp. — *effugere*, vermeiden. — *legis.* S. d. vorig. Brief. — *ἀποθέωσιν*, consecrationem. — *poteram* coniunct. loco. — *in ipsa villa* Tusculana, ubi Tullia obiit. Diess letztere spricht er vor Schmerz und der Euphemie wegen nicht aus. — *commutat. dominorum.* S. ep. DXXXV, 1. — *in agro*, auf freiem Felde. — *habeat religionem*, ut posteri illud cum religione conservent. In villa fortasse ex fano aliud quid facerent domini novi. — *fateor enim*, denn ich gebe es zu, dass man sie so nennen dürfte. — *Non habeo... quicum.* S. Ramsh. §. 184, 2. N. 1. 2. — *audacter*, zuversichtlich. — *res*, ut fanum fiat; *locus*, ubi fiat; *institutum*, quale fiat; fani genus. Vid. ep. 533, 1: *Equidem neque de genere dubito* cet. — *legem* Iuliam sumptuariam.

2. *ad Brutum.* S. ep. 545, 3. 547, 1. — *alienum*, unschicklich, ungerathen. — *in Cumano* vel meo, vel potius suo. Nam vicini fuerunt in Tusculano et Cumano. Vid. Brut. c. 87. *CORRAD.* — *rustice*, ungezogen. — *sic agere de fano*, in Hinsicht des Tempels so fortzufahren. — *exacuas* und spornest. *Cluatium* architectum. S. ep. 533, 1. — *alio loco* scil. fanum condere. — *ad villam* in suburbano, Morgen reisest Du vielleicht nach Deinem Landhause; bist da zu treffen.

tam Hilaro, alteram eodem die tabellario; accepique ab Aegypta liberto eodem die, Piliam et Atticam plane belle se habere. Hae literae mihi redditae sunt tertio decimo die. Quod mihi Bruti literas, gratum. Ad me quoque misit. Eam ipsam ad te epistolam misi et ad eam exemplum mearum literarum. De fano, si nihil mihi horto- 2
rum invenis, — qui quidem tibi inveniendi sunt, si me tanti facis, quanti certe facis — valde probo rationem tuam de Tusculano. Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen, nisi magnae curae tibi esset, ut ego consequerer id, quod magno opere vellem, nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. Sed, nescio quo pacto, celebritatem requiro. Itaque hortos mihi conficias necesse est. Maxima est in Scapulae celebritas; propinquitas praeterea, ubi sis, ne totum diem in villam. Quare, antequam discedis, Othonem, si Romae est, convenias pervelim. Si nihil erit, etsi tu meam stultitiam con-

---

1. *accepique* i. e. audivi ab Aegypta liberto. — *plane belle se hab.*, sich vollkommen wohl befänden. — *Hae literae ... decimo die.* Haec v. iam Manutio suspecta Schütz. (Lün.) transposuit post v. *Ad me quoque misit. OR.* Denn, da Cicero auf seinem Gute bei Antium, Attikus aber zu Rom oder auf seinem Landhause daselbst war, wie hätte da der Briefträger dreizehn Tage auf einer so kleinen Reise zubringen können? Man sieht also, dass sich diese Stelle auf den Brief des Brutus bezieht. — *Bruti literas* scil. misisti, *gratum* mihi est. — *exempl. mear. liter.*, eine Abschrift meiner Antwort.

2. *De fano*, was den Tempel für die Tullia betrifft. — *ration. tuam de Tuscul.*, Deinen Vorschlag, ihn auf dem Tusculano aufzuführen. — *Quamv. prud. ad cogit. sis*, wie reich Du auch an klugen Einfällen bist. — *celebrit. req.*, einen vielbesuchten Ort begehr' ich dazu. — *confic.*, verschaffen. — *in Scapulae* scil. hortis. — *celebr.*, Lebendigkeit. Scapula ein vor Kurzem in Rom verstorbener Geldverleiher. — *propinquitas* i. e. horti praeter celebritatem hoc habent commodi, quod proxime Romam sunt. *SCH.* — *ubi sis, ne totum diem in villam* proficiscens ponas i. e. ne mihi semper totus dies sit in itinere consumendus, animi causa dum me ad villam confero. *MANUT.* „überdiess ist der Park so nahe bei der Stadt, dass man, um sich da (ubi = ut ibi) einige Stunden zu erholen, nicht immer einen ganzen Tag auf die Reise dahin aufzuopfern braucht.“ Ueber *ubi* s. Ramsh. §. 193, II. Grotef. §. 523; zu *in villam* vgl. ep. 427, 2: Itinera enim ita facit, *ut multos dies in oppidum ponat.* „Manut. Lamb. *villa;* sed manifesto motûs, itineris *in villam* notio requiritur.“ *ORELLI.* — *discedis*, nämlich von Rom nach dem Suburbanum. — *Othonem ... convenias*, dass Du mit Othon darüber sprächest. Dieser war Einer der Erben des Scapula; vermuthlich eben der L. Roscius Otho, der 687 als Tribunus plebis die Lex Roscia veranlasste. — *Si nihil erit*, wenn aus dem Handel Nichts wird. — *vendere* suos

suesti ferre, eo tamen progrediar, uti stomachere. Drusus enim certe vendere vult. Si ergo aliud non erit, mea erit culpa, nisi emero: qua in re ne labar, quaeso, provide. Providendi autem una ratio est, si quid de Scapulanis possumus. Et velim me certiorem facias,
3 quam diu in suburbano sis futurus. Apud Terentiam gratia opus est nobis tua tuaque auctoritate. Sed facies, ut videbitur. Scio enim, si quid mea intersit, tibi ma-
4 iori curae solere esse, quam mihi. Hirtius ad me scripsit Sex. Pompeium Corduba exisse et fugisse in Hispaniam citeriorem; Cnaeum fugisse, nescio quo: neque enim curo. Nihil praeterea novi. Literas Narbone dedit XIV. Kal. Mai. Tu mihi de Caninii naufragio quasi dubia misisti. Scribas igitur, si quid erit certius. Quod me a

---

hortos. S. ep. 538, 2. 539, 3 u. s. w. — *Si ergo aliud non erit, mea erit culpa* i. e. si nihil aliud fano ponendo invenire possumus quam hortos Drusianos, si eos cessatione mea patiamur nobis elabi, ut alius eos emat, mea erit culpa. *GRAEV.* „d. i. wie viel auch Drusus für sein Suburbanum, das Du freilich viel zu theuer findest, von mir fordern möchte, so will ich's doch kaufen; die Schuld soll nicht an mir liegen, wenn ich diess nicht bekomme. Praeter Graevium, cuius illam susp. sequeb. Sch. et Lün., *aliud erit, non mea erit* Cett. cum Cdd. (*Si ergo aliud nihil erit, non erit mea culpa, nisi emero?* I. Fr. Gronovii susp.) *OR.* Die Vulgata gibt den viel passlicheren und sich an das Vorhergehende und Folgende anschliessenderen Sinn: „wenn nun also ein anderer Park als der Park des Drusus sollte zu haben sein, so soll die Schuld nicht an mir liegen, wenn ich ienen anderen Park nicht bekomme, d. i. ich will ihn kaufen, wie viel man auch dafür fordern möge. (S. ep. 563, 4.) Sorge also dafür, dass ich diesen Wunsch nicht verfehle (*ne labar*). Diess aber ist einzig dadurch zu verhüten, wenn wir den Park des Scapula habhaft werden können." Bei der Lesart des Grävius ist dagegen *qua in re ne labar* etweder zu geben: dass ich keinen dummen Streich bei diesem Handel mache, dass ich mich nicht übereile, nicht zu kurz dabei komme; oder ganz allgemein so zu fassen: „sorge also dafür, dass ich meinen Zweck, irgend einen Garten zu kaufen, überhaupt nicht verfehle." Sonst steht das Folgende: *Providendi...possumus* mit dem Vorigen in Widerspruch, wenn man *qua in re ne labar* deuten wollte: dass ich in diesem Handel mit Drusus nicht strauchele, d. i. dass der Handel zu Stande komme.

3. 4. *apud Terentiam.* S. ep. DXLI, 2. — *gratia..., auctor.*, Credit...Einfluss. — *Corduba*, eine ansehnliche Stadt in Hispania Baetica. — *exisse.* S. Auct. de Bell. Hisp. c. 32. — *Narbone* (Narbonne) *dedit* scil. Hirtius. — XIV. Kal. Mai., am 18. April. Hieraus lässt sich abnehmen, dass diese Briefe des Cicero in der ersten Hälfte des Monaths Mai geschrieben wurden. — T. *Caninii* Rebili, qui erat Caesaris legatus in Hispania. *dubia remisisti* Asc. Crat. *dubia re misisti* Manut. Lamb. Placet. *OR.* — *Scribas.*

maestitia avocas, multum levaris, si locum fano dederis. Multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mentem veniunt; sed loco valde opus est. Quare etiam Othonem vide.

EPISTOLA DLXIII. (ad Att. XII. 38.)

Scr. in Antiati mense Maio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De literis Attici frustra exspectatis. 1. de Q. Fratris filii in patruum malitia. 2. se minus debilitatum animo esse, quam quidam putent. 3. de hortis emendis. 4.

CICERO ATTICO S.

Non dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literarum. Sed homo nequam, qui tuum commodum non exspectarit, quum ob eam unam causam missus esset! Nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano. At ego hic scribendo dies totos nihil equidem levor, sed tamen aberro. Asinius Pollio ad me scri- 2
psit de impuro nostro cognato. Quod Balbus minor nuper satis plane, Dolabella obscure, hic apertissime. Fer-

---

Lege Scribes. ORELLI. — *Quod me a maestitia avocas,* Was Das anlangt, dass Du mich von der Traurigkeit abrufen möchtest, anstatt maestitia me *multum levaris,* meine Traurigkeit würdest Du dadurch sehr lindern, wenn Du mir einen Ort zum Tempel für die Tullia schafftest. — *εἰς ἀποθέωσιν*, zum Behufe der Apotheose. — *Othonem vide,* „sprich mit Otho.“ S. §. 2.

1. *fueris, qui* = quippe qui, quum tu *ad me nihil literarum* miseris. — *sed homo* (mein Kerl) i. e. libertus vel tabellarius meus est homo *nequam* (ein Schuft), *qui* = quum is *tuum commodum non exspectarit,* dass er nicht hat warten wollen, bis Du Musse zum Schreiben hattest. — *missus esset* ad te. — *in suburb.* S. d. vorig. Brief. — *nihil eq. levor,* wird mir's nicht leichter um's Herz. — *aberro,* ich zerstreue mich, avocor a maerore.

2. *Asinius Pollio.* S. zu ep. DCCXCIX im Anf. Vgl. die Erklärer zu Horat. Carm. II, 1. Lipsius zu Tacit. Annal. III, 75. *Ruperti.* — *de impuro nostro cognato,* über unsern unsauberen Verwandten, d. i. den iungen Q. Cicero, der bei'm Cäsar in Spanien war und noch immer fortfuhr seinen Onkel bei diesem zu verkleinern (Vgl. ep. 396. 402, 2. 404, 2. 405. 408, 2. 426 u. s. f.). Er war der Sohn von der Schwester des Attikus; daher *nostro.* — *Dolabella obscure* (verblümt) scil. scripserat. Auch dieser war in Spanien beim Cäsar. S. Philipp. II, 30: „Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania; omnibus his pugnis affuit Dolabella; in Hispaniensi etiam vulnus accepit.“ Nach seiner Rückkehr aus Spanien sprach Dolabella über die Verläumdungen und Schmähreden des iungen Quintus mit Cicero. S. ep. 601. — *hic,* nempe Asinius Pollio, *apert.* scil. scripsit. —

rem graviter, si novae aegrimoniae locus esset. Sed tamen ecquid impurius? O hominem cavendum! Quamquam „*Mihi quidem*"...! Sed tenendus dolor est. Tu, quoniam
3 necesse nihil est, sic scribes aliquid, si vacabis. Quod putas oportere pervideri iam animi mei firmitatem graviusque quosdam scribis de me loqui quam aut te scribere aut Brutum: si, qui me fractum esse animo et debilitatum putant, sciant quid literarum et cuius generis conficiam; credo, si modo homines sint, existiment me, sive ita levatus sim, ut animum vacuum ad res difficiles scribendas afferam, reprehendendum non esse; sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberalissima doctoque homine dignissima, laudari me etiam opor-
4 tere. Sed, quum ego faciam omnia, quae facere possim ad me adiuvandum, tu effice id, quod video te non minus quam me laborare. Hoc mihi debere videor neque levari posse, nisi solvero aut videro me posse solvere, id est, locum, qualem volo, invenero. Heredes Scapulae si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quatuor factis, liceri cogitant: nihil est scilicet emptori

si nov. aegr. loc. esset, wenn ich noch Gefühl für eine neue Kränkung hätte. — *cavendum!* o! man sollte sich vor dem Menschen hüten! — *quamquam mihi quidem* scil. dudum cavendus visus est ob malitiam. Douza *Explan. Plaut.* p. 407 explet e Plauti *Trinummo* 2, 2, 43: *aetas est acta ferme; tua istud refert maxime:* ut habet ipse Cicero epist. ad Brut. 2. *ERNESTI.* Vielleicht ist der vollständige Sinn dieser Aposiopesis: „gleichwohl konnte ich wenigstens als Onkel mich nicht ganz vor ihm in Acht nehmen. — *Sed ten. d. est,* doch ich muss den Schmerz verbeissen! — *quoniam necesse nihil est.* Vgl. den Inhalt des folg. Briefs.

3. *oport. pervid. i. a. m. firmit.,* ich müsste endlich einmal der Welt die Stärke meines Gemüths zeigen. — *graviusque* = gravius enim, denn Manche, schreibst Du, redeten nachtheiliger von mir, als Du oder Brutus mir schreiben möchte. Supplire: scito, darauf antwort' ich: wenn u. s. w. — *literar.,* literarische Werke. — *sive... reprehend. non esse,* dass ich entweder, wofern ich so wohl gefasst sei, um so schwierige Werke mit unbefangenem Geiste anfertigen zu können, keinen Tadel verdiene. — *sive...oportere,* oder aber, dass ich, wenn ich den eines gebildeten und gelehrten Mannes würdigsten Weg, mein Gemüth von Traurigkeit abzuleiten, erwählt habe, sogar müsse gelobt werden.

4. *adiuvandum.* Forte: *adlevandum* (mir Erleichterung zu verschaffen). *OR.* — *effice id,* ut hortos habeam erectoque monumento filiam consecrare possim. *MANUT.* — *solvere.* Denn er war schuldig sein Gelübde zu halten. S. ep. 573, 2. 570, 4. 533, 1. — *Heredes Scapulae.* S. ep. 562, 2. — *liceri* inter se *cogitant,* wenn die vier Erben, Otho, Mustela, Crispus und Virgilius (s. ep. 571) den Garten in vier Theile theilen und dann demjenigen unter ihnen, der für die drei übrigen das höchste Gebot thut, alle

loci. Sin venibunt, quid fieri possit, videbimus. Nam ille locus Publicianus, qui est Trebonii et Cusinii, erat ad me allatus. Sed scis aream esse. Nullo pacto probo. Clodiae sane placent; sed non puto esse venales. De Drusi hortis, quamvis ab iis abhorreas, ut scribis, tamen eo confugiam, nisi quid inveneris. Aedificatio me non movet. Nihil enim aliud aedificabo nisi id, quod etiam, si illos non habuero. *Κῦρος*, δ', ε', mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi.

EPISTOLA DLXIV. (ad Att. XII. 39.)

Scr. Asturae mense Maio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Remittit Attico literas, nisi quid necesse fuerit scribere. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Tabellarius ad me quum sine literis tuis venisset, existimavi tibi eam causam non scribendi fuisse, quod pridie scripsisses ea ipsa, ad quae rescripsi hac epistola. Exspectaram tamen aliquid de literis Asinii Pollionis.

---

vier überlassen wollen; so hat ein fremder Käufer hier freilich Nichts zu thun. — *venibunt* horti. — *locus Publicianus* i. e. area, quae olim fuit Publicii cuiusdam, nunc autem est Trebonii et Cusinii. Ist hier A. Trebonius (ad Fam. I, 3. XII, 12.) oder C. Trebonius, der Vater (s. Philipp. XIII, 10.) oder dessen Sohn C. Trebonius (s. zu ep. 430 im Anf.) gemeint? Vgl. ep. 570, 3. — *allatus*, angeboten. — *aream*, sine hortis, eine kahle Fläche. — *Clodiae* horti. S. ep. 569 bis 573 u. 576. 581. — *ab iis*. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his*. Correxit Manut. Vict. 2. Seqq. *OR*. — *nisi quid inven.*, wenn Du Nichts anderes findest. Vgl. ep. 562, 2: Si ergo aliud erit cet. — *Aedif. me non movet*, dass das Haus nicht ausgebauet ist, kümmert mich nicht. — *quod etiam* scil. aedificaturus sum. — *illos* hortos. — *Κῦρος* δ', ε', „der Cyrus im 4. und 5. Theile der Dialogen des Cynikers und Sokratikers Antisthenes.“ Dieser hatte nach Diogenes Laërt. VI, 16 zehn solcher Bände geschrieben, wovon der vierte den Titel *Κῦρος, Ἡρακλῆς ὁ μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος* führte, weil er darin an dem Beispiele des Herkules und Cyrus zu zeigen suchte, dass Thätigkeit Etwas gutes sei. Im fünften Bande gleichfalls mit dem Titel *Κῦρος περὶ βασιλείας* studirte Cicero ietzt fleissig, weil er ein Werk des Titels: *συμβουλευτικὸν* ad Caesarem de re publica ordinanda zu schreiben gedachte. Wahrscheinlich hatte Attikus diese beiden Bände des Antisthenes dem Cicero geliehen. — *cetera* opera.

1. *Pollionis*. S. d. vorig. Brief §. 2. — *hac epistola*. om. *hac* Md. Oxon. 1. 2. Unde: *eâ ipsâ, ad quam rescripsi, epistolâ* Lamb. Vulgata fortasse ita defendi potest, ut *rescripsi* referamus ad ea, quae leguntur §. 2. Ingeniosa tamen Lamb. coni. eo maxime ad-

Sed nimium ex meo otio tuum specto. Quamquam tibi remitto, nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scri-
2 bere, nisi eris valde otiosus. De tabellariis facerem quod suades, si essent ullae necessariae literae, ut erant olim, quum brevioribus diebus tamen quotidie respondebant tempori tabellarii; et erat aliquid, Silius, Drusus, alia quaedam. Nunc, nisi Otho exstitisset, quid scriberemus, non erat. Id ipsum dilatum est: tamen allevor, quum loquor tecum absens, multo etiam magis, quum tuas literas lego. Sed quoniam et abes — sic enim arbitror — et scribendi necessitas nulla est, conquiescent literae, nisi quid novi exstiterit.

EPISTOLA DLXV. (ad Div. IV. 6.)

Scr. Asturae mense Maio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Respondet consolanti Sulpicio gratum sibi eius officium fuisse nec id exiguo doloris levamento: nemini vero quam sibi iustiores dolendi causas fuisse; maximam tamen sibi levationem ex reditu et consuetudine Sulpicii fore. 1 — 3.

M. T. CICERO S. D. SER. SULPICIO.

Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses. Quantum enim praesens me adiuvare potueris et consolando et prope aeque dolendo, facile ex eo intelligo, quod, literis lectis, aliquantum acquievi. Nam et ea scripsisti, quae levare luctum possent, et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus omnibus officiis, quae

---

iuvatur, quod Md. et alii Cdd. omittunt v. *hac*. *OR.* — *specto,* doch ich schätze Deine Musse zu sehr nach der meinigen.

2. *quod suades,* nämlich immer durch eigene Briefboten zu schreiben. S. d. Anfang des vorig. Br. — *olim,* vor einiger Zeit. — *quum* = quo tempore, wo. — *respondebant tempori,* auf die Stunde eintrafen. — *et erat aliq.*, auch gab es damals noch Etwas zu schreiben, von Silius (s. ep. 552, 1.), von Drusus (in Hinsicht des Gartenkaufs) u. einigem Anderen. — *Otho.* S. ep. 563, 2. — *quid scrib.* Sic Md. Oxon. 1. Asc. utraq. Vict. 1. 2. Manut. *quod* Crat. Lamb. Bos. Seqq. — *erat* coniunct. loco. — *multo.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Ascens. 1. Crat. Vict. 1. Man. Lamb: *et multo* Vict. 2. Bos. Sqq. *OR.* — *abes* Roma, in suburbano. S. ep. 562, 2.

SULPICIO. S. zu ep. CCCLXV im Anfange.

1. *ut scribis* ep 557. — *casu,* Tullien's Tode. — *literis lectis,* Neap. Asc. I. Crat. Lamb. Bened. Sch. Lün. *literis tuis l.* ex antiquo suppl. *OR.* — *adhibuisti,* ostendisti. — *Servius tuus* filius. —

illi tempori tribui potuerunt, declaravit et quanti ipse me faceret et quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cuius officia iucundiora scilicet saepe mihi fuerint, nunquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum et societas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur. Turpe enim esse existimo me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum et vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam et Q. Maximus, qui filium consularem, clarum virum et magnis rebus gestis, amisit; et L. Paullus, qui duo septem diebus; et vester Gallus et M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam e re publica consequebantur. Mihi 2
autem, amissis ornamentis iis, quae ipse commemoras quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non rei publicae procuratione impediebantur cogitationes meae: nihil in foro agere libebat: adspicere

---

tempori, Anlass. — *scilicet...fuerint.* Sic Mart.-Lag. optimâ coni. partim ducta e Marg. Crat. *licet saepe iuc. fuerunt* (sic) *scilicet ...fuerint* Md. Vict. 1. Graev. ..*scilicet...fuerunt* Neap. Asc. 1. Vict. 2. Lamb. Ern. Sch. Lün. *iucund. si saepe mihi fuerunt* Bened. *OR.* — *gratiora,* verpflichtender. — *oratio,* Zuspruch. — *auctoritas,* das hohe Ansehen, worin Du bei mir stehst. — *Turpe enim esse.* v. *esse* del. Lün. *OR.* — *Q. Maximus* Fabius ille cunctator. — *filium,* Q. Fabium Max. *consularem.* Dieser, gleiches Vornamens mit seinem Vater, war nach Liv. 24, 43 im I. Roms 541 mit Tib. Sempr. Gracchus Consul gewesen. Sein Vater hielt ihm selbst auf dem Foro die Leichenrede, die er nachher edirte. S. Plutarch in Fab. c. 24. Cic. Tuscul. III, 28, 70. de Senect. c. 4, §. 10 ff. Valer. Max. IV, I, 5. — *L.* Aemilius *Paullus,* qui Macedoniam, victo rege Perse, ad imperium adiunxit. *MANUT.* S. de Amic. c. 2, §. 9. — *vester Gallus,* nempe is, qui ex gente Sulpicia fuit. Nam est et alius ex Aquilia. *ERNESTI.* C. Sulpicius Gallus, 588 consul cum M. Marcello, Graecis literis et eruditus et eloquens fuit. Vid. Brut. c. 20. de Orat. I, 53. de Officc. I, 6. de Senect. c. 14. Topic. 12. Orat. Muraen. 37. Liv. 44, 3. 45, 44. Duorum filiorum mortem sapienter tulit. Vid. de Amic. c. 2, 9. — *M. Cato* censorius. — *filium,* Ca nem Licinianum 602 a. U. c. Vid. Cat. mai. c. 23. §. 84. et de Amicit. c. 2. Tuscul. l. c. — *iis* (*his* Md. Vict. 2.) *temp. f.,* lebten in solchen Zeiten. — *ea, quam.* Sic Vict. coni. Sqq. Edd. ante Mart.-Lag. *ut eorum iam* (sic) *ipsorum dig. cons. ea quam* Md. *ut eos tum ipsorum dig. consolaretur; tum ea, quam* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. ducta fortasse e Crat.: *ut eos tamen ipsorum dignitas consolaretur ea, quam* cet. *OR.*

2. *ornam. iis,* Md. Vict. 2 *his.,* iene ehrenvollen Auszeich-

curiam non poteram: existimabam, id quod erat, omnes me et industriae meae fructus et fortunae perdidisse. Sed, quum cogitarem haec mihi tecum et cum quibusdam esse communia, et quum frangerem iam ipse me, cogerem [*que*] illa ferre toleranter: habebam quo confugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone et suavitate omnes curas doloresque deponerem. Nunc autem, hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum me a re publica maestum domus excipiebat, quae levaret: sic nunc domo maerens ad rem publicam confugere possum, ut in eius bonis acquiescam. Itaque et domo absum et foro, quod nec eum dolorem, quem a re publica capio, domus iam consolari
3 potest nec domesticum res publica. Quo magis te exspecto teque videre quam primum cupio. Maior mihi levatio afferri nulla potest, quam coniunctio consuetudinis sermonumque nostrorum: quamquam sperabam tuum adventum — sic enim audiebam — appropinquare. Ego autem quum multis de causis te exopto quam primum videre: tum etiam, ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius voluntatem accomodandum et prudentis et liberalis et — ut perspexisse videor — nec a me alieni et tibi amicissimi. Quod quum ita sit, magnae tamen est deliberationis, quae ratio sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi.

---

nungen. — *solatium*, Tullia. — *cum quibusdam aliis* Lamb. — *quum frangerem i. ipse me*, und wann ich mir selbst mit Gewalt durch den Sinn fuhr, mir den Kopf brach. So ep. 574, 3: contudi animum. — *cogerem*[*que*]. Md. *cogerem*. Hinc *que* [ ] *OR*. — *consenuisse* cum Cdd. aliq. Crat. Bened. cfr. Rostii *Spec*. 4. p. 3. *OR*. — *recrud*., brechen wieder auf, reissen wieder auf. — *ut in ei. bon. acq*., dass ich beim Anblick ihres Wohlstandes mich beruhigen könnte. — *a*, Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *e re publ*. Vgl. ep. 546, 2. 557, 2.

3. *levatio*. Sic Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *allevatio* Mart.-Lag. *ratio affore* Asc. 1. (Neap.) Crat. Bened. Scil. Md. corrupte: *maior mihi ratio mihi adferre*. *OR*. — *coni. consuet*. der persönliche Umgang mit Dir; *serm. nostr*. und unsere Unterhaltung. — *quamquam*, ieden Falls, indess. *et iam iam sp*. Mart.-Lag. coni. Sch. *OR*. — *ut ante comm. int. nos*, damit wir uns zuvor darüber berathen können. — *unius*, Caesaris. — *nec*, einer Seits. — *et* = sed (ander Seits aber) *tibi amicissimi*, quia consul Sulpicius M. Marcello collegae, Caesari qui Gallias ante diem eripere conaretur, restiterat pacisque semper auctor fuerat (vid. ep. h. ed. 365. 461). Amicissimus etiam Sulpicio Caesar, quia suis in praesidiis eius filius civili bello fuerat (v. ep. 359. 363). *MANUT*. — *Quod quum ita sit, tamen* = gleichwohl. — *concessu*, mit seiner Erlaubniss; *benef*. Vergünstigung.

EPISTOLA DLXVI. (ad Div. IV. 12).

Scr. Athenis pr. Kal. Iun. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

M. Marcelli caedem narrat. 1—3.

SERVIUS CICERONI S. P.

Etsi scio non iucundissimum me nuntium vobis allaturum: tamen, quoniam casus et natura in nobis dominatur, visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere. A. d. x. Kal. Iun. quum ab Epidauro Piraeeum navi advectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum, conveni eumque diem ibi consumpsi, ut cum eo essem. Postero die quum ab eo digressus essem eo consilio, ut ab Athenis in Boeotiam irem reliquamque iurisdictionem absolverem: ille, ut aiebat, supra Maleam [*in*] Italiam versus navigaturus erat. Post diem tertium 2
eius diei, quum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter hora decima noctis, P. Postumius, familiaris eius, ad me venit et mihi nuntiavit, M. Marcellum, collegam nostrum, post coenae tempus a P. Magio Cilone, familiare eius, pugione percussum esse et duo

---

SERVIUS Sulpicius. S. den Anf. des vorig. Briefs.

1. *facere*, Lamb. *certiores ut facerem.* Mart.-Lag. Lünem. *ut vos cert. facerem.* S. Ramsh. §. 169, 1. Not. 1. — *A. d. X. Kal. Iun.*, am 23. Mai. — *Epidauro*, einer durch den Tempel des Aesculapius berühmten Stadt im Peloponnes. — *M. Marcellum.* S. zu ep. 217 im Anf. u. 525. — *reliq. iurisdict. absolv.*, und um die gerichtliche Bereisung meiner Provinz zu vollenden. — *supra Maleam.* Sic scripsi de Lambini sententia. *supra Maias* Md. Vict. 1. *supra Maleas* Graev. Ern. Bened. Sed Livius certe bis 31, 47 et 42, 56 *super Maleam* et Graeci *ὑπὲρ τὴν Μαλέαν, ὑπὲρ τὸν Μαλέαν* (Lucian. *Navig.* §. 9. p. 427. *Schmieder*, vid. Ducker. ad Liv. 31, 47.). Unde nihil est, quod ediderunt Vict. 2. *ὑπὲρ Μαλείας* et Lamb. Mart.-Lag. Sch. *ὑπὲρ Μαλέας.* Quippe praestabat *ὑπὲρ Μαλέαν*, ut est Plinii *Epp.* 10, 26. *ORELLI.* — [*in*] del. *in* Asc. 1. Crat. Lamb.

2. *Post diem tertium.* Sic recte videtur emendasse Victor. 1. corruptam Md. scripturam *postridiem tertium eius diei.* Crat. Vict. 2. Seqq. *postridie eius diei.* *OR.* S. Ramsh. §. 115, IV, 2. 136, 3. Grotef. §. 226. — *hora decima.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. *horam decimam* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* S. Ramsh. §. 137, 4. Grotef. §. 226. — *P. Postumius.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. *Sp. Post.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *C. Post.* Bened. *Post.* Crat. Lamb. *OR.* der *P. Post.* war vielleicht ein Bruder der Postumia, iener Gemahlinn des Ser. Sulpicius. S. ad Famil. IV, 2. ad Attic. V. 20. 21. XII, 11. — *M.* del. Mart.-Lag. Mallem priore quoque loco: *M. Marcellum.* *OR.* — *Cilone.* Sic antiqua scriptura Md. Vict. 2. Graev. Ern. Lall. Bened. = *Chilone* Crat. Vict. 1. Lamb. Mart.-Lag. Sch.

vulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperare tamen, eum vivere posse: Magium se ipsum interfecisse: postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nuntiaret et rogaret, uti medicos. Coëgi et e vestigio eo sum profectus prima luce. Quum non longe a Piraeeo abessem, puer Acidini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat scriptum, paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine deterrimo acerbissima morte est affectus; et cui inimici propter dignitatem pepercerant,
3 inventus est amicus, qui ei mortem afferret. Ego tamen ad tabernaculum eius perrexi. Inveni duos libertos et pauculos servos: reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre: ibique pro ea copia, quae Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. Ab Atheniensibus, locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserant. Quod proximum fuit, uti in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiae locum delegimus ibique

Lün. *OR.* — *sperare tamen se* e Cdd. interpolatis Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *se ipsum interfecisse*, quod eum commissi facinoris poeniteret. Causam necis Cicero ignorat ad Attic. XIII, 10. Valerius IX, 12 hanc ponit, quod, cum esset Marcello Magius vetere coniunctus amicitia eique in Pompeiana militia comes fuisset, indignaretur aliquos sibi amicorum ab eo praeferri. *MANUT.* — *uti medicos* scil. sibi mitterem. Sic Md. Vict. 2. Bened. Videtur *βραχυλογία. uti medicos cogerem. Coëgi* ex antiquo suppl. Neap. Asc. 1. Lamb. Ern. *uti cogerem medicos. Coëgi* minus etiam probabiliter Crat. Vict. 1. Graev. Mart.-Lag. Sch. Lün. *rogaret, [uti] medicos [cogi] coëgi. W. OR.* — *Coëgi* medicos, ich trieb Aerzte auf. — *profectus* cum medicis. — *Acidini.* S. ep. DL, 2. Sed hic Sulpicii legatus in Achaia fuisse videtur. — *deterrimo.* Sic Crat. Vict. 1. Graev. Bened. *teterrimo* Margo Crat. Vict. 2. Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. Scil. corrupte Md. *deterro modacerbis suma. OR.* — *qui ei.* del. *ei* Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. Sed cfr. finem epistolae. *OR.*

3. *ad tabern. ei.* Piraeeus damals ein Steinhaufen (s. ep. DLVII, 4.). Wer also am folgenden Morgen von Athen zur See abreisen wollte, musste entweder die Nacht am Borde oder zu Lande unter einem Gezelt zubringen. — *in eadem illa.* del. *illa* Mart.-Lag. Lün. — *meisque*, Mart.-Lag. Sch. Lün. *meis.* Ueber den Ablat. instrumenti, von Personen, s. Ramsh. §. 141, Not. 1. Grotef. §. 255. Anm. — *pro ea copia, quae Ath. erat,* so gut es in Athen möglich war. — *fac. curavi.* S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 323, b. — *uti.* Crat. Vict. 1. Mart.-Lag. Sch. Lün. *ut* contra Md. *OR.* — *gymnasio* extra urbem. Nächst den Tempeln

eum combussimus: posteaque curavimus, ut eidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quae nostra officia fuerunt, pro collegio et pro propinquitate et vivo et mortuo omnia ei praestitimus. Vale. D. pr. Kal. Iun. Athenis.

EPISTOLA DLXVII. (ad Att. XII. 40.)

Scr. in Antiati mense Iunio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Hirtii libro in Catonem. 1. de libro, quem ad Caesarem de re publica ordinanda scribere cogitaverat. 2. de causis tristitiam suam adversus reprehensores excusantibus. 3. de hortis Scapulanis emendis. 4. denique se, quamdiu hîc mansurus sit, nondum constituisse scribit. 5.

CICERO ATTICO S.

Qualis futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. Itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret. Volo enim eum divulgari: quod quo facilius fiat, imperabis tuis. Συμβουλευτικὸν saepe conor: ni- 2

---

waren die Gymnasien die heiligsten Plätze zu Athen. — *eidem.* Sic Md. = *iidem* Ceteri. *OR.* — *faciend. locar.*, zu errichten verdingten; nämlich an ihre Werkmeister, Künstler. S. Grotef. §. 323, b. — *pro collegio,* als unserm Collegen im Augurate. — *pro prop.* Sic Md. Vict. 1. 2. Mart.-Lag. om. *pro* Ceteri. *OR.* — *D. pr. Kal. Iun.*, gegeben am 31. Mai zu Athen.

1. *Caesaris vituperatio,* quam Anticatonem inscripsit. *SCH.* S. ep. 637. 638. Gellius IV, 16. Iuvenal. VI, 337. — *laudat.* Catonis. Vgl. ep. 538. 445, 2. 449, 2. — *quem Hirtius ad me misit.* Dieser hatte sein gegen Cato geschriebenes Buch dem Cäsar, bei welchem er in Spanien war, zur Ansicht vorgelegt. Hätte Cäsar gegen das dem Cicero darin ertheilte Lob Etwas gehabt, so würde er diess Buch unterdrückt haben. Cicero vermuthet daher, dass auch Cäsar in seinem Anticato ihn nicht mit Bitterkeit anfahren werde. Uebrigens hatte Hirtius sein Werkchen dem Cicero zugeschrieben, der es desshalb im 569 Br. eine *epistolam* nennt: „Hirtii epistola quasi *πρόπλασμα* videtur eius vituperationis, quam Cäsar scripsit de Catone.“ S. ep. 573, 3. 574, 1. — *Muscam.* Vielleicht war Der ein gelehrter Sklave des Attikus und Aufseher über seine Bücherabschreiber. — *quod quo* st. id ut eo *facilius.*

2. *συμβουλευτικὸν*, consilium de ordinanda re publica, ein Vorschlag, wie das Gemeinwesen am Besten einzurichten wäre. Vgl. ep. 581, 2. 582, 2. 584, 3. 587. 588. 591, 2. — *saepe conor* ad Caesarem scribere, „ich wage mich zwar oft an.“ Attikus hatte ihm Das angerathen. — sed *nihil.* — *et* sane *quidem* statt

hil reperio: et quidem mecum habeo et Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον: sed quid simile? Illi et, quae ipsis honesta essent, scribebant et grata Alexandro. Ecquid tu eiusmodi reperis? Mihi quidem nihil in mentem venit. Quod scribis te vereri, ne et gratia et auctoritas nostra hoc meo maerore minuatur: ego, quid homines aut reprehendant aut postulent, nescio. Ne doleam? Quî potest? ne iaceam? Quis unquam minus? Dum tua me domus levabat, quis a me exclusus? quis venit, qui offenderetur? Asturam sum a te profectus. Legere isti laeti, qui me reprehendunt, tam multa non possunt, quam ego scripsi. Quam bene, nihil ad rem. Sed genus scribendi id fuit, quod nemo abiecto animo facere posset. Triginta dies in hortis fui. Quis aut congressum meum aut facilitatem sermonis desideravit? Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, diffi-
3 cilius otium ferant, quam ego laborem. Si quis requirit, cur Romae non sim: quia discessus est. Cur non sim in iis meis praediolis, quae sunt huius temporis: quia frequentiam illam non facile ferrem. Ibi sum igitur, ubi is, qui optimas Baias habebat, quotannis hoc tempus con-

---

etsi. — *Ἀριστοτέλους* librum *περὶ βασιλείας* ad Alexandrum. S. Ammonius in vita Aristotelis u. Cic. ad Attic. XIII, 18. — *Θεοπόμπου*, eines Schülers vom Isokrates u. Geschichtschreibers. Er hatte *συμβουλὰς* d. i. suasiones ad Alexandrum geschrieben. S. Athenaeus Deipnosoph. l. 6. u. 13. — *honesta esset*, Ehre machte. — *postulent* a me. — *Ne doleam*, fordern sie etwa, dass ich nicht trauern sollte? — *Quî potest*, wie ist das möglich? S. Ramshorn §. 192, A, 1. — *ne iaceam*, ich sollte nicht zu Boden liegen? *iacere* = *κεῖσθαι*. — *minus* iacuit? iacuerit? — *domus levabat*. Nach Tulliens Tode hielt sich Cicero beim Attikus auf dessen Landhause in der Nähe von Rom auf. — *exclusus*, nicht vorgelassen. — *offenderetur*, durch üble Aufnahme beleidigt wurde. Md. Cd. Tornaes. Oxon. 1. Asc. 1. *offenderet*. *OR*. — *laeti*, höhnisch; insofern sie verlangten, dass er fröhlich sein sollte. — *ego* ibi *scripsi*. — *bene* scripserim. — *quod nemo . . posset*, dass Keiner, der sich aufgegeben hat, Dergleichen anfertigen kann. — *Nunc ipsum*, und bis auf diese Stunde. *nunc ubi sum* „Alii" in Marg. 1584. *OR*. — *difficilius . . . ferant*, beschwerlicher finden.

3. *requirit a te* Asc. 1. Crat. *OR*. Eine Glosse. Warum nicht *a me?* — respondeo, *quia disc. est*, weil wir Ferien haben. i. e. tempus aestivum, versus Kal. Quint., quo senatoribus discedere licebat et rus petere. — *in iis*. Sic scripsi. *his* Cett. *OR*. — *quae sunt h. temp.*, die sich besser für diese Iahrszeit schicken. Respondeo: *quia* cet. — *freq. illam*, die Menschenmenge, Volksmenge dort. — *ibi sum igitur*, in Antiati praedio maritimo. *SCH*. — *Baias*, zu Baiä den schönsten Landsitz. Sch. susp. *Baianas*. Sed confer. Tibulli 3, 5, 3; *Baiarum maxima*. *OR*. Popmae visum est,

sumere solebat. Quum Romam venero, nec vultu nec
orationem reprehendar. Hilaritatem illam, qua hanc tri-
stitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. Con-
stantia et firmitas nec animi nec orationis requiretur.
De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse, aliud tua 4
gratia, aliud nostra, ut praeconi subiiciantur. Id nisi fit,
excludemur. Sin ad tabulam venimus, vincemus facultates
Othonis nostra cupiditate. Nam quod ad me de Lentulo
scribis, non est in eo. Faberiana modo res certa sit tu-
que enitare — quod facis — quod volumus, consequemur. 5
Quod quaeris, quam diu hic: paucos dies. Sed certum non
habeo. Simul ac constituero, ad te scribam: et tu ad me,
quam diu in suburbano sis futurus. Quo die ego ad te
haec misi, de Pilia et Attica mihi quoque eadem, quae
scribis, et scribuntur et nuntiantur.

Lucullum hic significari, cuius Baianum nobile piscinis memorat Varro libr. III. de R. R. Cfr. ep. XXIV, 6: beatos homines, hos piscinarios dico cet. — *nec vultu nec orat.*, weder wegen meiner Miene noch Rede. Ablat. causae. Vgl. ep. 583, 3. 536, 1. — *condiebamus* (Md. a sec. m. Oxon. 2. *condiebam*), womit ich die Bitterkeit der Zeit versüsste. — *amisi.* Auch darin bessert sich's mit ihm, wie wir sehen werden.

4. *De hort. Scapul.* S. zunächst ep. DLXII, 2. u. DLXIV, 2. — *aliud ... aliud*, theils ... theils. S. Ramsh. §. 178. — *ut praec. subiic.*, dass der Park öffentlich versteigert werde; ut eorum auctio fiat, ad quam cuivis emendi cupido accessus sit. Audierat enim Cicero quatuor heredes inter se liceri velle. *SCH.* S. ep. DLXIV, 4. — *excludemur*, so werden wir vom Bieten, von der Auction ausgeschlossen. — *ad tabulam* auctionis, werden wir aber zum Mitbieten zugelassen. — *facult. Othonis.* Dieser war Einer der Erben des Scapula. S. ep. 571. — *Lentulo* nicht Spinthere (s. ep. 92 im Anf.) sondern dessen Sohne. S. ep. 843. 844. Der erstere war wol in Aegypten mit L. Lentulus Crus umgebracht, die beide dem Pompeius auf seiner Flucht dahin folgten. — *non est in eo* i. e. non ille potest pecuniam nobis dare ad emendum. *ERN.* Wieland richtiger: „Der ist der Mann nicht, den ich zu fürchten habe." Attikus hatte also dem Cicero geschrieben, dass auch dieser Lust zu diesem Park bezeige. — *Faberiana res*, Faberianum nomen, die Zahlung vom Faberius. S. ep. 538, 2. 543, 1. 547, 2. 549. 2. Ueber *modo* s. Ramsh. §. 190, Anm. 8. Grotef. §. 422.

5. *hic* commoraturi simus; nempe in Antiati. — *certum non habeo*, aber bestimmt kann ich's noch nicht sagen. S. Ramsh. §. 168, B, 1, Not. Grotef. §. 305. — *eadem*, eben die guten Nachrichten. — *scrib. ... nuntiantur.* S. Grotef. §. 179, Anm. Vgl. ep. 149. 518. 674.

EPISTOLA DLXVIII. (ad Div. V. 14.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Quaerit, cur Cicero tam diu absit ab urbe. Laudat, si solitudinem quaerat, ut literis vacet; improbat, si se lacrimis et tristitiae tradat. 1—3.

L. LUCCEIUS Q. F. S. D. M. T. CICERONI M. F.

Si vales, bene est: valeo, sicut soleo: paullulo tamen etiam deterius, quam soleo. Te requisivi saepius, ut viderem: Romae quia postea non fuisti, quam decesserat, miratus sum; quod item nunc miror. Non habeo certum, quae te res hinc maxime retrahat. Si solitudine delectare, quum scribas et aliquid agas eorum, quorum consuesti, gaudeo neque reprehendo tuum consilium; nam nihil isto potest esse iucundius non modo miseris his temporibus et luctuosis, sed etiam tranquillis et optatis: praesertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requietem quaerat ex magnis occupationibus: vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, ipsum lau-
2 dibus illustret. Sin autem, sicut hinc discesseras, lacrimis ac tristitiae te tradidisti; doleo, quia doles et angere: non possum te non, si concedis, quod sentimus, ut liberius dicamus, accusare. Quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima perspicis? tu non intelliges te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges duplicari sollicitudines, quas levare tua te prudentia
3 postulat? Quod si non possimus aliquid proficere suadendo:

L. LUCCEIUS. S. zu ep. CVIII im Anf. DLVIII.

1. *valeo.* Crat. Sch. Lün. *ego valeo. OR.* — *quam decesserat* scil. Tullia. Sic scripsi coniect. *quam discesserat* facili errore Md. Vict. (qui precario supplet: „Caesar.“) Graev. Lall. *quam discesseras* Ern. Sch. Lün. Ridiculâ sententiâ: „ex quo Roma discessisti, Romae non fuisti.“ Nec multo melior est interpolatio superscripta in Md.: *quam a me discesseras* Neap. Asc. 1. Lamb. Bened. Mart.-Lag. *ORELLI.* — *agas eorum, quorum* (st. quorum aliquid od. quae agere) *consuesti,* „und Dich mit Deinen Lieblingsstudien beschäftigst.“ Ueber die Attraction s. Grotef. §. 372. Ramsh. §. 159, f. Buttmann's Gr. Gramm. §. 130: *μεταδίδως αὐτῷ τοῦ σίτου, οὗπερ αὐτὸς ἔχεις.* — *qui . . promat,* der (gleich einem promus condus, *ταμίας*), immer aus seinem innern Vorrathe Etwas aufzutischen hat.

2. *discesseras.* Sic optima coni. Neap. Mart.-Lag. *sin autem sicut hinc dicas seras* Md. *sin autem sicut hic dum eras* Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *sin autem hic dum eras* Vict. 1. *OR.* — *doleo* quidem . . . sed *non possum non,* aber ich kann doch unmöglich anders, als Dir Unrecht geben, *accusare.* — *aperta,* Was am Tage liegt. — *levare.* Sic Beier ad *Laelium* §. 88. *qua se levare* Md. *quas elevare* Cet. *OR.*

3. *possimus* Md. Vict. 2. *possumus* Ceteri. *OR.* — *contend.,*

gratia contendimus et rogando, si quid nostra causa vis, ut istis te molestiis laxes, et ad convictum nostrum redeas [*et*] ad consuetudinem vel nostram communem vel tuam solius ac propriam. Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio: cupio deterrere, ne permaneas in incepto. Nunc duae res istae contrariae me conturbant: ex quibus aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes aut in altera non offendas.

EPISTOLA DLXIX. (ad Div. V. 15.)

Scr. in Antiati mense Iunio A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Respondet epistolae Lucceii proxime superiori suamque absentiam et tristitiam excusat. 1—5.

M. CICERO S. D. L. LUCCEIO Q. F.

Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in iis literis, quas a te proxime accepi; non ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus et optatus: dicerem, iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Neque ob eam unam causam, quam tu suspicaris et in qua me lenissimis et amantissimis verbis utens, re graviter accusas: sed quod, illius tanti vulneris quae remedia esse debebant, ea nulla sunt. Quid enim? ad amicosne 2 confugiam? quam multi sunt? Habuimus enim fere communes: quorum alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt. Tecum vivere possem equidem et maxime

so dringen wir in Dich. — *si quid n. c. vis*, wenn Du anders uns wohl willst. — [*et*] *ad*. Sic Edd. ex antiquo suppl. *redeas .... ad* cum lacuna Md.: quam melius fortasse sic expleas: *ad convictum nostrum redeas, redeas ad cons. OR.* — *tuam solius*. Ramsh. §. 158, 4, Not. 1. Grotef. §. 235. — *obtundere*, belästigen. — *studio*, Eifer. — *in incepto*, bei der zeitherigen Lebensweise. — *conturbant*, setzen mich in Verlegenheit. Sic Md. Vict. 2. Mart.-Lag. Sch. Lün. *conturbent* Crat. Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Bened. *OR.* — *in altera non offend.*, an der andern keinen Anstoss nehmen wollest; nämlich daran, dass wir Dich mit vielen Worten, mit unserem Eifer belästigen. Andere erklären: d a s s D u n i c h t i n H i n s i c h t D e i n e r L e b e n s w e i s e beim Cäsar verstossest; ne te non tam filiam quam rei publicae tempora et aliorum victoriam lugere putet; wie Servius epist. 557, 6.

1. *ex omn. part.* von allen Seiten her, überall. — *in iis*. Sic Mart.-Lag. Sch. *in his* Ceteri cum Md. *OR.* — *non ille* (amor) *quidem*. S. Ramsh. §. 158, 2, f.). — *in omne tempus*, für immer. — *re*, im Grunde, in der That doch; als Gegens. von *utens* quidem *len. et am. verb.* — *debeant* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün.

2. *obduruerunt*, sind abgestumpft, gefühllos geworden. — *equidem*. Sch. coni. *et equidem*. Mart.-Lag. coni. Lün. *T. v. posse, equidem*

vellem: vetustas, amor, consuetudo, studia paria; quod
vinclum quasi deest nostrae coniunctionis? Possumusne
igitur esse una? Nec mehercule intelligo, quid impediat:
sed certe adhuc non fuimus, quum essemus vicini in Tus-
culano, in Puteolano: nam quid dicam in urbe? in qua,
3 quum forum commune sit, vicinitas non requiritur. Sed
casu nescio quo in ea tempora nostra aetas incidit, ut,
quum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam
puderet. Quod enim esse poterat mihi perfugium spoliato
et domesticis et forensibus ornamentis atque solatiis? Li-
terae, credo, quibus utor assidue: quid enim aliud facere
possum? Sed nescio quomodo ipsae illae excludere me a
portu et perfugio videntur et quasi exprobrare, quod in
ea vita maneam, in qua nihil insit nisi propagatio miser-
4 rimi temporis. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in
qua domus nihil delectare possit, summum sit odium tem-
porum hominum, fori curiae? Itaque sic literis utor, in
quibus consumo omne tempus, non ut ab iis medicinam
perpetuam, sed ut exiguam oblivionem doloris petam.
Quod si id egissemus ego atque tu, quod ne in mentem
5 quidem nobis veniebat propter quotidianos metus, omne
tempus una fuissemus: neque me valetudo tua offenderet
neque te maeror meus. Quod quantum fieri poterit con-
sequamur. Quid enim est utrique nostrûm aptius? Pro-
pediem te igitur videbo.

---

maxime v. OR. — *quasi* = ut ita dicam. Sic Md. sed Sch. Lün. *quod vinculum, si quaeris, deest nostrae coniunctioni?* Sed haud scio an vere Rost *Specim.* 3. p. 4. *quod vinclum, quaeso, deest nostrae coniunctioni? quaeso* et *quasi* ubique confunduntur. *OR.* — *Possumusne* = nonne possumus. — *esse una,* zusammen leben. — *non fuimus* scil. una. — *commune,* der Ort, wo man mit einander lebt; sich also um Nachbarschaft gar nicht bekümmert.

3. *quum* = quo tempore, wo; im Gegens. von *tum,* eo tempore, da. — *Literae* perfugium mihi esse poterant. — *quib. utor assid.,* mit denen ich mich unaufhörlich beschäftige. „Er schrieb in diesem Iahre sein Buch de consolatione, den Hortensius s. de philosophia, zwei Bücher Academicorum, wovon das letztere noch vorhanden ist, fünf Bücher de Finibb., seine Vertheidigung des Deiotarus. S. ad Famil. IX, 12. — *propag.,* Verlängerung. Vgl. ep. 576.

4. *Hic,* unter diesen Umständen. — *in qua* = quum in ea. — *domus.* Er wollte sich von der Publilia wieder scheiden; Tullia war todt. Vgl. ep. DL. DLXV, 2. — *ab iis.* Sic Mart.-Lag. Sch. *ab his* Md. Cett. *OR.* — *medic. perpet.,* gründliche Genesung.

5. *metus.* Lall. e Cdd. *motus.* Rost. *Spec.* 3. p. 5. susp. *metus, ut omne. OR.* — *Quod* scil. ut una simus. — *consequamur,* wollen wir zu erreichen suchen. — *aptius,* zuträglicher. — *propediem,* nächster Tage.

EPISTOLA DLXX. (ad Att. XII. 41.)

Scr. in Antiati VII. Id. Iun. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Scribit se in Tusculanum aut Romam venturum. 1. iterum enixe rogat Atticum, ut de hortis conficiat, ubi fanum Tulliae exstrui possit. 2—3. Quid ei de Hirtii epistola videatur, quaerit. 4.

CICERO ATTICO S.

Nihil erat, quod scriberem. Scire tamen volebam, ubi esses; si abes aut afuturus es, quando rediturus esses. Facies igitur me certiorem. Et, quod tu scire volebas, ego quando ex hoc loco: postridie Idus Lanuvii constitui manere; inde postridie in Tusculano aut Romae. Utrum sim facturus, eo ipso die scies. Scis, quam 2
sit φιλαίτιον συμφορά· minime in te quidem; sed tamen avide sum affectus de fano: quod nisi, non dico, effectum erit, sed fieri videro; audebo hoc dicere — et tu, ut soles, accipies — incursabit in te dolor meus, non iure ille quidem; sed tamen feres hoc ipsum, quod scribo, ut omnia mea fers ac tulisti. Omnes tuas consolationes unam hanc in rem velim conferas. Si quaeris, quid 3
optem: primum Scapulae, deinde Clodiae; postea, si Silius nolet, Drusus aget iniuste, Cusinii et Trebonii. Puto tertium esse dominum: Rebilum fuisse certo scio. Sin

---

1. *quando ex hoc loco,* Astura, abiturus sim. — *postridie Idus* scil. Iunias, am 14. Iunius. Scribit enim in extrema hac epistola aestatem integram restare. *SCH. iduum* Manut. Lamb. Vict. 2. *OR.* Ueber *postridie* mit dem Accus. u. Genitiv. s. Ramsh. §. 136, 3. 146. Not. 2. Grotef. §. 226. Anm.

2. *quam sit φιλαίτιον συμφορά,* quam sit querula res calamitas i. e. quam facile querantur, qui in calamitate sunt. Ueber das Neutr. Adiect. s. Ramsh. §. 95, 1. Grotef. §. 208. b. — *minime in te quidem* hoc valet, am Wenigsten passt Das freilich auf Dich, trifft Das Dich. — *avide ... affectus de fano,* in Hinsicht des Tempels vor Gier fast krank. — *nisi ... fieri videro,* wenn ich ihn nicht bald im Werden sehe. — *incursabit in te dolor meus,* so wird sich mein Schmerz gegen Dich auslassen. — *non iure ille quidem.* S. Ramsh. §. 158, 2, f. — *Omnes ... conferas,* Was ich wünsche, ist, dass Du alle Deine Tröstungen auf diesen einen Punct übertragest.

3. *Scapulae ... Clodiae* hortos. S. ep. 563, 4. — *Silius nolet* vendere hortos. S. ep. 564, 2. — *Drusus aget iniuste* i. e. plus iusto pro hortis petierit, ut emere non possim. *ERNESTI.* — *Cusinii et Trebonii* hortos optem. S. ep. 563, 4. — *tertium esse dominum,* dass der Gartenplatz noch einen dritten Herrn hat. Illius areae, quam communiter possident Cossinius et Trebonius, tertium etiam dominum esse cet." Sic Cd. Tornaes. Sch. Lün. *Terentium* Cett. *OR.* Vgl. ep. 573. — *Rebilum.* Dieser T. Caninius Rebilus war Cäsars Legat in Gallien gewesen und ward

autem tibi Tusculanum placet, ut significasti quibusdam literis, tibi assentiar. Hoc quidem utique perficies, si me levari vis; quem iam etiam gravius accusas, quam patitur tua consuetudo: sed facis summo amore et victus fortasse vitio meo: sed tamen, si me levari vis, haec est
4 summa levatio vel, si verum scire vis, una. Hirtii epistolam si legeris, quae mihi quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone; facies me, quid tibi visum sit, si tibi erit commodum, certiorem. Redeo ad fanum. Nisi hac aestate absolutum erit, quam vides integram restare, scelere me liberatum non putabo.

EPISTOLA DLXXI. (ad Att. XIII. 26.)

Scr. in Antiati VI. Id. Iun. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De loco ad fanum exstruendum quaerendo. 1. de consilio profectionis; de epistola ad Caesarem scripta. 2.

CICERO ATTICO S.

De Virgilii parte valde probo. Sic ages igitur. Et quidem id erit primum, proximum Clodiae. Quod si neutrum, metuo, ne turbem et irruam in Drusum. Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. Itaque revolvor identidem in Tusculanum. Quidvis enim

---

nachher am 31. Dec. 709 Consul suffectus, also kurz vor Ermordung des Cäsars am 15. März 710. S. ep. 653. — *placet*, nämlich zum Bau des fani für die Tullia. — *vitio* i. e. stultitia mea. S. ep. 562, 2.

4. *Hirtii epistolam.* S. ep. DLXVII. DLXXIV, 1. — *πρόπλασμα*, rudis informatio operis, specimen, ex quo de toto opere, quale futurum sit, iudicari potest, ein Modell, Vorbild. *Formam* operis dixit Cicero ep. CXCIX; inprimis statuarum proprium est. *ERNESTI.* — *quid tibi v. sit*, Was Du davon denkst. — *si tibi erit commodum*, nach Musse und Bequemlichkeit. — *quam vid. integr. rest.*, den Wir, wie Du siehst, noch ganz vor uns haben. — *scelere*, S. ep. 563, 4. und 573, 2.

1. *De Virgilii parte* agri scil. ex hereditate Scapulana, quam videtur ille Ciceroni concedere voluisse. *SCH.* S. ep. DLXIII, 4. Caius Virgilius war als Prätor ein College des Q. Cicero, ein Vetter des Curio und geachteter Mann. Von Clodius bedroht wollte er den in's Exsil abreisenden Marcus Cicero auf Sicilien, wo er Prätor war, nicht zulassen. S. ad Q. Fratr. II, 2, 2. ad Famil. II, 19. ad Attic. XII, 51. XIII, 26. Orat. Planc. c. 40. — *ne turbem et irruam in Drusum* i. e. ne vehementior sim in emendo et Drusum cogam ad vendendum quovis pretio. *ERNESTI.* — *revolvor in Tusculanum* i. e. redeo ad consilium aedificandi fani in Tusculano meo. *ERNESTI.*

potius, quam ut non hac aestate absolvatur. Ego, ut 2
tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius esse possim quam Asturae. Sed quia qui mecum sunt — credo, quod maestitiam meam non ferunt — domum properant; etsi poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar. Quo autem? Lanuvium? Conor equidem in Tusculanum. Sed faciam te statim certiorem. Tu literas conficies. Equidem, credibile non est, quantum scribam die; quin etiam noctibus. Nihil enim somni. Heri etiam effeci epistolam ad Caesarem. Tibi enim placebat: quam non fuit malum scribi, si forte opus esse putares. Ut quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere. Sed id quidem, ut tibi videbitur. Mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuvio, nisi forte Romam. Sed cras scies.

EPISTOLA DLXXII. (ad Att. XII. 42.)

Scr. in Antiati V. Id. Iunias A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De literis Attici nullum diem desideratis. 1. de hortis emendis. 2. de itinere suo; de Attici in urbem reditu. 3.

CICERO ATTICO S.

Nullum a te desideravi diem literarum. Videbam enim, quae scribis: et tamen suspicabar vel potius intelligebam nihil fuisse, quod scriberes. A. d. VI. Id. vero et abesse te putabam et plane videbam nihil te habere. Ego tamen ad te fere quotidie mittam. Malo enim frustra quam te non habere, cui des, si quid forte sit, quod putes me scire oportere. Itaque accepi VI. Id. literas tuas inanes. Quid enim habebas, quod scriberes? Mihi tamen illud, quidquid erat, non molestum fuit, nihil aliud scire me nisi novi te nihil habere. Scripsisti tamen nescio quid de Clodia. Ubi ergo ea est? aut quando ventura? Placet mihi res sic, ut secundum Othonem ni-

---

2. *tempus* = Lage. — *conor*, ich bin Willens scil. proficisci. — *literas conficies* meo nomine ad alios scribendas. *SCH.* — *nisi forte Romam* venero. S. vorig. Br. §. 1.

1. *Videbam*, ich konnte mir leicht vorstellen, ich sah im Voraus. — *quae scribis* scil. te occupatissimum fuisse. *SCH.* — *A. d. VI. Id.* Iunias, seit dem 8. Iunius. — *abesse*, Du seiest nicht mehr zu Rom. — *frustra* aliquem ad te mittere. — *Clodia.* S. ep. DLXXI, 1. — *ut secund. Othonem nihil magis* placuerit d. i. nächst dem Garten des Otho steht mir keiner besser an, als der Garten der Clodia.

2 hil magis. Sed neque hanc venditaram puto. Delectatur
enim et copiosa est: et illud alterum quam sit difficile,
te non fugit. Sed, obsecro, enitamur, ut aliquid ad id,
3 quod cupio, excogitemus. Ego me hinc postridie exiturum puto, sed aut in Tusculanum aut domum; inde fortasse Arpinum. Quum certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem monere te, ut id ipsum, quod facis, faceres. Putabam enim commodius te idem istud domi agere posse, interpellatione sublata.

EPISTOLA DLXXIII. (ad Att. XII. 43.)

Scr. in Antiati V. Id. Iun. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De itinere suo. 1. de hortis vel Clodiae vel Trebonii emendis. 2.

CICERO ATTICO S.

Ego postridie Idus, ut scripsi ad te ante, Lanuvii manere constitui; inde aut Romae aut in Tusculano. Scies ante utrumque. † Quod siles, recte mihi illam rem fore levamento, bene facis; tum id est, mihi crede, perinde, ut existimare tu non potes. Res indicat, quanto opere id cupiam, quum tibi audeam confiteri, quem id non ita valde probare arbitrer. Sed ferendus tibi in hoc

---

2. *Delectatur* hortis. — *copiosa,* reich. — *illud alterum* pertinet ad Othonis hortos. — *ad id* assequendum, quod cupio.

3. *postridie,* wie ep. DLXX, 1. — *domum,* Romam. — *ut id ipsum ... faceres* i. e. ut e suburbano in urbem redires ibique te domi rationes tuas confecturus includeres, nemine, qui te interpellaturus esset, admisso. *SCH.* Vgl. ep. 574, 3.

1. *postridie Idus,* am 14. — *ante;* epist. DLXX, 1. — *manere,* zu übernachten. — *utrumque,* welches von beiden der Fall sein wird. — † *Quod siles... bene facis.* Locus corruptus. Sic Cd. Decurt. Bos. Graev. Item Ern. Sch. Lün.; sed hi del. *recte* cum Rom. *OR. bene* hat als Glosse die Stelle von *recte* eingenommen. Sinn: „Dass Du gegen Die, mit welchen Du über den Ankauf eines Parks für mich unterhandelst, meine eigentliche Absicht und wie vielen Trost ich durch die Erreichung derselben gewinnen würde, gänzlich verschweigst, daran thust Du am Sichersten. Denn sie würden, wenn sie wüssten, wie Viel mir an dem Besitze desselben gelegen wäre, den Preis um so höher stellen. — *tum ... potes.* Haec quoque leviter corrupta. Leg. vel *tamen* vel *quamquam. OR.* Sinn: „gleichwohl würde die Errichtnng eines solchen Denkmals der Tullia mir zu einem so grossen Troste gereichen, wie Du Dir schwerlich vorstellen kannst." Eine Einlenkung zur Erneuerung seiner Bitte. — *non ita valde probare.* Darauf spielt Cicero im vorigen Briefe an: intelligebam nihil fuisse, quod scriberes." Attikus war es müde geworden, über diesen Gegenstand noch immer Viel zu schreiben. —

meus error. Ferendus? Immo vero etiam adiuvandus. De Othone, diffido, fortasse quia cupio. Sed tamen maior 2 etiam res est quam facultates nostrae, praesertim adversario et cupido et locuplete et herede. Proximum est, ut velim Clodiae. Sed si ista minus confici possunt, effice quidvis. Ego me maiore religione, quam quisquam fuit ullius voti, obstrictum puto. Videbis etiam Trebonianos: etsi absunt domini. Sed, ut ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne aestas effluat: quod certe non est committendum.

EPISTOLA DLXXIV. (ad Att. XII. 44.)

Scr. in Antiati IV. Id. Iun. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Hirtii libro. 1. de negotio hortorum emendorum; de adventu suo in Tusculanum. 2—3. quid Philotimus de Pompeio narraverit. 4.

CICERO ATTICO S.

Et Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse facile patior — fecit enim humane — et te eius epistolam ad me non misisse, multo facilius. Tu enim etiam humanius. Illius librum, quem ad me misit de Catone, propterea volo divulgari a tuis, ut ex istorum vitupera-

---

Immo...adiuv., Du musst mir sogar dabei behülflich sein. *error* = insania.

2. *quia cupio,* weil meine Begierde so gross ist. — *maior etiam res est quam* = superat, excedit, dieser Kauf geht sogar über mein Vermögen. *cupido,* da dieser mein Gegner im Handel selbst Lust zu dem Park hat. S. ep. DLXVII, 4. — *herede,* und einer der Erben ist. S. ep. DLXXI. DLXIII, 4. DLXII, 2. — *Clodiae* hortos emere. S. ep. DLXX, 3. DLXXI, 1. — *me maiore religione, quam quisquam fuit* obstrictus religione *ullius voti, obstr. puto,* ich halte mich durch eine heiligere Verpflichtung gebunden, als irgend Einer ie durch ein Gelübde den Göttern verpflichtet war. Vgl. ep. DLXIII, 4. DLXX, 4. — *Videbis,* Du wirst in Augenschein nehmen. — *Trebon.* S. ep. 563, 4. 570, 3. — *consider. de,* Du kannst in Erwägung ziehen. S. ep. DLXX, 3. — *aetas,* Vgl. ep. DLXX, 4. DLXXI, 1.

1. *συμπαθῶς,* ad indicandam similem animi affectionem accommodate. Scripserat enim Hirtius Ciceronis casum se dolere de filiae morte. MANUT. „dass Hirtius in seinem Briefe an Dich einige Theilnahme an meinem Unfalle bezeigt hat.“ — *humane,* wie ein Mensch von Gefühl. — *humanius* fecisti, „denn das war von Dir noch schonender; Du würdest sonst meinen Schmerz erneuert haben.“ — *de Catone.* S. ep. 570, 4. 567, 1. — *ex istorum* = talium virorum, qualis Hirtius, Caesar. — *illius,* Catonis.

2 tione sit illius maior laudatio. Quod per Mustelam agis, habes hominem valde idoneum meique sane studiosum iam inde a Pontiano. Perfice igitur aliquid. Quid autem aliud, nisi ut aditus sit emptori? quod per quemvis heredem potest effici. Sed Mustelam id perfecturum, si rogaris, puto. Mihi vero et locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis et praeterea ἐγγήραμα. Nam illa Silii et Drusi non satis οἰκοδεσποτικὰ mihi videntur. Quid enim sedere totos dies in villa? Ista igitur malim, primum Othonis, deinde Clodiae. Si nihil fiet, aut Druso
3 ludus est suggerendus aut utendum Tusculano. Quod domi te inclusisti, ratione fecisti. Sed quaeso confice et te vacuum redde nobis. Ego hinc, ut scripsi antea, postridie Idus Lanuvium, deinde postridie in Tusculano. Contudi enim animum et fortasse vici, si modo perman-
4 sero. Scies igitur fortasse cras, summum perendie. Sed

---

2. *per Mustelam agis* de hortis, dass Du Dich des Mustela zum Unterhandeln bedienst, daran thust Du wohl; nam *habes* cet. S. zu ep. 563, 4. Mustela coheres Crispi. Vid. ad Attic. XII, 5. XIII, 3. — *iam inde a Pontiano,* schon vom Handel des Pontianus her; a quo tempore eius amicum vel affinem defendi Pontianum. *MANUT.* „in einer Privatsache vor dem Prätor. — *ut aditus sit emptori,* dass ein ieder Käufer bei der Auction des Scapulanischen Parks Zutritt habe; ut Scapulae horti in auctione veneant. Warum? s. ep. 562, 2. 567, 4. — *ad id, quod volumus,* monumentum Tulliae. — *dederis,* würdest du dadurch verschaffen. — *ἐγγήραμα,* perfugium senectutis, eine Zuflucht für mein Alter. Vgl. ep. 543 am Ende. — *non satis οἰκοδεσποτικά,* für einen Hausherrn nicht bequem, nicht einträglich genug. — *sedere,* still sitzen, unthätig sein. Ueber den Infinit. der Frage s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311, Anm. — *In villa? Ista igitur* recte distinxit Bos. *in villa ista? Igitur* Cett. *OR.* — *Si nihil fiet,* wenn Daraus Nichts wird. — *aut Druso..sugger.*, „so müssen Wir entweder dem Drusus eine Nase drehen.“ Dieser wollte von Cicero's Ungeduld Vortheil ziehen und spannte desshalb die Saiten übermässig hoch. S. ep. 570, 3: „Si Silius nolet, Drusus aget iniuste.“ Aliquod malitiae genus est excogitandum, ut suos nobis hortos Drusus vendat aequiore pretio. *MANUT.*

3. *inclusisti,* ut rationes conficeres. — *ratione fecisti,* daran hast Du vernünftig gethan. S. ep. DLXXII, sub fine. — *confice* rationes, mach, dass Du damit fertig wirst. — *te vacuum redde nobis,* und suche Musse für mich zu gewinnen. — *antea,* ep. DLXXIII, 1. DLXX, 1. — *Contudi enim animum,* denn ich habe meinem Herzen schon Gewalt angethan. So ep. DLXV, 2: quum frangerem iam ipse me. — *vici* animum (wie ep. 576.), „ich bin schon Herr über meinen Schmerz.“ Tullia war im Tusculano gestorben, wo sie sich erholen wollte. — *permansero* in hac contentione, wenn ich bei diesem Kampfe beharre. — *summum,* Asc. pr. *ad summum,* längstens.

quid est quaeso? Philotimus nec Carteiae Pompeium teneri, — qua de re literarum ad Clodium Patavinum missarum exemplum mihi Oppius et Balbus miserant, se id factum arbitrari — bellumque narrat reliquum satis magnum. Solet omnino esse Fulviaster. Sed tamen, si quid habes. Volo etiam de naufragio Caniniano scire, quid sit.

EPISTOLA DLXXV. (ad Att. XII. 45.)

Scr. in Antiati III. Id. Iun. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De libris a se nuper scriptis. 1. de Atticae et Attici valetudine; cur in Tusculano esse velit. 2. de Caesaris statua in templo Quirini; de Hirtii libro divulgando. 3.

CICERO ATTICO S.

Ego hic duo magna συντάγματα absolvi. Nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare possum. Tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas — quod fore ita video — tamen id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, dum modo ne his verbis. De Attica, optime. 2

---

4. *Philotimus,* Ciceronis libertus. S. ad Quint. Fratr. III, 1. ad Famil. III, 9. ad Attic. II, 4. V, 3. VI, 10. — *nec Carteiae Pompeium teneri . . . bellumque* = sed bellum *reliquum* esse *satis magnum narrat,* „Philotimus versichert, Pompeius sei in Carteia nicht eingeschlossen, sondern es fehle noch sehr Viel daran, dass der Krieg geendigt sei.“ Cn. Pompeius hatte sich nach der Schlacht bei Munda in Carteia geworfen, war aber von da mit 20 Kriegsschiffen, deren er sich mittelst Erregung eines Aufstandes bemächtigt hatte, glücklich entkommen. S. Auct. de Bell. Hisp. c. 32. 37. Carteia lag am Ausflusse des Baetis (Guadalquivir). *negat Carteiae* de Turnebi susp. Sch. Lün. *OR.* — *qua de re.* Darin stand also, dass Pompeius zu Carteia eingeschlossen sei. — *Clodium Patavinum,* einen sonst unbekannten Mann. — *se id fact. arbitr.* hängt ab von et scripserant, was in *miserant* versteckt liegt. — *esse Fulviaster,* i. e. imitator Fulvii scil. in mentiendo. Nam Philotimus saepe pro Pompeianis partibus mentiri solebat, ut Cicero ipse scripsit ep. 375. Quis autem sit ille Fulvius, incertum est. Putant notari Fulvium Postumium Caesarianum, et qui sic pro Caesare, ut Philotimus pro Pompeio, solitus sit mentiri. *SCH.* ψευδομάρτυς I. Fr. Gronov. susp. οὐλῶν ἰατὴρ Tunstall. — *si quid habes, mitte* Asc. 1. Crat. *OR.* — *de naufr. Canin.* S. ep. DLXII, 4. Ueber diesen Caninius Rebilus s. zu ep. DLXX, 3.

1. *συντάγματα,* Ausarbeitungen, opera. Intelliguntur duo libri Academicorum. cf. ep. 605. — *a miseria . . aberrare,* mein Elend aus dem Gesichte verlieren. — *dummodo ne his verbis,* nur nicht grade mit diesen Worten.

2. *De Attica, optime,* „dass es mit Attika so gut geht, freuet

Ἀκηδία tua me movet, esti scribis nihil esse. In Tusculano eo commodius ero, quod et crebrius tuas literas accipiam et te ipsum nonnunquam videbo. Nam ceteroqui ἀνεκτότερα erant Asturae: nunc haec, quae refricant, hic me magis angunt. Etsi tamen, ubicunque sum, illa sunt
3 mecum. De Caesare vicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis literis. Eum σύνναον Quirino malo, quam Saluti. Tu vero pervulga Hirtium. Id enim ipsum putaram, quod scribis; ut, quum ingenium amici nostri probaretur, ὑπόθεσις vituperandi Catonis irrideretur.

---

mich.“ Sie war krank gewesen. — Ἀκηδία, torpedo, Mattigkeit. — *me movet*, beunruhigt mich. — *nihil esse* i. e. nullius periculi rem esse. *MANUT.* „dass es damit Nichts zu bedeuten habe.“ — ἀνεκτότερα, tolerabiliora. Pro *ceteroqui* Asc. pr. et sec. Crat. (prob. Corrad.) Sch. Lün. *cetera quidem.* Sed saepe *ceteroqui* corruptum vidi. Et quamquam hic interpolatoribus necessarium videbatur propter *ἀνεκτότερα erant*, tamen hoc sine v. *cetera quidem* aeque recte se habet, ac *Lib.* 13, *Ep.* 19. *quodque tu ἀκίνδυνα esse scribis. OR.* — *Asturae.* Dubium utrum hanc epistolam Asturae an in Antiati scripserit. Si *Asturae*, illuc rediit, postquam Atticum in suburbano convenerat. *SCH.* Gegen Letzteres spricht *erant.* — *nunc* de Corrad. et Graevii sententia Sch. Lün. *nec* Cett. cum Cdd. *augent* de Graevii susp. Sch. Lün. *OR.* „Sensus: in Tusculano ob vestigia Tulliae vulnus ex eius morte maiore cum dolore refricatum iri. *SCH.*“ *nec..angunt* scheint den Sinn zu geben: „auch hier in Antium dringen sich mir die schmerzlichen Erinnerungen nicht mehr auf, als in Astura. Im Tusculano aber wird der Fall anders sein.“ — *illa,* „die Erinnerungen an Tulliens Tod;“ den er nicht mit klaren Worten aussprechen mag.

3. *De Caesare vicino,* „darüber, dass Cäsar Dein Nachbar sei.“ Vgl. ep. 577, 3 den Scherz: *Domum tuam pluris video futuram vicino Caesare,* denn Attikus hatte auf dem Quirinischen Hügel, wo auch der vornehmste Tempel der Salus oder Göttin der öffentlichen Wohlfahrt stand (s. ep. 87 *tuae vicinae Salutis.*), ein vom mütterlichen Onkel geerbtes Haus (s. Cornel. Nep.) neben dem Tempel des Quirinus oder vergötterten Erbauers von Rom. (S. de Legg. I, 1. P. Victor in VI. regione). Nun aber war vom Senate, der ietzt meistens aus Anhängern des Cäsars bestand, in diesen Tagen das Bild des Vernichters der Freiheit mit der Aufschrift θεῷ ἀνικήτῳ aufgestellt (s. Dio XLIII.), wesshalb Cicero den Cäsar scherzhaft einen Nachbar des Attikus nennt. — *Eum σύνναον... Saluti,* „ich sehe lieber, dass Cäsar mit dem Quirinus als mit der Salus in einem Tempel wohne.“ So gefährlich dieser Witz, so konnte sich doch Cicero dessen nicht erwehren. Denn der Sinn desselben streng genommen ist: Salutis in templo Caesarem esse nolo, ut scil. servari ne possit; in Quirini volo, ut ob tyrannidem, quemadmodum ille (Romulus) a civibus, occidatur. *MANUT.* *scripseram.* Der Brief ist nicht mehr vorhanden. — *Hirtium* statt librum s. epistolam ab Hirtio scriptam de vitiis Catonis. Meton. S. ep. 567, 1. 570, 4. 574, 1. — *ut..irrideretur,* „man

EPISTOLA DLXXVI. (ad Att. XII. 46.)

Scr. in Antiati prid. Id. Iun. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Scribit se Lanuvio in Tusculanum exiturum.

CICERO ATTICO S.

Vincam, opinor, animum et Lanuvio pergam in Tusculanum. Aut enim mihi in perpetuum fundo illo carendum est: — nam dolor idem manebit, tantum modestius: — aut nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. Neque enim ista maior admonitio, quam quibus assidue conficior et dies et noctes. Quid ergo? inquies: nihil literae? In hac quidem re vereor ne etiam contra: nam essem fortasse durior. Exculto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

EPISTOLA DLXXVII. (ad Att. XII. 47.)

Scr. in Tusculano XVI. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Clodianis hortis emendis aliisque rebus breviter. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Tu igitur, ut scripsisti; nec id incommodo tuo. Vel binae enim poterunt literae. Occurram etiam, si necesse

---

müsse das Machwerk des Hirtius öffentlich bekannt machen, damit dieser unser Gönner in demselben Augenblicke, wo man sein Talent zu preisen scheine, für den Einfall, auf einen Cato eine Satire zu schreiben, tüchtig ausgelacht werde.“ Nam ingenium scriptoris probari potest, etiamsi in argumento elaboret neutiquam probando. *SCH.*

1. *Vincam animum,* ich will mir noch die Gewalt anthun. So ep. DLXXIV: *vici.* — *modestius,* minder heftig. Sic Cd. in ms. 1584. prob. Graev. *tantummodo octius* Md. Oxon. 1. 2. Vict. 1. *tantummodo ocius* Asc. 1. Crat. *tantum mediocrius* Man. cet. *OR.* — *admonitio,* Erinnerung an Tullia. — *nihil literae* adiuvant? — *ne etiam contra* i. e. ne me literae magis ad tristitiam molliant. *SCH.* — *nam* sine literis, i. e. si illiteratus essem, *..durior,* härter, gefühlloser. — *Exculto.* Facile requires: *in exculto* sive *expolito a. OR.* — *inhumanum.* Exprimit eandem sententiam, quam poëta sic reddidit: *Didicisse fideliter artes emollit mores nec sinit esse feros.*

1. *Tu igitur* ad me venies in Tusculanum. — *nec id incommodo tuo,* iedoch nicht mit Deiner geringsten Belästigung. — *poterunt.* Sic Manut. Seqq. Malim: *binae enim sat erunt. OR.* Priusquam ad me venias, vel binas uterque dare literas poterimus. *MANUT.* — *occurram,* si tu ad me minus commode poteris venire, in loco quodam inter Tusculanum et Romam intermedio

erit. Ergo id quidem, ut poteris. De Mustela, ut scribis: etsi magnum opus est. Eo magis delabor ad Clodiam. Quamquam in utroque Faberianum nomen explorandum est: de quo, nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus; et quidem, ut res est, emere nos velle nec
2 posse sine isto nomine nec audere re incerta. Sed quando Clodia Romae futura est? et quanti rem aestimas? Eo prorsus specto: non quin illud malim; sed et magna res est et difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum herede: etsi de cupiditate nemini concedam; ceteris re-
3 bus inferiores sumus. Sed haec coram. Hirtii librum, ut facis, divulga. De Philotimo, idem et ego arbitrabar. Domum tuam pluris video futuram vicino Caesare. Tabellarium meum hodie exspectamus. Nos de Pilia et Attica certiores faciet.

---

tecum congressurus. — *De Mustela* facies, wegen Mustela bleibt es bei Dem, wie Du geschrieben hast. S. ep. 574, 2. — *etsi magnum opus est,* obgleich die Sache grosse Schwierigkeiten hat: nempe ut Scapulanos hortos habeamus. Erstlich wollen die Erben keinen fremden Käufer zulassen; zweitens im Fall, dass sie diess erlaubten, hab' ich doch einen schlimmen Gegner an dem Otho, der eben so grosse Lust zum Kaufen bezeigt, reich und Miterbe ist. S. ep. 573, 2. — *delabor ad Clodiam,* verfalle ich wieder auf Clodia i. e. ad eius hortos emendos. S. ep. 573, 2. — *Quamquam ... explorandum est,* indessen haben wir zu diesem wie zu ienem das Faberianische Capital nöthig. S. ep. 567, 4 u. s. f. — *cum Balbo.* S. ep. 547, 2. — *re incerta* h. e. nisi certus sim pecuniam a Faberio me accepturum. *incerto* scil. nomine Manut. Lamb. Sch. Lün.

2. *Clodia.* S. ep. 572, 1 am Ende. — *Sed quando ... et quanti.* Sic constitui h. l. ex fide Md. Asc. utriusque, Crat. Vict. 1.; sed hae sine interrogatione, quae hic necessaria est, ut Ep. 42: *ubi ergo Clodia est? aut quando ventura? OR.* — *Eo prorsus specto,* darauf richt' ich ietzt gänzlich mein Auge. — *non quin* = nicht als ob nicht. — *illud,* Scapulanos hortos. — *cum herede,* Othone; wie ep. 573, 2. *certamen,* sich in ein Bieten einzulassen, überbieten zu wollen. — *inferiores* = *infirmiores* (Glosse!) Oxon. 2. Asc. pr. Crat.

3. *Hirtii librum.* S. ep. 575, 3. — *De Philotimo,* von den Neuigkeiten des Philotimus. S. ep. 574, 4. — *vicino Caesare,* weil Du den Cäsar zum Nachbaren hast. Iocus ex amphibolia. Vicina Attico quum esset statua Caesaris in templo Quirini, ob maiorem celebritatem loci fieri poterat, ut domus Attici pluris esset. Sed *vicino Caesare* etiam sic intelligi poterat, quasi ipse Caesar in vicinia Attici domum emisset. Quanto maior tunc loci celebritas; tanto maius domus Attici pretium. Cf. ep. 575, 3. Cicero neckt den Attikus gerne mit seinem haushälterischen Sinne.

EPISTOLA DLXXVIII. (ad Att. XII. 48.)

Scr. in Tusculano XV. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Scribit se Atticum in Tusculano exspectare.

CICERO ATTICO S.

Domi te libenter esse facile credo. Sed velim scire, quid tibi restet aut iamne confeceris. Ego te in Tusculano exspecto, eoque magis, quod Tironi statim te venturum scripsisti et addidisti te putare opus esse. Sentiebam omnino, quantum mihi praesens prodesses; sed multo magis post discessum tuum sentio. Quamobrem, ut ante ad te scripsi, aut ego ad te totus aut tu ad me, quum licebit.

EPISTOLA DLXXIX. (ad Att. XII. 49.)

Scr. in Tusculano circiter XII. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Pseudo-Marii mandatis et literis; de Curtii petitione consulatus. 1. de Tironis valetudine, epistola ad Caesarem et hortis Scapulanis. 2.

CICERO ATTICO S.

Heri, non multo post, quam tu a me discessisti, puto, quidam urbani, ut videbantur, ad me mandata et literas attulerunt a C. Mario C. F. C. N. „Multis verbis agere mecum per cognationem, quae mihi secum es-

---

1. *confeceris* rationes; S. ep. 574, 3. — *post discessum tuum*, seitdem Du wieder fortbist. Nempe inter hanc epistolam et superiorem Atticus cum Cicerone congressus erat fortasse in loco inter Tusculanum et urbem. Nunc eum iterum in Tusculano exspectabat. *SCH.* — *ut ante ad te scripsi.* Hae literae interciderunt. *SCH.* — *ad te* veniam totus, mit Leib und Seele; cum omni familia. — *quum licebit* per negotia tua.

1. *puto*, so deucht mir. Es bezieht sich auf *non multo post* cet., nicht auf *quidam urbani*; denn sonst wäre es wegen *ut videbantur* überflüssig. Schütz tilgte es nebst Lünemann; Corrad. vermuthete *pueri.* — *urbani*, ganz manierliche Leute; oder Schelme, die über die Aufträge des Marius selbst lachten. — *mandata*, mündliche Aufträge. — *C. Mario.* Hic fuit Pseudo-Marius et vero nomine Herophilus quidam, medicus equarius, quem agnitum Caesar extra Italiam relegaverat; deinde post mortem Caesaris carceri impactus et necatus est. Vid. ad Attic. XIV, 18. Philipp. 1. Valer. Max. IX, 15. *POPMA.* Er gab sich also fälschlich für einen Grosssohn des grossen Marius aus. In einer Republik, wo maiestas penes populum, ein grosses Verbrechen! — *agere mecum per*, suchte er mich wegen der Verwandtschaft .... dahin zu bewegen, dass ich seine Vertheidigung übernähme. Ueb. den Infinit. histor. s. Ramsh. §. 168, 5. Grotef. §. 170. — *per cognationem*, quia Ci-

set, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi, avi sui, ut se defenderem:" causamque suam mihi perscripsit. Rescripsi patrono illi nihil opus esse, quoniam Caesaris, propinqui eius, omnis potestas esset, viri optimi et hominis liberalissimi: me tamen ei fauturum. O tempora! fore, quum dubitet Curtius consula-
2 tum petere! Sed haec hactenus. De Tirone, mihi curae est. Sed iam sciam, quid agat. Heri enim misi, qui videret: cui etiam ad te literas dedi. Epistolam ad Caesarem tibi misi. Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas.

---

ceronis avus amitam C. Marii septies, consulis in matrimonio habuerat. Vid. Lib. III. de Legg. c. 13. *MANUT.* — *per eum Marium.* Cicero scripsit versibus librum de C. Mario eumque inscripsit *Marius.* Vid. Libr. I. de Legg. c. 1. *MANUT.* — *avi sui.* Nempe Herophilus finxerat Crassum illum oratorem, Q. Mucii Scaevolae in consulatu collegam, avum suum maternum esse. *SCH.* Ueber *per* s. Ramsh. §. 137, 6. Grotef. §. 461. — *ut se defenderem* contra eos, qui negabant C. Marii nepotem esse. *MANUT.* — *propinqui eius.* Denn der grosse Marius hatte die Iulia, Cäsars Vatersschwester (amita), zur Frau gehabt. S. Plutarch. im Marius und Caesar nebst Sueton in Iul. c. 6. Als iedoch der angebliche Onkel Cäsar nach seiner Zurückkunft aus Spanien bei näherer Untersuchung fand, das der Pferdearzt Pseudo-Marius ein Betrüger war, verbannte er ihn auf immer aus Italien. — *fore* tempus, *quum* = quo cet. Wer hätte ie gedacht, dass eine Zeit kommen werde, wo sogar ein so verdienstloser Mensch wie C. Curtius Postumus sich bedenken od. mit dem Gedanken tragen, darauf sinnen würde, ob er nicht das Consulat verlangen wolle. Curtius Postumus, quem iam olim Cicero dibaphum cogitare i. e sacerdotium petere indignatus erat ep. 372. Hunc Atticus scripserat dubitare, an consulatum petat. Id vero Cicero ferendum negat, huius farinae hominem de consulatu petendo cogitare. *SCH.* Er war doch klug genug gewesen, durch seine Anhänglichkeit an Cäsar sein Glück zu machen. Ueber den Infinit. der Verwunderung s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311 Anm. — *consulatum petere.* Es war schon die Rede davon, dass Cäsar für die drei letzten Monathe dieses Iahrs Consuln an seiner Statt ernennen werde; und so ging Curtius mit dem Gedanken um, sich um das Consulat zu bewerben.

2. *iam* = alle Augenblicke erwarte ich Nachricht über sein Befinden. — *misi* Romam, *qui* = ut eum *videret,* besuchen sollte. — *epist. ad Caesarem* συμβουλευτικὴν illam de re publica ordinanda. Vid. epp, 567. 580. 581. *SCH.* — *horti* Scapulani, quorum auctio futura erat. *MANUT.* — *proscript. sint,* auf welchen Tag der Verkauf der Gärten angesetzt sei.

EPISTOLA DLXXX. (ad Att. XII. 50).

Scr. in Tusculano XI. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Petit ab Attico, ut se mox revisat.

CICERO ATTICO S.

Ut me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. Quare quum poteris, id est, quum Sexti auctioni operam dederis, revises nos. Vel unus dies mihi erit utilis; quid dicam, gratus? Ipse Romam venirem, ut una essemus, si satis consilium quadam de re haberem.

EPISTOLA DLXXXI. (ad Att. XII. 51.)

Scr. in Tusculano XI. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Tironis reditu aliorumque adventu. 1. de auctione hortorum; de epistola ad Caesarem mittenda. 2. de Caerelliae nomine expediendo. 3.

CICERO ATTICO S.

Tironem habeo citius, quam verebar. Venit etiam Nicias: et Valerium hodie audiebam esse venturum. Quamvis multi sint, magis tamen ero solus, quam si unus esses. Sed exspecto te, a Peducaeo utique. Tu autem significas aliquid etiam ante. Verum id quidem, ut poteris. De Virgilio, ut scribis. Hoc tamen velim scire, 2
quando auctio. Epistolam ad Caesarem mitti video tibi placere. Quid quaeris? Mihi quoque hoc idem maxime

1. *Sexti* Peducaei, eines Römischen Senators, der die Versteigerung einiger seiner Besitzungen seinem Freunde Attikus übertragen hatte. — *quadam de re*, „wenn ich über eine gewisse Sache mit mir selbst schon einig genug wäre.“ Diess betraf entweder die Scheidung von seiner neuen Frau Publilia oder seine Händel mit der ersten Frau Terentia.

1. *Tironem ... verebar*, quia aegrotaverat. Vid. ep. DLXXIX, 2. — *Nicias*, grammaticus ille, de quo supra ep. 544, 2. — *Valerium*. Entweder Lucius Valerius iurisconsultus (ep. 165.) oder der Dichter Valerius Catullus (ep. 167.) oder P. Valerius, den er Philipp. I, 3 seinen comes et familiaris nennt. — *quam si unus esses*, als wenn ich Niemanden bei mir hätte ausser Dich. Ern. susp. *si tu unus*. — *a Peducaeo* st. statim post auctionem Peducaei. S. zum vorig. Br. im Anf. — *signif. aliquid etiam ante*, Du sprichst sogar, als ob es noch eher geschehen könne. — *id quidem* facies.

2. *De Virgilio*, „in Hinsicht des Virgilius bleibt es bei Dem, was Du mir geschrieben hast.“ Dieser war einer der Erben des Scapulaischen Suburbanums. S. ep. DLXXI. DLXVII, 1. — *quando auctio* hortorum Scapulanorum fiat. — *ad Caesarem*. S. ep. 567, 2.

placuit, et eo magis, quod nihil est in ea, nisi optimi civis; sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολιτικοὶ praecipiunt. Sed scis ita nobis esse visum, ut isti ante legerent. Tu igitur id curabis. Sed, nisi plane iis intelliges placere, mittenda non est. Id autem utrum illi sentiant, anne simulent, tu intelliges. Mihi simulatio
3 pro repudiatione fuerit. *Τοῦτο δὲ μηλώσῃ.* De Caerellia quid tibi placeret, Tiro mihi narravit: debere non esse dignitatis meae: perscriptionem tibi placere:

Hoc metuere, alterum in metu non ponere.

Sed et haec et multa alia coram. Sustinenda tamen, si tibi videbitur, solutio est nominis Caerelliani, dum et de Metone et de Faberio sciamus.

EPISTOLA DLXXXII. (ad Att. XII. 52.)

Scr. in Tusculano X. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Tullii Montani negotio. 1. de epistola ad Caesarem et de hortis emendis; de Lentuli Spintheris divortio. 2. de libris philosophicis. 3.

CICERO ATTICO S.

L. Tullium Montanum nosti, qui cum Cicerone pro-

579, 2. — *nisi optimi civis,* als Was der beste Bürger sagen kann. — *sed ita optimi,* es versteht sich iedoch, ein so guter Bürger, wie es die Umstände ihm zu sein erlauben. Ut postulant tempora. Nihil enim scripsi in epistola, nisi quod optimum civem deceret, sed ut temporibus tamen paruerim: quasi dicat: non plane tamen, quod sentiebam, edidi. Quid agas? Tempora ita ferunt. *MANUT.* — *parere,* sich worein fügen, schicken. — *ita* nobis *esse visum,* dass ich dieser Meinung, nämlich den Brief an Cäsar zu senden, nur unter der Bedingung war. — *isti,* Caesariani, Ciceronis amici, ut Oppius, Balbus, Dolabella cet. — *sentiant,* aufrichtig meinen; *simul.,* heucheln. — *repudiat.,* Missbilligung. Nam si eos simulare senseris, pro eo accipiam, quasi epistolam repudiarint. *MANUT.* — *Τοῦτο...μηλώσῃ,* hoc igitur diligenter explorabis.

3. *De Caerellia* Ciceronis necessaria, cui numos debuit, vid. epist. DXIII, 1. — *τὸ debere* Caerelliae diutius *non esse dignitatis meae,* scil. tibi visum, Du meinest, ihr Schuldner länger zu sein, streite gegen meine Würde. — *perscriptionem* i. e. solutionem per delegationem, Assignation. *SCH.* „Du rathest zu einer Zahlung durch Anweisung. — *Hoc metuere...ponere,* „Ienes fürchtest Du, bei diesem siehst Du kein Bedenken.“ Ein Versehen, ein iambischer Senar aus einem alten Dichter, der auch Topic. c. 13. vorkommt. — *Sustinenda..solutio est nom. Caerell.,* nur sollte mit Bezahlung der Schuld an Cärellia noch zurückgehalten werden, bis wir wissen, wie wir mit Meton und Faberius daran sind; nämlich ob diese mir bezahlen. — *Metone.* Videtur eandem pecuniam significare, quam sibi Meto ille ex delegatione debebat, de qua supra ep. 411, 2. *SCH.* — *de Faberio.* S. zu ep. 567, 1.

fectus est. Ab eius sororis viro literas accepi, Montanum Planco debere, quod praes pro Flaminio sit, HS. XXV.: de ea re nescio quid te a Montano rogatum. Sane velim, sive Plancus est rogandus sive qua re potes illum iuvare, iuves. Pertinet ad nostrum officium. Si res tibi forte notior est quam mihi aut si Plancum rogandum putas, scribas ad me velim, ut, quid rei sit et quid rogandum, sciam. De epistola ad Caesarem quid egeris, 2
exspecto. De Silio, non ita sane laboro. Tu mi aut Scapulanos aut Clodianos efficias necesse est. Sed nescio quid videris dubitare de Clodia; utrum, quando veniat, an sintne venales? Sed quid est, quod audio Spintherem fecisse divortium? De lingua Latina securi es animi, 3
dices, qui talia conscribis: ἀπόγραφα sunt: minore labore fiunt; verba tantum affero, quibus abundo.

---

1. *cum Cicerone* filio meo Athenas profectus est. Vid. ep. DXLII, 1. DLI: „comes est idoneus." — *Planco.* S. zu ep. 434 im Anfange. — *quod praes. pro T. Flaminio* Flamma factus *sit,* weil er sich bei ihm für den Flaminius verbürgt habe. S. ep. DCXCVIII gegen Ende. DCCIII und Sallust. B. Cat. c. 36. — *HS. XXV.* = 25,000 Sestertien = 2,500 Gulden. — *nescio quid,* Du seist, ich weiss, nicht um welche Gefälligkeit gebeten. — *est rog.*, ne statim praedem Montanum odoriatur et de solutione appellet. *SCH.* — *illum,* Montanum. — *quid rogandum,* um Was ich ihn ersuchen soll.

2. *De epist. ad Caes.* S. zu ep. 581, 2. — *De Silio* = de Silii hortis, am Park des Silius ist mir im Grunde eben nicht so Viel gelegen. S. ep. 574, 2. — *Clodianos* hortos *effic. n. e.*, musst Du mir schaffen. — *de Clodia* st. de hortis Clodianis. — *quando veniat,* num id est quod dubitas, quo die ventura sit Clodia (v. ep. 577, 2), an sintne omnino venales eius horti? Asc. 1. Crat. Lamb. Bened. *veneant* i. e. quando eorum auctio. v. ep. 579 sub fine: *Horti quam in diem proscripti sint;* 581 *quando auctio.* — P. Lentulum *Spintherem,* der Sohn des im Bürgerkriege umgekommenen P. Lentulus Spinther, welcher sich als Consul um Ciceros Zurückberufung so verdient gemacht hatte. S. zu ep. 92 und 843 im Anf. — *divortium fecisse,* cum uxore Metella. Vgl. ep. 598.

3. *De lingua Latina sec. es an.* cet., Du musst, wirst Du sagen, ein grosses Vertrauen in die Lateinische Sprache setzen, dass Du (*qui* = quum tu.. *conscribis* st. conscribas) solche philosophische Werke in ihr verfassest; tu non laboras de egestate Latinae linguae, qui ista philosophica conscribis, quae verbis aptis et usitatis exprimi vix possunt. *POPMA.* S. Ramsh. §. 194, 1, Not. 2. Grotef. §. 432. — *ἀπόγραφα sunt,* Cicero respondet; „es sind bloss Uebersetzungen, Copien der Griechen." — *verba.. affero,* ich gebe nur die Worte dazu her.

EPISTOLA DLXXXIII. (ad Att. XII. 53.)

Scr. in Tusculano X. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Scribit se literas Attici exspectare et petit, ut epistolas suas ad Marcianum et ad Montanum una cum Epiroticis perferendas curet.

CICERO ATTICO S.

Ego, etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui videor. Hic nobiscum sunt Nicias et Valerius. Hodie tuas literas exspectabamus matutinas. Erunt fortasse alterae pomeridianae, nisi te Epiroticae literae impedient: quas ego non interpello. Misi ad te epistolas ad Marcianum et ad Montanum. Eas in eundem fasciculum velim addas, nisi forte iam dedisti.

EPISTOLA DLXXXIV. (ad Att. XIII. 1.)

Scr. in Tusculano IX. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De literis ad Ciceronem filium et Tullios ab Attico missis. 1. de hortorum emendorum negotio. 2. de epistola ad Caesarem; de Nicia et Peducaeo. 3.

CICERO ATTICO S.

Ad Ciceronem ita scripsisti, ut neque severius, neque temperatius scribi potuerit; nec magis, quam quemadmodum ego maxime vellem. Prudentissime etiam ad

---

1. *Nicias et Valerius*, zwei gelehrte Gesellschafter, ein Griechischer und ein Römischer. S. zu ep. 581. 1. — *matutinas* = mane, diesen Morgen in der Frühe. — *Erunt . . . pomeridianae*, vielleicht werd' ich ihn nun Nachmittags bekomen. Sic Asc. pr. Manut. Lamb. *pusmeridiane* Md., unde vide ne cum Velio Longo p. 2237 *posmeridianae* scribendum sit. = *postmeridianae* Cett. *OR*. *Epiroticae literae*, quas Atticus in Epirum, ubi maxima praedia possidebat, negotiorum suorum causa scripsit. „del. *literae* de Manut. susp. Sch. Lün. Sed hic propter ironiam, qua significat literas funebres, recte iteratur nomen.“ *ORELLI*. So neckt Cicero seinen Attikus oft. — *interpello*, wobei ich Dich nicht stören will. — *Marcianus*, Ciceronis libertus vel procurator. Vid. ep. DXXXIV, 1. — *in eundem fasciculum* (Felleisen), quem in Epirum mittis, ut ex Epiro deinde Athenas deferantur. Nam Athenis erant Martianus et Montanus (v. ep. 582.) cum Ciceronis filio. *MANUT*.

1. *ad Ciceronem* filium, quem Athenis immoderatos sumptus facere percrebuerat. *SCH*. — *maxime vellem* i. e. si in utroque genere summum fieri aut facere ipse vellem. *ERNESTI*. — *Tullios* i. e. M. Tullium Marcianum et Lucium Tullium Montanum, qui

Tullios. Quare aut ista proficient aut aliud agamus. De 2
pecunia vero, video a te omnem diligentiam adhiberi vel potius iam adhibitam: quod si efficis, a te hortos habebo. Nec vero ullum genus possessionis est, quod malim, maxime scilicet ob eam causam, quae suscepta est; cuius festinationem mihi tollis, quoniam de aestate polliceris vel potius recipis: deinde etiam ad καταβίωσιν maestitiamque minuendam nihil mihi reperiri potest aptius: cuius rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari velim. Sed me ipse revoco. Non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas. Itaque istuc iam pro facto habeo. Exspecto, quid istis placeat de 3
epistola ad Caesarem. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tua sui memoria delectatur. Ego vero Peducaeum nostrum vehementer diligo. Nam et quanti patrem feci, totum in hunc: et ipsum per se aeque amo, atque illum amavi; te vero plurimum, qui hoc ab utroque nostrûm fieri velis. Si hortos inspexeris et si de epistola certiorem me feceris, dederis mihi, quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen aliquid. Nunquam enim deerit.

---

cum Cicerone Athenis erant, scripsisti. — *ista,* admonitiones tuae. — *agamus,* oder wir wollen andere Massregeln ergreifen. *agemus* Corrad. susp. prob. Ern. *OR.*

2. *de pecunia* a debitoribus exigenda, ut hortos emere posset. *MANUT.* S. ep. 547, 2. — *a te,* durch Deine gütige Bemühung. — *quae suscepta est,* des Zwecks wegen, den ich mir einmal vorgesetzt habe; näml. der Tullia ein fanum zu erbauen. — *cuius fest. m. tollis,* dessen ängstliche Betreibung Du mir gehoben hast. — *de aestate,* dass das Werk noch vor Ende Sommers fertig sein solle. Vgl. ep. 570 am Ende. 571, 1. — *καταβίωσιν,* ad decursum reliquum vitae. *GRONOV.* Vgl. ἐγγήραμα ep. 574, 2. 547, 2. — *hortari,* mahnen. *revoco,* rufe mich wieder zur Ordnung. — *cupiditate,* an Eifer, es zu Stande zu bringen. — *pro facto,* für so gut als schon geschehen.

3. *istis,* Caesarianis, mittenda sit ad Caesarem nec ne. *MANUT.* S. ep. 581, 2. vgl. mit ep. 571, 2. 579, 2. 582, 2. — *Nicias.* S. ep. 581, 1. 583, 1. Er war ietzt beim Cicero. — *Peducaeum.* Von ihm war die Rede ep. 580 u. 581, 1. — *totum in hunc* scil. transtuli, die Achtung, die ich für seinen Vater hegte, hab' ich ganz auf ihn übertragen. — *per se,* an sich, um sein Selbst willen. — *qui* = quippe qui . . *velis,* dass Du so vielen Antheil an unserer gegenseitigen Freundschaft nimmst. — *si de epistola* ad Caesarem *cert. me feceris,* und wenn Du mich über meinen Brief an Caesar aus der Ungewissheit wirst gezogen haben. — *quod . . scribam,* Stoff an Dich zu schreiben.

EPISTOLA DLXXXV. (ad Att. XIII. 2.)

Scr. in Tusculano IX. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De literis Attici et negotiis ei mandatis. 1. de Ariarathis adventu. 2. de auctione Peducaei; de Dionysii literis. 3—4.

CICERO ATTICO S.

Gratior mihi celeritas tua quam ipsa res. Quid enim indignius? sed iam ad ista obduruimus et humanitatem omnem exuimus. Tuas literas hodie exspectabam, nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? Verumtamen. . . Oppio et Balbo epistolas deferri iubebis, et tamen Pisonem sicubi de auro. Faberius si venerit, videbis, ut tantum attribuatur, si modo attribuetur, quantum debetur. Acci-
2 pies ab Erote. Ariarathes, Ariobarzani filius, Romam venit. Vult, opinor, regnum aliquod emere a Caesare. Nam, quo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet. Omnino eum Sestius noster parochis publicis

---

1. *celeritas tua* in nuntiando. *SCH.* — *quam ipsa res*, quam mihi nuntiasti. Videtur ad aliquod Terentiae factum pertinere. *SCH.* — *indignius*, Niederträchtigeres. — *ad ista*, gegen solche Dinge sind wir schon abgehärtet. — *humanitatem* i. e. humanum sensum malorum. *SCH.* — *nihil . . novi* scil. ediscerem, freilich gar nicht, um etwas Neues daraus zu vernehmen. — *quid enim,* denn Was könnte das sein? So viel hab' ich schon erfahren müssen! — *Verumtamen* scil. novi quid accidere potuerit. Aposiopesis. — *epistolas*, quibus eos Cicero rogaverat, ut exactionem Faberiani nominis adiuvarent. *MANUT.* S. zu ep. 547, 2. 577, 1. — *et tamen Pisonem sicubi* poteris convenias, ut cum eo de auro colloquaris, „dessungeachtet rede, wenn Du den Piso irgend antriffst, mit ihm wegen des bewussten Goldes.“ Er sollte zum Ankauf des Parks vom Geldhändler u. Wechsler Piso noch entweder Gold für Zinsen anleihen oder bei ihm Silber in Gold umwechseln. S. ep. 449, 2. 590, 2. Oder aber dieser Wink bezieht sich auf die Verwechselung seines Silbergeschirrs gegen Gold. — *ut tantum* ei *attrib.* (wie Margo 1584 gibt), i. e. ut tantum, quantum Faberius debet, venditoribus hortorum attribuatur, si modo attribuetur i. e. si modo per delegationem solvetur. *SCH.* — *accipies ab Erote* liberto tuo i. e. cognosces ab eo, quantum nobis a Faberio debeatur. Is enim Ciceronis rationes procurabat. *MANUT.* S. ep. DXXXIII, 3 u. ep. CCLII. DCCXXVIII. DCCXXXII.

2. *filius,* und zugleich iüngerer Bruder vom Ariobarzanes II., dem Könige in Kappadocien, welchen Cäsar, da er nach dem Tode des Pompeius um Gnade bat, wieder, mit Ausschluss seines iüngeren Bruders, in sein kleines sklavenreiches und geldarmes Königreich eingesetzt hatte. — *in suo* d. i. dessen muthmasslicher Erbe er war, weil sein Bruder keine Kinder hatte. — *L. Sestius,* quaestor 709, M. Bruti post proquaestor in Macedonia et anno 731 Consul suffectus. Fortasse fuit P. Sestii filius, ad quem ep. XV. scripta. — *parochis publicis*, unser Freund Sestius hat sich seiner ohne

occupavit: quod quidem facile patior. Verumtamen, quod mihi, summo beneficio meo, magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per literas, ut apud me deversetur. Ad eam rem quum mitterem Alexandrum, has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peducaei: quum 3
poteris ergo; etsi impediet fortasse Faberius, sed tamen quum licebit. Dionysius noster graviter queritur, et ta- 4
men iure, a discipulis abesse tam diu. Multis verbis scripsit ad me, credo item ad te. Mihi quidem videtur etiam diutius afuturus. Ac nollem; valde enim hominem desidero.

EPISTOLA DLXXXVI. (ad Attic. XIII. 3.)

Scr. in Tusculano VIII. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De nominibus ad hortos emendos expediendis; de Bruti adventu. 1—2.

CICERO ATTICO S.

A te literas exspectabam; nondum scilicet. Nam has

Weiteres als der Staatsbewirther aller Fremden bemächtigt. *parochae* (*παροχαί*) *publicae* sunt lautia, quae legatis exterarum nationum et aliis senatu decernente praebebat Quaestor urbanus, ut hic L. Sestius. *Parochus publicus* (wie Andere lesen) est, qui praebet lautia, puta domum et omnia ad victum necessaria munera. Nec in urbe tantum, sed etiam in provinciis Parochus, qui magistratibus provincialibus iter facientibus lignum, oleum, salem, vehicula praebebat. *POPMA.* — *occupavit*, praevenit me Sestius loca et lautia praebendo iussu senatus, ut solebat fieri legatis externorum populorum et regibus Romam venientibus. Assentior enim iis, qui scribunt *parochis publicis*, *παροχαῖς*. *GRONOV.* — *summo beneficio meo*, vermöge meiner wichtigen Verdienste um sie. Nam Ariobarzanem eius fratrem, Cappadociae regem, praesentibus insidiis nec opinantem liberaverat regnumque ei servaverat. *MANUT.* Vid. ep. 219. 220. 238. wo nur ein Bruder erwähnt wird. Allein nach orientalischer Sitte konnte er mehre Halbbrüder haben, die in Hinsicht auf die Thronfolge in keinen Betracht kamen. — *deversetur*, einkehre, seinen Aufenthalt nehme. Sic Md. Lamb. Sch. Lün. *diversetur.* Cett. *OR.* — *Alexandrum*, libertum et tabellarium Ciceronis. — *has . . literas*, diesen Brief an Dich.

3—4. *auctio Peducaei*, cui operam dare Atticus volebat. *MANUT.* S. ep. 580 u. 581, 1. — *quum poteris ergo* scil. ad me venies. — *etsi* te *impediet fortasse Faberius* i. e. exactio nominis Faberiani. — *sed tamen* venies *quum licebit.* — *Dionysius*, mit welchem Cicero iedoch, nach den Briefen in d. vorig. Bänden, schon öfter zerfallen war. S. ep. 353. 619. 655. — *a discipulis* non Ciceronibus filiis, quorum alter erat in Hispania, alter Athenis; sed a me ipso et aliis, quos habet. *MAMUT.* *se a* Lamb. Etiam Ern. *se* post v. *abesse* excidisse putabat. *OR.* — *Ac nollem*, und wirklich thäte mir Das leid. - *afuturus ac vellem* Corrad. susp. prob. Lamb. in Curis sec. De distinctione cfr. Hand *Tursell.* 1. pag. 473. *ORELLI.*

mane rescribebam. Ego vero ista nomina sic probo, ut nihil aliud me moveat, nisi quod tu videris dubitare. Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers: qui, si ipse negotium meum gererem, nihil gererem nisi consilio tuo. Sed tamen intelligo magis te id facere diligentia, qua semper uteris, quam quod dubites de nominibus istis. Etenim Caelium non probas: plura non vis. Utrumque laudo. His igitur utendum est. Praes aliquando factus esses, et in his quidem tabulis. A me igitur omnia. Quod dies longior est — teneamus modo quod volumus — puto fore istam etiam a praecone diem, certe ab heredibus. De Crispo et Mustela videbis: et

---

1—2. *Exspectabam* = exspecto im Briefstil. — *nondum* tamen hac ipsa hora. — *scilicet*, offenbar. — *Nam has* ad te literas mane *rescribebam* (= rescribo), ut tabellarii tui mane Roma exeuntes nondum ad me potuerint pervenire. *SCH. manere scribebam* Md. „*Rescribebam* dixit pro *scribebam*, quia respondit literis Attici superioribus." *ERN.* — *ista nomina* = istos creditores vel praedes. Cicero wollte zum Ankauf des Scapulaischen Gartens Geld leihen oder doch Bürgen für sich stellen. — *ut ... moveat*, so dass ich mich an Nichts stosse, als dass Du dabei so bedenklich zu sein scheinst. *dubitare*, an his creditoribus utamur, vel si parum constet, an pecuniam mutuam iusto tempore daturi sint vel si iniquas usuras postulent. Si ad praedes, quos Cicero daturus erat, referre malueris, Atticus *dubitare* dicitur, an venditores eos sint accepturi pro idoneis. — *non accipio in b. part.*, ich halte es für kein gutes Zeichen, dass Du Alles mir überlässest. — *qui* = quum ego, da ich doch u. s. w. — *dilig. qua semp. uteris*, Deiner gewöhnlichen Behutsamkeit wegen. — *Caelium* creditorem *non probas* i. e. non suades mihi, ut ab eo pecuniam mutuam sumam. *SCH. Caelius* argentarius. Vid. ad Attic. VII, 3, 11 (h. ed. 294.). 449, 2. — *plura non vis* i. e. non vis, ut plura nomina contrahamus. *SCH.* — *His* i. e. nominibus s. creditoribus supra memoratis. — *Praes . . tabulis*, „oder wenn wir iene Creditoren (Bürgen) Deiner Meinung nach nicht gebrauchen sollten, so wärest Du doch wol einmahl ein Bürge geworden und hättest für mich bei dieser Versteigerung des Scapulaischen Parks gut gesagt." Ein leiser ironischer Vorwurf, der sich aus Cornel. XXV, c. 6 erklärt: „Nullius rei neque praes neque manceps factus est." — *omnia* scil. *praestabuntur*, so werd' ich denn Alles selbst zu leisten haben. — *Quod dies longior est* cet. quantum ad id attinet, quod dies meorum nominum longior est (dass der Termin, wo meine Schuldner mir bezahlen müssen, etwas zu weit hinausgeschoben ist) quam ut pecuniam repraesentare possim; spero praeconem in tam longam diem, quam illa nostrorum nominum sit, solutionem destinaturum: aut, si id a praecone impetrare non possum, certe ab heredibus Scapulanis assequar. *Teneamus modo, quod volumus*, et hortos illos nobis elabi ne sinamus. *BOSIUS.* — *de Crispo et Mustela videbis*, Du wirst den Crispus u. Mustela, da sie Miterben sind, warm halten, dass sie

velim scire, quae sit pars duorum. De Bruti adventu eram factus certior. Attulerat enim ab eo Aegypta 2 libertus literas. Misi ad te epistolam, quia commode scripta erat.

EPISTOLA DLXXXVII. (ad Attic. XIII. 27.)

Scr. in Tusculano VIII. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De epistola ad Caesarem omittenda. 1. de hortis Scapulanis; de Erote ad Atticum misso. 2.

CICERO ATTICO S.

De epistola ad Caesarem, nobis vero semper rectissime placuit, ut isti ante legerent. Aliter enim fuissemus et in hos inofficiosi et in nosmet ipsos, si illum offensuri fuimus, paene periculosi. Isti autem ingenue: mihique gratum, quod, quid sentirent, non reticuerunt: illud vero vel optime, quod ita multa mutari volunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit: quamquam de Parthico bello quid spectare debui, nisi quod illum velle arbitrabar? Quod enim aliud argumentum epistolae nostrae nisi *κολακίας* fuit? An, si ea, quae optima putaram, suadere voluissem, oratio mihi defuisset? Totis igitur literis nihil opus est. Ubi enim *ἐπίτευγμα* magnum nullum fieri possit, *ἀπότευγμα* vel non magnum molestum futurum sit; quid opus est *παρακινδυνεύειν*? praesertim quum illud occurrat, illum, quum

---

bei der Versteigerung des Scapulaischen Gartens mir nach Kräften beistehen. S. ep. 575, 2. 563, 4. 449, 2. — *quae sit pars duorum*, wie gross ihrer beider Antheil an der Erbschaft ist. Fort. *duorum horum. OR.* — *De Bruti adventu.* S. ep. 547, 1. 545, 3. — *Aegypta* eius libertus. — *Misi* = mitto *ad te epistolam* mihi a Bruto missam; *scripta erat* = *est.*

1. *De epistola ad Caesarem.* Significat illum librum *συμβουλευτικόν*, de quo ep. 567. 584. *SCH.* — *isti ante*, Caesariani, qui Romae erant. — *si illum*, Caesarem. — *ingenue*, quid sentirent, professi sunt. — *quod ita multa . . . causa non sit.* Sensus: Cicero ait sibi hoc ex animi sententia cecidisse, quod illi Caesariani tam multa mutari voluerint, ut iusta sibi causa sit omnino hanc epistolam ad Caesarem non mittendi; quippe qui nolit eam de integro scribere. Id paulo post clare sic innuit: *totis igitur literis nihil opus est. SCH.* — *de Parthico bello.* Cicero inter alia suaserat Caesari, ut bellum adversus Parthos gereret. — *κολακίας*, assentationis. *κολακία* Cett. — *quae optima putaram*, scil. ex animi mei sententia si Caesari consilia dare i. e., ut rem publicam et libertatem restitueret, suadere voluissem. *SCH. putaram* i. e. meam *αἵρεσιν πολιτικήν*, ante Pompeium devictum. *putarem* (scil. nunc) Md. Oxon. 1. 2. Lamb. *ORELLI.* — *ubi enim . . . παρακινδυνεύειν?* Ubi enim emolumentum magnum nullum fieri possit (nihil enim aliud lucrari possum hoc libro ad Caesarem misso, nisi forte ut

antea nihil scripserim, existimaturum me, nisi toto bello confecto, nihil scripturum fuisse. Atque etiam vereor, ne putet me hoc quasi Catonis μείλιγμα esse voluisse. Quid quaeris? Valde me poenitebat: nec mihi in hac quidem re quidquam magis ut vellem accidere potuit, quam quod σπουδὴ nostra non est probata. Incidissemus
2 etiam in illos, in eis in cognatum tuum. Sed redeo ad hortos. Plane illuc te ire nisi tuo magno commodo nolo. Nihil enim urget. Quidquid erit, operam in Faberio ponamus. De die tamen auctionis, si quid scies. Eum, qui e Cumano venerat, quod et plane valere Atticam nuntiabat et literas se habere aiebat, statim ad te misi.

EPISTOLA DLXXXVIII. (ad Att. XIII. 28.)

Scr. in Tusculano VII. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Exspectat, quid de hortis Attico visum sit. 1. de epistola ad Caesarem omittenda; de Niciae discessu. 2—3.

CICERO ATTICO S.

Hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid visum tibi sit, cras scilicet. De Faberio autem, quum venerit.

aliquis ad illius in me benevolentiam cumulus accedat), damnum autem vel non magnum molestum futurum sit (scil. si Cäsar vel leviter quibusdam epistolae meae locis offendatur); quid opus est periclitari s. temere me periculo obiicere? *SCH.* Ueber *opus est* c. infinit. s. Grotef. §. 257, 3, Anm. 1. Ramsh. §. 141, 2, N. 3. — *nec nisi t. b. confecto* i. e. me exspectasse exitum Hispaniensis belli, deinde scripsisse; quasi antea ideo non scripserim, quod de Pompeianorum victoria speraverim. *MAN.* — *μείλιγμα*, lenimentum. Sensus: ne putet me ob eam causam hanc sibi epistolam misisse, ut hoc quasi munere eum placarem, alienatum eo libro, quem scripsi de laudibus Catonis. *MANUT.* Vid. ep. DLXVII. DLXX, 4. DLXXIV. DLXXV, 3. — *quam quod σπουδὴ* (studium, cura) *nostra non est probata* i. e. quod Caesariani, qui Romae sunt, studium nostrum in eo libro positum non omnino probarunt. *SCH.* — *in illos*, qui apud Caesarem sunt, qui ex illa epistola nacti occasionem calumniandi operam darent, ut me in odium Caesaris adducerent. *MANUT.* — *cognatum tuum*, Q. Ciceronem filium. Vid. ep. DLXIII, 2.

2. *ad hortos* Scapulanos. — *illuc te ire*, ad eos inspiciendos. Vid. ep. DLXXXIV, 3. DLXXXVIII, 1. — *in Faberio.* S. ep. 585, 1. 588, 1. — *de die . . auctionis* hortorum Scapulanorum ad me scribes. — *Eum*, de Sch. coni. Lün. *Erotem.* Vid. ep. 585, 1 sub fine. 577, 3. — *e Cumano*, ubi tum erat Attica cum matre Pilia. *SCH.* S. ep. 575, 2. 567, 5. 552, 2. 551, 2. 542, 3. 534. 530, 4. 515

1. *eras scil.* scribes. — *De Faberio.* S. ep. 585, 1.

De epistola ad Caesarem, iurato mihi crede, non possum; 2
nec me turpitudo deterret, etsi maxime debebat. Quam enim turpis est assentatio, quum vivere ipsum turpe sit nobis! Sed ut coepi, non me hoc turpe deterret. Ac vellem quidem — essem enim, qui esse debebam — sed in mentem nihil venit. Nam, quae sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones, vides quibus in rebus versentur. Adolescentem incensum cupiditate verissimae gloriae, cupientem sibi aliquid consilii dari, quod ad laudem sempiternam valeret, cohortantur ad decus. Non deest oratio. Ego quid possum? Tamen nescio quid e quercu exsculpseram, quod videretur simile simulacri. In eo quia nonnulla erant paullo meliora quam ea, quae fiunt et facta sunt, reprehenduntur: quod me minime poenitet. Si enim pervenissent istae literae, mihi crede, 3
nos poeniteret. Quid? tu non vides ipsum illum Aristoteli discipulum, summo ingenio, summa modestia, postea quam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? Quid? tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistolis laetaturum putas? Ille vero

---

2. *non possum* aliam ad Caesarem epistolam scribere, quum in illa, quam scripseram, eius amicis tam multa displicuerint. *SCH.* — *ut coepi* = dixi. — *Ac vellem quidem* me hoc turpe deterrere. — *sed in m. n. venit*, quod possim praeter ista, quae iam scripseram, ad Caesarem scribere. *SCH.* — *eloq. et doct.*, ut Aristotelis et Theopompi ep. 567, 2. — *ad decus.* Sic distinxi cum Man. et Lamb. Sententia est: cohortantur ad decus, i. e. virtutem: non quod ille, qui laudem sempiternam cupiebat, exspectare poterat, ad bellicam dumtaxat fortitudinem: quod ubi fit, ut quis alterum ad honestum et decorum cohortetur, nunquam deest oratio, *cohortantur. Ad decus deest oratio* Cett. *OR. Non deest* scil. istis *Graecis. SCH.* — *Tamen . . simulacri* i. e. tamen ex dura et parum commoda materia aliquid effeceram, in quo Caesar vere laudari sibi videri posset. *SCH.* „Dennoch hatt' ich aus einem Eichenblock so Etwas herausgeschnitzt, das wie eine Bildhauerarbeit aussehen sollte.“ — *nonnulla*, ein Paar Züge meines Bildes. — *facta sunt* a Caesare. — *repreh.* a Caesarianis — *poenitet*, quae reprehensio mihi minime est molesta, imo potius iucunda, quod ex ea intellexi totis illis literis nihil opus esse. *SCH.* S. vorig. Brief. §. 1.

3. *pervenissent* ad eum, Caesarem. — *poenit.*, quod Caesar offensus mihi succensuisset. *SCH.* — *Quid*, wie das? — *Aristoteli.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. = *Aristotelis* Cett. *OR.* — *rex*, ὁ βασιλεὺς d. i. der grosse König, erste König der Welt, als nunmehriger König der Perser. — *immod.*, zügellos leidenschaftlich. — *hunc* (Caesarem) *de pompa*, seit dessen Bildsäule unter den Göttern im Feierzuge getragen u. in Quirins Tempel aufgestellt wurde. S. Sueton im Cäs. u. Dio Cass. Libr. XLIII. — *Quirini contubernalem*, ep. 575 σύνναον Quirino. — *moderatis*, an so

potius non scripta desideret, quam scripta non probet. Postremo, ut volet. Abiit illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabam πρόβλημα Ἀρχιμήδειον. Multo mehercule magis nunc opto casum illum, quem tum timebam, vel quem libebit. Nisi quid te aliud impediet, mihi optato veneris. Nicias a Dolabella magno opere arcessitus — legi enim literas — etsi invito me, tamen eodem me auctore profectus est. Hoc manu mea.

EPISTOLA DLXXXIX. (ad Att. XIII. 29.)

Scr. in Tusculano a. d. VII. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Niciae de Iuvencio Thalna iudicium refert. 1. de hortis emendis quid fieri velit, exponit. 2—3.

CICERO ATTICO S.

Quum quasi alias res quaererem de philologis e Nicia, incidimus in Thalnam. Ille de ingenio nihil nimis: modestum et frugi. Sed hoc mihi non placuit: se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. filiam, vetulam sane et multarum nuptiarum: non esse probatum

---

gemässigten Lobeserhebungen in meiner Schrift. — *Postremo, ut volet,* kurz u. gut, denke er gegen mich, wie er wolle. — *Abiit illud* cet., „verraucht ist nun die Lust zum Archimedischen Problem, die mich damals kitzelte, als ich es Dir zu lösen aufgab.“ Nämlich wie er Cäsars Gunst sich erwerben und doch den Charakter eines freigeborenen Staatsmannes dabei behaupten könne? diess war das Problem, dessen Lösung selbst einem Archimedes, ienem Mathematiker zu Syrakus, der, als er den Weg, in Gold eingemischtes Metall zu entdecken, gefunden hatte, εὕρηκα ausrief, bleibende Ehre gemacht hätte. Vgl. ep. 445, 2. — *casum illum,* gravissimam Caesaris offensionem, quae vel mortis vel exsilii periculum mihi afferre poterat. Hunc casum ait se, quoniam ob filiae mortem vitae pertaesum sit, nunc magis optare quam extimescere. *SCH.* — *vel quem libebit,* oder ieden beliebigen andern Fall. — *Nicias.* S. ep. 583. — *magno opere arcess.*, sehnlichst verlangt.

1. *Quum quasi alias res* i. e. „quum interrogarem Niciam, quinam essent eruditiores in literis possentque de iis bene disserere — nam hi sunt philologi — idque facerem, ne animadverteret, quid vellem et quare interrogarem.“ Nempe volebat de Thalna cognoscere eius iudicium, ad quem videbat sermonem venturum, quod sciebat eum esse doctum. *ERNESTI.* — *in Thalnam* e Iuvenciis. Cum Fastis Capitolinis Sch. Lün. *Thalnam* = Talnam Ceteri. *OR.* — *nihil nimis* dixit, er pries sein Genie eben nicht zu sehr; dagegen ihn selbst als einen bescheidenen und biedern iungen Mann. — *sed hoc,* nempe quod sequitur. — *Cornificiam, Q. filiam.* S. zu ep. 641 im Anfange. — *multarum nupt.*,

mulieribus, quod ita reperirent, rem non maiorem DCCC. Hoc putavi te scire oportere. De hortis ex tuis literis 2
cognovi et Chrysippo. In villa, cuius insulsitatem bene noram, video nihil aut pauca mutata. Balnearia tamen laudat maiora: de minoribus ait hiberna effici posse. Tecta igitur ambulatiuncula addenda est: quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, prope dimidio minoris constabit isto loco. Ad id autem, quod volumus, ἀφίδρυμα, nihil aptius videtur quam lucus, quem ego noram: sed celebritatem nullam tum habebat: nunc audio maximam. Nihil est, quod ego malim. In hoc τὸν τῦφόν μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον. Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat; noli quaerere, quanti: Othonem vincas volo. Nec tamen insaniturum illum puto. Nosse enim mihi hominem videor. Ita male autem audio ipsum esse tractatum, ut mihi ille emptor non esse videatur. Quid enim? pateretur? Sed quid ar- 3
gumentor? si Faberianum explicas, emamus vel magno:

---

die schon viele Männer gehabt habe. — *probatum* scil. Thalnam *mulieribus,* matri et filiae. Dativ. Graec. statt a mulieribus. S. Ramsh. §. 124. Grotef. §. 249. — *reperirent,* Ern. susp. *reperissent.* — *rem non maiorem* DCCC., dass sein Vermögen sich nicht über 800,000 Sestertien = 80,000 Gulden belaufe. — *scire oport.* Atticus Ciceronem de hoc Thalna consuluisse videtur, quod ei fortasse cogitaverat virginem sibi cognatione vel amicitia coniunctam despondere. *SCH.* S. ep. DCXIII gegen Ende.

2. *De hortis* Scapulanis, quos Atticus inspexerat. — *et ex Chrysippo* i. e. ex Chrysippi sermone. Hortis enim cum Attico inspectis ad Ciceronem profectus est. Erat autem architectus fueratque Cyri architecti libertus. *MANUT.* Vid. ep. 689, 1. et 177. „Fuitne: *et ex Chr.?*“ *OR.* — *laudat* Chrysippus. — *Tecta... addenda est,* es muss also noch ein bedeckter Spazirgang daran gebaut werden. — *isto loco*, dort. — *ἀφίδρυμα*, fanum Tulliae dedicandum. — *celebritatem,* zahlreichen Besuch. — *maximam* celebritatem lucum habere. — *τὸν τῦφον,* vanae et insanae ambitioni meae per deos indulge. — *nomen explicat,* mir nur seine Schuld auszahlt. S. ep. 587, 2. 588, 1. — *noli quaerere, quanti,* so kümm're Dich nicht darum, wie theuer. — *Othonem vincas,* den Otho überbiete nur; das ist mein Wille. Vgl. ep. 568, 4. 577, 2. 573, 2. 563, 4. u. s. w. — *Ita male... esse videatur,* wie ich höre, ist ihm so übel mitgespielt, dass er mir den Käufer nicht machen zu werden scheint. Audiverat hunc Othonem in aliqua auctione aut simili re pecuniaria tantopere inductum esse, ut magnam iacturam pecuniae fecerit, qua adeo timidus factus sit, ut ad illam emptionem non ausurus sit accedere. — *Quid enim? pateretur?* Etenim si animum haberet, possetne illam iniuriam perpeti ac devorare? *SCH.*

3. *Sed quid arg.*, doch was zerbrech' ich mir den Kopf darüber? — *vel magno,* wenn auch noch so theuer. — *sin minus* Fa-

sin minus, ne parvo quidem possumus. Clodiam igitur; a qua ipsa ob eam causam sperare videor, quod et multo minoris sunt et Dolabellae nomen iam expeditum videtur, ut etiam repraesentatione confidam. De hortis satis. Cras aut te aut causam; † quam quidem futuram Faberianam. Sed, si poteris.

EPISTOLA DXC. (ad Att. XIII. 30.)

Scr. in Tusculano VI. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Q. Ciceronis epistolis. 1. de auctione et negotio Faberiano. 2. denique quaerit, qui decem legati Mummio fuerint. 3.

CICERO ATTICO S.

Ciceronis epistolam tibi remisi. O te ferreum, qui illius periculis non moveris! Me quoque accusat. Eam tibi epistolam misisse! Nam illam alteram de rebus gestis eodem exemplo puto. In Cumanum hodie misi ta-

---

berianum explicas, bringst Du mir aber die Zahlung des Faberius nicht zu Stande. — *possumus* emere hortos illos Scapulanos. — *Clodiam igitur* scil. adi, aggredere (ut ep. 590) et, hortos ut vendat mihi, perfice. Spero enim me eos emere commode posse, quod et minoris, quam Scapulanos, emere potero et pecuniam statim spero me solvere posse. *ERNESTI.* Vgl. ep. 582, 2. — *et Dolabellae* i. e. et Dolabella, quam pecuniam debet, iam eam nobis solvet. Debebat autem ex dote Tulliolae. *MANUT.* Vgl. ep. 551. — *repraesentatione confidam,* ut me pecuniam sine mora numerare posse sperem. *SCH.* — *Cras aut te* exspecto *aut causam,* cur non veneris; causam autem, quae te moretur, hanc puto fore, ut pecuniam exigas a Faberio. *MANUT.* Zugleich eine feine Erinnerung! — † *quam quidem futuram.* Soloeca haec nec ullius ellipsis adminiculo defendenda. Lego: *quam video futuram.* Sic Lib. 12. Ep. 30: *quidem* et *vide* confusa vidimus. *ORELLI.* — *Sed, si poteris,* scil. venies.

1. *Ciceronis,* unseres Neffen Cicero. Q. Cicero filius duas epistolas ad Atticum miserat; unam in qua referebat pericula, quae in Hispania subierat; alteram de rebus in Hispania gestis. *POPMA.* — *qui illius periculis.* Atticus enim ad Ciceronem scripserat, Quintum filium pericula in bello Hispaniensi exantlata militum gloriosorum more nimis in literis ad eum datis exaggerasse. *SCH.* — *accusat* in epistola ad me scripta. *SCH.* — *Eam tibi epistolam misisse! Nam illam . . . puto.* Sic Cd. decurt. Bos. Sententia est: „me quoque accusat in istis literis, quas remitto. Quomodo autem tam absurdam epistolam tibi mittere ausus est! Alteram vero, quam tibi misit de rebus gestis eiusdem generis, similibus ineptiis refertam (sic enim h. l. interpretanda v. *eodem exemplo*) esse puto, nec opus est, ut eam mecum communices. In lect. Md. Vict. Lamb. Graev. Ern. omnia hiant: *Eam tibi*

bellarium. Ei dedi tuas ad Vestorium, quas Pharnaci 2
dederas. Commodum ad te miseram Demeam, quum Eros ad me venit. Sed in eius epistola nihil erat novi nisi auctionem biduum. Ab ea igitur, ut scribis: et velim, confecto negotio Faberiano: quem quidem negat Eros hodie. Cras mane putat. A te colendus est. Istae autem *κολακίαι* non longe absunt a scelere. Te, ut spero, perendie. Mi, sicunde potes, erues, qui decem legati Mum- 3
mio fuerint. Polybius non nominat. Ego memini Albi-

---

epistolam misissem. Nam illam cet. Sch., Lün. mutav. *nam* in *nunc*. Sed si quidquam mutandum est, malim *iam* pro *nam*. *OR.* Schütz, der *misissem* und *Nunc* lies't, erklärt: Cicero ait: epistolam Quinti filii ad me scriptam tibi misissem, nisi tu mihi nuntiasses, te praeter illam Quinti ad te epistolam, quam mihi misisti, alteram de rebus in Hispania gestis accepisse. Nunc illam eodem exemplo, quo epistolam ad me, scriptam esse puto, ut tibi hanc mittere nihil opus sit. Allein schwerlich wagte Quintus filius an seinen Onkel Marcus zu schreiben, den er beim Cäsar noch immer verlästerte. S. ep. 563, 2. *misisse* ist der Infinit. admirationis.

2. *tuas ad Vestorium* literas, Deinen Brief an den Banquier Vestorius. Dieser hielt sich damals auf seinem Gute bei Cumae auf. S. über ihn ad Attic. IV, 6. 14. 16. 17. V, 2. VI, 2. XIII, 46. XIV, 12. 14. ad Famil. VIII, 8. — *Pharnaci*, servo librario. Cfr. Ep. ad Attic. XIII, 44, h. ed. 627 sub fin. — *Commodum*, so eben. — *Demeam*, servum. — *Eros*. S. ep. 587, 2. — *nisi auctionem biduum* fore, als dass die Auction des Sext. Peducaeus in zwei Tagen vor sich gehen werde. — *ab eâ* i. e. statim auctione finita, ut scribis, ad me venies. *SCH.* Vgl. ep. 580. 581, 1. 585, 3. — *et* quidem *velim, conf. neg. Faber.*, und zwar wünschte ich, dass das Geschäft mit Faberius vorher beendigt wäre. S. ep. 585, 1. 588, 2. 589, 2. — *hodie* venturum; *cras mane* venturum putat. — *colendus est* Faberius, Caesarianus, ut solvat libentius. *CORRAD.* „Du musst ihn feiern, ihm gute Worte geben." — *κολακίαι non.* Ingeniose I. F. Gronov. prob. Ern. delend. censuit *non*; deleveruntque Lall. Sch. et Lün. Id unum videndum, ne h. l. eruperit libera Tullii indignatio. „Adeone his temporibus etiam adversus debitores semper adhibendas esse *κολακίας!*" *OR. ERNESTI* contra sic: *non* deleri placet. Dixerat blande tractandum esse Faberium, ut facile solveret. Poterat Atticus dicere: non honestum est tales homines adulari. Respondet, in tali re, ut accipiamus nostra, non est turpe uti tali artificio. — *perendie* videbo.

3. *Mi... erues*, Du wirst, wenn Du es irgendwoher vermagst, mir hervorsuchen u. s. w. Sic Cdd. decurt. Tornaes cet. *eruere* Md. Oxon. 1. 2. cet. *OR.* Sch. Lün. *erue.* — *Mummio*, die zehn Legaten, die der Senat dem Consul L. Mummius Achaïcus, dem Zerstörer Korinths, zuschickte, um ihm, welcher der von ihm eroberten Provinz Achaia eine neue Verfassung geben sollte, dabei zu helfen. S. Pausan. in Achaicis. Aehnliche geschichtliche Anfragen an Attikus s. ep. 542, 2. 541, 2. u. s. w. — *Albinum.* Dieser A. Postumius Albinus

num consularem et Sp. Mummium. Videor audisse ex Hortensio, Tuditanum. Sed in Libonis annali, xiv. annis post praetor est factus Tuditanus quam consul Mummius: non sane quadrat. Volo aliquem Olympiae, aut ubi visum, *πολιτικὸν σύλλογον*, more Dicaearchi, familiaris tui.

---

war 603 Consul gewesen und als Schriftsteller in Griech. Sprache berühmt. S. Acad. Quaest. IV, 45. Brut. 21. Gellius XI, 8. Macrob. Saturn. praef. 1. Polyb. XL. p. 715. Volum. IV. ed. Schweigh. — *Sp. Mummium*, fratrem L. Mummii Achaïci, mediocrem oratorem, Stoicum. Vid. Brut. c. 25. ad Attic. XIII, 6. Iustin. VIII, 38, 8. Appian. — *Tuditanum* i. e. C. Sempronium C. F. Tuditanum, Hortensii oratoris proavum, Mummii legatum et patrem illius C. Sempronii Tuditani (v. ep. 594.), qui 625 consul fuit, elegans orator scripsitque commentarios historicos s. magistratuum. Vid. Brut. c. 25. Plin. H. Nat. XIII, 27. Gell. Noct. Attic. XIII, 15. Cic. ad Att. XIII, 6. 32. — *in Libonis*. Vossio de Histor. Lat. I, 6. hic L. Scribonius Libo idem esse videtur cum eo, quem Cicero in Bruto c. 23. ait in orationibus non infantem fuisse. Sed mirum sit Ciceronem non fecisse annalium eius mentionem, ubi de eius ratione dicendi iudicium facit. *ERNESTI.* Cfr. ad Attic. XII, 5 (h. ed. 449 in med.). — *annali* II. (*secundo*) admodum probabiliter „Vict. Crat.“ in Add. Graevii. *OR.* — *XIV. annis post praetor.* Mummius Achaicus consul fuit 608, Tuditanus hic praetor 622. — *non..quadrat*, „das passt nicht.“ Denn da wäre er zu iung gewesen, um Einer der zehen Legaten zu sein. Der Irrthum besteht darin, dass hier der Sohn mit dem Vater verwechselt wird. Iener war der avus Hortensii, dieser der proavus desselben; letzter aber war legatus des Mummius gewesen. (s. ep. 594), erster 622 Prätor, 625 Consul. — *Volo aliquem* cet. Cicero disputationem suam de re publica ordinanda cogitabat fingere Olympiae esse habitam, aut alio quo claro loco, ut Dicaearchus scripserat librum, quem Ὀλυμπικὸν vocarat, auctore Athenaeo XIV. p. 620, item alios, quos nomine loci appellasset, ubi sermones habiti fingerentur. *ERNESTI.* — *aut ubi visum.* Recte in hoc haesit Lamb.: nam deberet esse: „*aut ubi* (tibi) *visum erit* vel *videbitur*. Emendavit igitur: *aut ubivis.* Sed hoc nimis infinitum. Ἄκυρον autem istud *aut ubi visum* et lectio *Olympia* in hanc sententiam me adduxerunt, ut credam Cic. Graece scripsisse: *Volo aliquem Ὀλυμπιᾶσι* (vel, ut alii scribunt Ὀλυμπίασι) πολιτικὸν σύλλ. Insolita ista librariis forma paullatim ita immutata atque interpolata est. *OR.* — πολιτ. συλλ. conventum hominum de re publica disputantium, „ich gehe damit um, einen politischen Dialog zu schreiben, dessen Scene ich nach Olympia verlegen will.“ Ueb. *Dicaearch.* s. ep. 27. 42.

EPISTOLA DXCI. (ad Att. XIII. 31.)

Scr. in Tusculano a. d. V. Kal. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Attici adventu exspectato. 1. de Dicaearchi libris mittendis. 2. de epistola ad Caesarem mittenda. 3. de hortis Scapulanis emendis; de Quinti filii luxuria. 4.

CICERO ATTICO S.

v. Kal. mane accepi a Demea literas pridie datas, ex quibus aut hodie aut cras te exspectare deberem. Sed, ut opinor, idem ego, qui exspecto tuum adventum, morabor te. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum — etiam si est futurum — ut non habeat aliquid morae. Quum poteris igitur, quoniam etiamdum abes. Dicaearchi, quos scribis, libros sane 2
velim mihi mittas: addas etiam καταβάσεως. De epistola 3
ad Caesarem, κέκρικα. Atque id ipsum, quod isti aiunt illum scribere, se, nisi constitutis rebus, non iturum in Parthos; idem ego suadebam in illa epistola: sin; utrum liberet, facere posse, auctore me. Hoc enim ille exspectat videlicet neque est facturus quidquam, nisi de meo consilio. Obsecro, abiiciamus ista et semiliberi sal-

1. *v. Kal.* Quintil., am 28. Iunius. — *Demea*, eodem liberto, quem se ad Atticum remisisse superiore epistola dixerat. *SCH.* — *idem*, eben. — *morab. te*, werde Ursache Deines Ausbleibens sein. — *Faber. negot.* S. d. 589. Br. §. 2. — *poteris igitur*, scil. venies. — *etiamdum.* Forte: *etiamnum* vel *etiam nunc.* Muret. susp. *quoniam diu abes. OR.*

2. *Dicaearchi.* Vid. ep. DXC sub fine. Attikus hatte ihm geschrieben, dass er ihm zu dem daselbst erwähnten Zwecke einige Schriften des Dicäarchus zusenden wolle. — *καταβάσεως*, kurz st. Dicaearchi librum περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, de descensu in antrum Trophonii, in quo Chaeron quidam narrat, quae ibi viderit. Man stieg in diese Orakelhöhle bei Lebadia in Böotien mit Honigkuchen in beiden Händen hinab, um die Zukunft zu erfahren. S. Tuscul. I, 47. Nat. Deor. III, 22. Liv. XLV, 27. Plin. H. N. 34, 8 u. 45, 27.

3. *κέκρικα*, iam certum est, quid facturus sim; non mittam. Cfr. ep. 581, 2. 582, 2. 584, 3. 587, 1. 588, 1. „Maxime mihi placeret e vestigiis Cdd. Crusell. et decurt. *κεκύβευκα*, i. e. *ἀνεῤῥίφθω κύβος, iacta est alea*, quod Caesaris et Hutteni erat symbolum. *OR.* Dazu passt ep. 588, 3. — *isti* Caesariani, amici nostri, Oppius, Balbus. — *nisi constitutis* Romae *rebus*, als bis er dem Staate eine feste Verfassung gegeben habe. — *sin* autem aliud ei placeret, scripseram, *utrum* (quod) *liberet facere posse, auctore me*, meo consilio, das riethe ich ihm. — *Hoc enim ... consilio.* Amara cum ironia iocatur Cicero, ut significet tota ad Caesarem epistola nihil opus esse, quia is Ciceronis consilia nullo modo desideret, facturusque sit, quod ipsi libuerit. *SCH. Hoc*, auf meine Meinung, wie uns die Herrn Oppius und Balbus weiss machen wollen. — *ista*, diese Grillen mit dem Briefe u. s. w.

4 tem simus: quod assequemur et tacendo et latendo. Sed aggredere Othonem, ut scribis. Confice, mi Attice, istam rem. Nihil enim aliud reperio, ubi et in foro non sim et tecum esse possim. Quanti autem, hoc mihi venit in mentem. C. Albanius proximus est vicinus: is cıↄ iugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria est, HS. cxv. Omnia scilicet nunc minoris. Sed accedit cupiditas: in qua, praeter Othonem, non puto nos ullum adversarium habituros. Sed eum ipsum tu poteris movere: facilius etiam, si Kanum haberes. O gulam insulsam! Pudet me patris. Rescribes, si quid voles.

EPISTOLA DXCII. (ad Att. XIII. 32.)

Scr. in Tusculano a. d. V. Kal. Quintil. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De negotio Faberiano conficiendo. 1. de Dicaearchi libris mittendis; de libris suis Attico reddendis. 2. de quaestione Attico proposita de decem legatis. 3.

CICERO ATTICO S.

Alteram a te epistolam quum hodie accepissem, nolui te una mea contentum. Tu vero age, quod scribis, de Faberio. In eo enim totum est positum id, quod co-

---

4. *aggredere Othonem*, eum moneas, ne contra nos liceatur, quo facilius ad hortos pervenire possimus. *MANUT.* S. ep. 589, 2. 573, 2. 567, 4. bes. 563, 4. — *istam rem*, hortos Scapulanos. — *Nihil...aliud* pràeter illos hortos. — *Quanti autem* i. e. quum reputo, quanti emere possim Scapulanos hortos, ita ratiocinor: quum C. Albanius proximus vicinus cıↄ iugerum Hs. cxv. de M. Pilio emerit, nunc iacentibus omnium rerum pretiis debere hos Scapulanos multo minoris esse. *MANUT.* — *C. Albanius*, vicinus hortorum Scapulae. — *M. Pilio*, necessario Attici. Vid. ad Divers. VIII, 8. — *ut mea memoria est* = quantum *vel* si bene memini. — *HS. cxv.* um 115,000 Sestertien = 11,500 Gulden. Ernesti erklärt: = centies quindecies, d. s. 115 Millionen Sestertien = eilf Millionen und fünfhunderttausend Gulden. — *minoris* pretii sunt, wohlfeiler. — *cupiditas* mea. — *Kanum*, Q. Gellium Kanum s. Canum, Attici et Othonis amicum. „Sic Md. Vict. Sqq. = *Canum* (*Canium* volebat Corr., ut est in Edd. aliq. Cornel. Nep. *Attic.* 10. 2.). *OR.* — *O gulam insulsam!* Scripserat aliquid Atticus de insana Q. filii luxuria, quam ex illius epistola ad ipsum scripta intellexerat. Itaque addit Cicero: *pudet me patris*, qui filio istam luxuriam indulgeat. *SCH.* Recte haec ad Q. Ciceronem filium retulit Tunstall. p. 162.; unde Sch. coni. *O gulam Q. insulsam.* cfr. tamen Ep. 39: *O incredibilem vanitatem!* ubi eodem iure inseras *Q. ORELLI.* — *Rescribes.* Vel intellige ad Q. filium vel ad me. *SCH.* Ersteres besser.

1. *alteram*, den zweiten Brief. — *de Faberio* i. e. expedi no-

gitamus: quae cogitatio si non incidisset — mihi crede istuc, ut cetera — non laborarem. Quamobrem, ut facis — istuc enim addi nihil potest — urge, insta, perfice.
Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque velim mittas et καταβάσεως. Τριπολιτικὸν non invenio et epistolam eius, quam ad Aristoxenum misit. Tres eos libros maxime nunc vellem: apti essent ad id, quod cogito. Torquatus Ro- 3
mae est. Misi, ut tibi daretur. Catulum et Lucullum, ut opinor, antea. His libris nova prooemia sunt addita, quibus eorum uterque laudatur. Eas literas volo habeas: et sunt quaedam alia. Et, quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexti, credo, quia διὰ σημείων scripseram. De C. Tuditano enim quaerebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem: eum video in Libonis praetorem P. Popillio, P. Rupilio consulibus. Annis xiv.

---

men Faberianum; sine quo hortos consequi non possumus. *MANUT.* — *id quod cogitamus,* monumentum Tulliae. — *incidisset,* animo insedisset, in meiner Seele festgesetzt. — *ut cetera,* wie immer. — *non laborarem,* so würde ich mich diese Geldsachen wenig anfechten lassen. — *urge, insta, perfice.* Asyndeton.

2. *utrosque* i. e. utrumque sermonem de immortalitate animorum. Duos enim sermones, alterum Corinthi, alterum Mytilenis habitum ternis libris explicavit. *MANUT.* *utique* Muret. susp. *OR.* — *Τριπολιτικὸν,* seine in drei Bücher getheilte Beschreibung der Verfassungen in Athen, Korinth und Pallene. S. Athen. Deipnosoph. IV. — *ad Aristoxenum* Aristotelis discipulum, philosophum et medicum nobilissimum maximeque in musicis praestantem. Vid. Suidas, Cicero de Orat. III, 33. Tuscul. 1, 10. *MANUT.* — *ad id, quod cogito,* Tusculanas Disputationes. In his enim I, 10 Dicaearchi Corinthiacos libros et c. 31. Lesbiacos s. sermones Mytilenis habitos memorat. *SCH.*

3. *Torquatus* i. e. liber primus de Finibus, in quo est Torquati disputatio. *SCH.* — *Misi.* Sic Cdd. Crusell. Tornaes. Ern. Sch. *iussi* Priores cum Md. *OR.* „ich habe hingeschrieben." S. ep. 596, 2. — *Catulum et Lucullum,* Academicos libros quos primum scripserat, quorum alterum *Catulus,* alterum *Lucullus* inscripserat. *MANUT.* — *antea* misi *vel* iam accepisti. — *Eas literas.* Hoc prorsus ἄκυρον. Vidit Sch., coni. in Ed. mai. *eos libros.* Sed hoc et per se parum probabile, et libros ipsos iam habebat: deerant ei nova illa prooemia. Quid? si fuit: *eas lituras,* mutationes? *OR.* Ad alium, fortasse ad Tironem aut librarios suos Romam illos miserat iusseratque eorum exemplum Attico dari. *SCH.* — *quaedam alia,* quae scripsi Romamque misi, ut tibi darentur. *SCH.* — *Et, quod.* Fortasse *Id,* vel del. *et* cum viro docto in marg. Lamb. meae. *OR.* — *de decem legatis.* S. ep. 590, 3. — *διὰ σημείων,* per notas, per siglas, mit Abkürzungszeichen. — *in decem* legatis Mummii. — *in Libonis* annalibus. *in Libonis Annali* cum Granvellani Cd. *Pighius Ann.* 3. p. 9. Videtur potius excidisse numerus. *OR.* Cf. 590: *annali secundo.* — *P. Popillio* Laenate, P. Rupilio *Lupo* consulibus ão 622. Prätor war aber der Sohn; Legat

ante, quam praetor factus est, legatus esse potuisset? Nisi admodum sero praetor est factus: quod non arbitror. Video enim curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. Postumium autem, cuius statuam in Isthmo meminisse te dicis, in iis sciebam fuisse. Is autem est, qui cum Lucullo fuit; quem tu mihi addidisti sane ad illum *σύλλογον* personam idoneam. Videbis igitur, si poteris, ceteros; ut possimus *πομπεῦσαι καὶ τοῖς προςώποις*.

EPISTOLA DXCIII. (ad Att. XIII. 33.)

Scr. in Tusculano circiter Kalend. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De rebus ad hortos emendos pertinentibus. 1—2. de quaestione, qui fuerint inter decem legatos ad Mummium. 3. de Varronis et Capitonis adventu. 4. de Bruto. 5.

CICERO ATTICO S.

Negligentiam miram! semelne putas mihi dixisse

---

des Mummius dagegen sein Vater. Hinc illae lacrimae! — *sero praetor* de Pighii coni. Sch. Lün. Nisi vero Cicero scripsit dumtaxat: *nisi admodum sero factus est:* maleque interpolavit aliquis *quaestor*, in quo inextricabiles insunt difficultates, sublatae a Pighio. *quod non arbitror* supple: „immo credo Liboni.“ Ceterum signum interrogationis post *potuisset* primus inseruit Bos. *OR.* — *curul. mag.*, aedilitatem, praeturam, consulatum. — *legitimis annis.* Illud *admodum sero* pertinet ad Tuditani aetatem provectiorem. Si anno legitimo, inquit Cicero, Tuditanus praeturam cepit i. e. anno aetatis xxxix., vix potuit xiv. annis ante h. e. xxv. annum agens legationem istam subire. Aliud esset, si admodum sero praetor factus esset, quod non arbitror; quoniam eum legitimis annis curules magistratus cepisse invenio. *SCH.* — A. *Postumium* Albinum. S. ep. 590, 3. — *in Isthmo*, auf der Landzunge von Korinth. — *in iis.* Sic Bos. tacite. Seqq. om. *in iis* Priores cum Md. Oxon. 1. 2. *OR.* „in legatis.“ *sciebam.* Muret. susp. *nesciebam.* Nec displicet propter seqq.: *quem tu mihi addidisti. OR.* Sed Cicero ep. 590 ait: *memini; addidisti* referendum ad Attici consensum. — *cum* L. Licinio L. F. *Lucullo fuit* scil. consul āo 603. — *σύλλογον*, conventum, politische Zusammenkunft. S. ep. 589, 3. „zu ienem Dialog, den ich auszuarbeiten gedenke.“ — *Videb.... ceteros*, Du wirst mir also... auch die übrigen Personen des Dialogs vorschlagen; plures suggeres. — *πομπεῦσαι*, ut magnis etiam personis inducendis libro ornatum quaerere possimus, damit Wir auch in Hinsicht der Personen mit Glanz der Welt uns zeigen können. „Cicero non solum magnis rebus refertum cupiebat eum *σύλλογον*, quem habebat in manibus, sed etiam magnis hominibus uti, ut eo maior libri dignitas et ornatus esset.“ *SCH.*

1—2. *Negligentiam miram* Balbi et Faberii, qui Ciceronem de facta professione census (imo de aestimatione possessionis facta)

Balbum et Faberium professionem relatam? quin etiam eorum iussu miseram, qui profiteretur. Ita enim oportere dicebant. Professus est Philotimus libertus. Nosti credo librarium. Sed scribes, et quidem confestim. Ad 2
Faberium, ut tibi placet, literas misi. Cum Balbo autem puto te aliquid fecisse H. in Capitolio. In Virgilio mihi nulla est δυςωπία. Nec enim eius causa sane debeo: et, si emero, quid erit, quod postulet? Sed videbis, ne is † quum sit in Africa, ut Caelius. De nomine, tu videbis cum Cispio: sed, si Plancus destinat, tum habet res dif-

---

ne semel quidem certiorem fecerant; itaque post rogat Atticum, ut se confestim certiorem faciat, an facta sit. *ERNESTI.* — *professionem relatam,* dass die gesetzmässige Anzeige der beabsichtigten Gutstaxirung und Abtretung desselben an mich gemacht sei. Pertinet ad id, quod Caesar constituerat, ut arbitri darentur, per quos aestimationes fierent possessionum et rerum, *quanti quaeque earum ante bellum fuissent;* atque tum eae creditoribus traderentur. Haec professio in tabulas publicas referenda erat, nihilque aliud attinuisse videtur, quam praedium aliquod a Faberio Ciceroni, ut nomen suum expediret, ex aestimatione illi cedendum. Cf. ep. 547. *SCH.* et 549, 2. Balbus war um seine Hülfe bei diesem Geschäfte ersucht. S. ep. 547, 2. — *quin* = und doch sogar. — *librarium* i. e. scribam, qui huiusmodi professiones in tabulas referebat. — *et quidem confestim,* an professio relata totumque hoc negotium confectum sit. *SCH.* — *placet.* de Ernest. susp. Sch. Lün. *placebat.* Placet. *OR.* — *fecisse* (abgemacht habest) *H. in Capitolio.* Sic Cdd. Edd. praeter Sch. Lün. *HS.* pro *H.* Asc. 1. Crat. *hodie* omnibus literis Bos. *fecisse. De hortis Scapulanis, in Virgilio* Sch. Lün. Ingeniose. *OR.* — *In Virgilio..δυςωπία,* „ich scheue mich nicht, bei der Versteigerung des Scapulaischn Suburbanums an die Stelle des abwesenden Miterben Virgilius zu treten.“ Nulla me absterret verecundia, ne emam hortos Scapulanos, propterea quod eorum pars ad Virgilium pertinet. *SCH.* Vid. ep. DLXXI, 1. DLXXXI, 2. C. Virgilius hatte in Africa gegen Cäsar gefochten und sich nach der Schlacht bei Thapsus irgendwohin geflüchtet und daselbst versteckt. Sein Vermögen war hierauf von Cäsar wahrscheinlich eingezogen, so dass Cicero dessen Antheil an dem Scapulaischen Gute dem Fiscus abkaufen konnte; zumahl da dieser sich gegen ihn im Exsile nicht zum Besten betragen hatte. S. Auctor. B. Afric. c. 78. 79. 86 und Orat. pro Plancio c. 40. — *debeo,* obligatus ei nihil sum, ich bin ihm keine Verbindlichkeit schuldig. — *quid erit, quod postulet,* Was kann er mehr begehren? Nämlich wenn er von Cäsar begnadigt zum Besitze des Seinigen, also auch dieser Summe gelangen wird. — *ne is † quum sit in Africa.* Evanescent huius loci difficultates, si legas: *ne is quoque* cet. *quoque* corruptum in *quom, quum. OR.* „aber Du wirst beherzigen, ob er nicht auch in Africa ein Solcher sei, wie Cälius bei uns,“ d. i. wir müssen uns in Acht nehmen, dass er es uns von Africa her nicht so mache, wie Geldhändler Cälius. Diesem letzteren traute Attikus gleichfalls nicht viel Gutes zu. S. ep. 581, 1. — *cum Cispio* i. e.

ficultatem. Te ad me venire uterque nostrûm cupit: sed ista res nullo modo relinquenda est. Othonem quod speras posse vinci, sane bene narras. De aestimatione, ut scribis, quum agere coeperimus: etsi nihil scripsit, nisi de modo agri. Cum Pisone, si quid poteris. Di-
3 caearchi librum accepi: *καταβάσεως* exspecto. *** negotium dederis: reperiet ex eo libro, in quo sunt senatus consulta Cn. Cornelio, L. Mummio consulibus. De Tuditano autem quod putas, *εὔλογον* est tum illum, quoniam fuit ad Corinthum — non enim temere dixit Hortensius — aut quaestorem aut tribunum mil.; idque potius fuisse credo. Tu de Antiocho scire poteris. Vide etiam, quo anno quaestor aut tribunus militum fuerit. Si neutrum quadret, in praefectis, an in contubernalibus
4 fuerit, modo fuerit in eo bello. De Varrone loqueba-

---

videbis ut mihi Cispius solvat, quod debet. Ep. 542, 3. scripserat: *Cispiana explicabis.* — *Plancus destinat* hortos Scapulanos emere. S. ep. DLXXXII, 1. — *sed ista res n. m. rel. est,* aber ienes Geschäft darf darüber nicht zurückgesetzt werden. — *vinci,* überboten, o d e r permoveri, herumgebracht werden. S. ep. 589, 2 am Ende. 591, 4. 573, 2. 572, 1. 567, 4. 563, 4. — *de aestimatione* non hortorum Scapulanorum — nam hi quidem proscripti erant, ut auctione venderentur — sed de aestimatione praedii Faberiani. *SCH.* S. diesen Br. im Anf. u. ep. 592. „Mit der Abschätzung des Faberischen Grundstücks wollen wir, wenn wir zu handeln werden angefangen haben, es so machen, wie Du schreibst. — *nihil scripsit* scil. Faberius (vid. §. 2 initio), non Otho. — *poteris,* transigas, „mit Piso schliess, wo möglich, die Sache ab." Sic Man. Vict. 2. Bos. Seqq. *poterit* scil. transigi Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *OR.* Ueber den Geldwechsler Piso s. Ep. 449, 2. 585, 1. — *Dicaearchi librum.* S. ep. 592, 2. — *καταβ.* scil. librum. Sic Manut. Lamb. *et καταβ.* (Oxon. 2.) Vict. 1. 2. Bos. Seqq. sed. *et* non quadrat. Deberet esse *at* vel *sed.* Lamb. susp. *librum περὶ ψυχῆς et καταβ. OR.* vid. ep. 591. 2. 592, 2.

3. *** *negotium dederis.* Excidit hic nomen saltem scribae publici (vel etiam servi literati Attici), cui hoc negotium dandum esset. *De decem legatis Antiocho negotium dederis* Sch. susp. *OR.* *negotium* scil. quaerendi. Vid. ep. 590, 3. 592, 3. — *Cn. Cornelio* Lentulo, *L. Mummio* Achaïco *consulibus,* āo 608. — *εὔλογον,* coniectura tua satis probabilis est et consentanea. — *idque* und letzteres. C. Sempronius Tuditanus der Sohn war 609 Quaestor provincialis; der Vater Legatus. S. ep. 595, 1. — *de Antiocho,* servo tuo literatissimo. — *Vide etiam atque etiam.* Saepenumero in formula *etiam atque etiam* in Cdd. *atque etiam* omissa vidi. *OR.* — *contubernalibus* (Zeltgenossen) Mummii.

4. *De Varrone.* Novae Epistolae initium hic facit Crat., ut volebat Manut. *OR.* — *loquebamur* ad colloquium cum alio quodam amico referendum; forte cum Nicia. Vid. ep. 589, 1. 601.

mur: lupus in fabula. Venit enim ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset. Sed ego ita egi, ut non scinderem penulam. Memini enim tuum: „et multi erant nosque imparati." Quid refert? Paulo post C. Capito cum T. Carinate. Horum ego vix attigi penulam; tamen remanserunt: ceciditque belle. Sed casu sermo a Capitone de urbe augenda. A ponte Mulvio Tiberim duci secundum montes Vaticanos: campum Martium coaedificari; illum autem campum Vaticanum fieri quasi Martium campum. Quid ais? inquam. At ego ad tabulam, ut, si recte possem, Scapulanos hortos. „Cave facias, inquit: nam ista lex perferetur. Vult enim Caesar." Audire me facile passus sum: fieri autem moleste fero. Sed tu quid ais? Quamquam quid quaero? Nosti diligentiam Capitonis in rebus novis perquirendis. Non

---

Ueber Varro s. zu ep. 431 im Anf. — *lupus in fabula*, er kam, wie der Wolf, wenn man eben von ihm spricht. Vgl. Terent. Adelph. IV, 1, 21. Plaut. Stich. IV, 1, 71: eccum tibi lupum in sermone." — *id temporis*, in einer solchen Tageszeit, hora cenae. — *ut non scind. pen.*, dass ich ihm den Reiserok eben nicht zerriss; i. e. non contendi vehementer, ut maneret. Proverbialis locutio, similis Germanicae: ich hab' ihm den Aermel nicht ausgerissen. *SCH.* — *tuum* scil. proverbium, quo in simili re uti soles, si honoris causa invitas quosdam, quos mavis abire quam remanere. *MANUT. tui* i. e. tuae in simili re consuetudinis. *SCH.* — *imparati*, nicht darauf angeschickt. Vgl. ep. 448. — *C.* Ateius *Capito* (s. zu ep. 740 im Anf. 223. 434.) *cum T.* Albio *Carinate* st. et Carinas venerunt, uterque Caesarianus. Ueber Carinas, nicht Carrinas, s. Varro L. L. 7, p. 454. wo iedoch Cd. Florent. *Carrinas* hat. — *ceciditque belle. Sed* saepe inculcatum, ut statim *sed nosti* pro *nosti* Oxon. 1. 2. Hinc vide, ne fuerit: *Ceciditque belle*: *casu* cet. *OR. ceciditque belle, ut sermo* Sch. coni. citavitque de Orat. I, 21: „valde optanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberemini." — *de urbe augenda*, de pomoerio proferendo. Ueber diese Pläne des Cäsars, der die Augenlust des Volks beschäftigen und ableiten wollte, s. ep. 620. Gell. XIII, 14. Dio 43. — *secundum*, längs. — *coaedificari*, überbauet werden. Das Marsfeld sollte also nun mit in die Stadt eingeschlossen, nicht ausserhalb derselben sein. — *illum autem.* Non sine causa haeremus in his voc. Cur enim *illum*? Venit in mentem: *Ianiculum autem et campum V. ORELLI.* — *quasi Martium campum*, ut in eo, sublatis hortis, comitia fierent, quae fieri solita essent in campo Martio. Non enim centuriata comitia a Servio instituta intra pomoerium fieri licebat. — *at ego ad tabulam* „iturus eram, ut emerem Scapulanos hortos, *si recte* i. e. aequo pretio *possem*." Tabula proponebatur, inscriptis nominibus earum rerum, de quibus auctio futura erat. *MANUT.* — *inquit* Capito. — *ista lex*, der Antrag, de urbe augenda et sic porro. — *fieri aut. m. fero*, „käme es aber zu Stande, sollte mich's sehr verdriessen." Denn die Scapulaischen Parks lagen in iener Fläche, die Cäsar zum Marsfelde

concedit Camillo. Facies me igitur certiorem de Idibus. Ista enim me res adducebat. Eo adiunxeram ceteras; quas consequi tamen biduo aut triduo post facile potero. Te tamen in via confici minime volo. Quin etiam Dionysio ignosco. De Bruto quod scribis, feci ut ei liberum esset, quod ad me attineret. Scripsi enim ad eum heri, Idib. eius opera mihi nihil opus esse.

EPISTOLA DXCIV. (ad Att. XIII. 6.)

Scr. in Tusculano a. d. Non. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De aequaeductu et columnario. 1. de hereditate Herenniana. 2. de epistola ad Brutum; de iudicatu cavendo. 3. de quaestione de decem legatis. 4.

CICERO ATTICO S.

De aquaeductu probe fecisti. Columnarium, vide, ne nullum debeamus. Quamquam mihi videor audisse

---

bestimmte. — *dilig. Capit.*, wie verpicht Capito darauf ist, Neuigkeiten aufzutreiben. — C. *Camillo*. S. ep. ad Famil. V, 20. IX, 20. XIV, 5. 14. ad Attic. V, 8. VI, 1. XI, 16. 23. — *de Idibus* i. e. an Idibus Quintil. (am 15. Iulius) auctio hortorum Scapulanorum sit futura? Ist das der Fall, so ist ienes Proiect dem Cäsar angedichtet. — *adducebat* Romam, ut auctioni interessem; denn diess Geschäft wird mich nach Rom ziehen. — *ceteras*, quas Romae volebam expedire; damit wollte ich noch einige andere Geschäfte verbinden. — *te tamen* cet. „Etiamsi ego differam adventum meum, te tamen ad me Romam nolo venire, ne, quum tanti calores sint, itineris labore conficiaris.“ Et hoc dicit, quia scripserat Atticus se velle ad eum venire (ep. 590 h. ed.) *MANUT.* — *Dionysio ignosco*, quod ad me non veniat; auch Dionys soll entschuldigt sein. S. ep. 585, 4.

5. *De Bruto.* S. ep. 586, 2. — *liberum esset* cet. Agitur de Bruti adventu in Tusculanum, quem Cicero scripsit ei liberum fore. — *Idib.* Quinctilis recte iungitur cum seqq. *eius opera* cet. *OR.* „ich könnte von seiner Gefälligkeit am 15. Iul. keinen Gebrauch machen,“ weil ich da nach Rom reisen und der Auction beiwohnen wollte, wobei er mir nicht helfen könnte. Er möchte also seine Reise zu mir nach dem Tusculanum danach einrichten; übrigens den Tag sich wählen. S. ep. 618, 2. 595, 2.

1. *de aquaeductu*, fortasse aqua Crabra ep. 667 et 200 (cfr. Frontin. de aquaed. Orat. III. in Rullum) vel de aquaeductu aliquo, qui per aedes Ciceronis transiret; certe esset in urbe. *CORRAD.* — *Columnarium...debeamus*, „sorge dafür, dass ich für die Säulen, die ich machen lasse, keine Taxe zu bezahlen brauche.“ Cäsar hatte nämlich offenbar zur Einschränkung des Aufwandes auch im Bauen ein Gesetz gegeben, vermöge dessen man für mehre oder grössere oder anderswo gestellte Säulen, als das Ge-

a Camillo commutatam esse legem. Pisoni, quid est, 2
quod honestius respondere possimus, quam solitudinem Catonis? Nec coheredibus solum Herennianis, sed etiam, ut scis — tu enim mecum egisti — de puero Lucullo: quam pecuniam tutor — nam hoc quoque ad rem pertinet — in Achaia sumpserat. Sed agit liberaliter, quoniam negat se quidquam facturum contra nostram voluntatem. Coram igitur, ut scribis, constituemus, quemadmodum rem explicemus. Quod reliquos coheredes convenisti, plane bene [fecisti.]. Quod epistolam meam ad 3
Brutum poscis, non habeo eius exemplum, sed tamen salvum est, et ait Tiro te habere oportere: et, ut recordor,

---

setz erlaubte, ein Gewisses bezahlen musste. — *a Camillo.* S. ep. 593, 4. vgl. mit 574, 4 Fulviaster.

2. *Pisoni* (s. ep. 593, 2.) Dieser verlangte vom unmündigen Sohne des Cato Geld, was ihm und den übrigen Erben des Herennius dessen Vater schuldig geblieben war. — *solitud. Catonis,* „als dass die Vormünder des Cato abwesend sind und dieser also von denen, die ihn schützen müssen, verlassen (solus) dastehe." Man sieht, Cicero gehörte zu dessen und des iungen Lucullis Vormündern. Vgl. de Finibb. III, 2. Ueber den Lucullus puer vgl. Varro R. R. III, 2. 17. Philipp. X, 4. — *Nec cohered. solum Herennianis* scil. hoc honeste respondere possumus. Diese hatten nämlich ein Capital, was Cato von Utica dem Herennius schuldig war, geerbt. Ueber Herennius, wofern es C. Herennius sein sollte, s. ad Attic. I, 18. 19. Vide ne ex Epp. 12, 14 et 50 pro *Herennianis,* qui alibi non memorantur, emendandum sit *Brinnianis,* quod nomen in Cdd. et Edd. vett. varie corruptum legitur. *OR.* Brinnius Ciceronem heredem fecit; de cuius bonorum auctione et fundo vid. ad Attic. XIII, 12. 14. 50. — *sed etiam . . de puero Lucullo* hoc respondere licet, „eben Das kommt auch dem iungen Lucull zu Statten." Diess war der Sohn des L. Licinius Lucullus, der ad Attic. I, 16. 19. II, 24. de Officc. II, 16. de Finibb. III, 2. de Legg. III, 13. Acad. IV, 1. Cluent. 49. Sext. 27. Manil. 8. Muraen. 15. Brut. 62. Verrin. IV, 66 erwähnt wird. — *quam pecuniam tutor* Cato...*in Achaia sumpserat,* „denn sein Vormund Cato hatte das Geld, was dieser sein Mündel ihm schuldig war, in Achaia schon gehoben; Piso und die anderen Erben des Herennius können folglich diese Schuld vom iungen Lucull nicht mehr einfordern, um sich damit in Hinsicht Dessen, was Cato ihnen schuldig ist, vollends bezahlt zu machen." Dass Cato des iungen Lucullus Vormund gewesen war, ersieht man aus de Finibb. III, 2. — *ad rem pertinet* d. i. darf nicht übersehen werden. — *Sed agit* Piso. — *rem explic.*, wie Wir diese Sache auf's Reine bringen und ausgleichen können. — [*fecisti*] Omis. *fecisti* Md. Oxon. 1. 2. Vict. 1. 2. Manut. Lamb. Videtur gloss. Cfr. Ep. 22. *Attributos quod appellas, valde probe. OR.*

3. *sed tamen salvum est,* die Abschrift ist iedoch wohl aufgehoben. — *oportere* susp. Lambino. *OR.* — *ut recordor,* so viel ich mich erinnere. — *obiurgatoria,* qua Brutus Ciceronem obiur-

una cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. Iudiciali molestia ut caream, 4 videbis. Tuditanum istum, proavum Hortensii, plane non noram; et filium, qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mummium fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Saepe enim hic Spurius, qui nuper est [*mortuus*], epistolas mihi pronuntiabat versiculis facetis ad familiares missas a Corintho. Sed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros eos legare in decem, qui essent imperatorum necessarii, ut nos ignari pulcherrimorum institutorum aut negligentes potius, M. Lucullum et L. Muraenam et ceteros coniunctissimos ad L. Lucullum misimus. Illudque *εὐλογώτατον*, illum fratri in primis eius legatis fuisse. Operam tuam multam! qui et haec cures et mea expedias, et sis in tuis multo minus diligens, quam in meis.

---

gaverat, quod Tulliae morte gravius doleret, quam eum deceret. — *iudiciali molestia ut caream* i. e. munere iudicis molesto, dass ich mit der Plage eines Richteramts verschont bleibe. Vgl. ep. 535, 2: de iudicatu meo.

4. *Tuditanum.* Atticus scripserat Ciceroni, non Tuditanum avum Hortensii, sed patrem eius Tuditani, Hortensii proavum, in istis decem legatis fuisse. *SCH.* Vgl. zu ep. 590, 3. 592, 3. 595, 1. — Spurium *Mummium* fratrem L. Mummii Achaïci. Vid. ep. DXC, 3. DXCVI, 1. Brut. c. 25. — *hic Spurius,* nepos Spurii Mummii fuit. — [*mortuus*] Sic Oxon. 1. C1d. Manutii, Vict. 2. Lamb. Oliv. Sch. Lünem. Recepi saltem cum [ ]. om. *mortuus* Md. Oxon. 2. Cdd. Bosii, Asc. 1. Crat. Vict. 1. Manut. Graev. Ern. Sed hoc contra omnem consuetudinem. Deberet saltem esse: *qui nuper fuit. OR. nuper, st!* Bos. coni. — *ad famil. missas* ab eius avo. — *fratri* L. Mummio ad bellum proficiscenti. — *non in decem* illis legatis, qui postea ad componendam provinciam Achaiam missi sunt. *SCH.* — *eos legare* = imperatorum necessarios (Verwandte) mittere (abzuordnen), ne impedirentur necessitudine, quo minus imperatores accusarent, si quid peccassent, ut L. Furius et L. Aemilius Cn. Manlium accusarunt Liv. 1, 38. *CORRAD.* Sic C2d. Malasp. Crat. Lamb. om. *eos* Cett. Sane *eos* facile absorberi poterat a litt. *vos* praecedd. *OR.* — *Lucullum et Muraenam.* Fortasse ii fuerunt, qui ad L. Lucullum missi sunt ad res Ponti componendas. Vid. Plutarch. in Lucullo. *M. Lucullus* frater fuit L. Luculli et eius legatus in bello Mithridatico. Constat Lucullos et Muraenas eiusdem gentis fuisse, puta Liciniae, et hunc L. Licinium Muraenam in bello Mithridatico sub Lucullo militasse. *BOSIUS.* Vid. Orat. pro Mur. c. 7. 9. 1. — *Illudque εὐλογώτατον* (cfr. ep. 593, 3. 596, 1. 598, 1.) ..*fuisse* i. e. in primis illius legatis, qui cum ipso in provinciam ierunt; nam illi decem quasi secundi fuere; qui in illis sunt, in his esse non possunt. *ERNESTI.* — *qui* = quippe qui, dass Du.

EPISTOLA DXCV. (ad Att. XIII. 4.)

Scr. in Tusculano a. d. VIII. Id. Quint. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De quaestione, qui decem legati fuerint, expedita. 1. de nominibus suis expediendis; de Bruti adventu. 2.

CICERO ATTICO S.

Habeo munus a te elaboratum decem legatorum: et quidem puto. Nam filius anno post quaestor fuit, quam consul Mummius. Sed quoniam saepius de nominibus 2
verbis non satis dilucidis usus sim. SCH. — *proseq. sui causa*, gleichsam um ihm bloss nachzuziehen, ihn zu feiern. — *adest*, nahe ist. — *ne quid . . sit*, dass er durch mein Geschäft am 13. sich ja nicht abhalten lasse, wenn es ihm so gelegen ist, nach seinem Tusculanum zu gehen. — *ad tabulam* i. e. auctionem Brinnianam. S. ep. DCIV, 4. — *desid. eram* = sum im Briefstil. — *ad testamentum*, bei meinem Testament wünsch' ich freilich seine Gegenwart, ut eum una cum aliis ad obsignandum testamentum adhibere possim. *SCH.* — *nihil opus esse*, am 15. hätt' ich seiner nicht nöthig. S. ep. 593, 5 am Ende. — *ne . . . impediamus*, dass wir nicht mit der geringsten Kleinigkeit den Brutus in seiner Bequemlichkeit stören.

3. *tuo periculo.* Es bezieht sich auf die letzten Worte des 616 Br. — *eleg.* Haec *nihil . . . elegantius* Sch. coni. Lün. collocavi post. v. *dari Varroni? OR.* — *Volo Varronem* illos libros accipere ei inscriptos. *SCH.* — *Δεινὸς ἀνήρ*, vehemens vir et qui vel insontem accusare audeat. Homer. Iliad. XI, 653. „Er ist ein Mann, dem Etwas recht zu machen schwer fällt." Vgl. ep. 611, 5. — *querentis fort. vel hoc*, wie er sich, wenn auch sonst über Nichts, doch wenigstens darüber beklagt. *vel* = zum Wenigsten, zum Beispiel; wie ad Divers. II, 13: Raras, sed suaves accipio literas, *vel* quas cet. VII, 15: *vel* ex hoc intelligi; *vel* proxime de Tigellio ibid. 24. Terent. Heaut. IV, 6, 2. Hec. I, 1, 3. — *in iis*, Asc. 1. Crat. Lamb. *his.* — *in Epirum veneris*, ubi plus tibi erit otii ad hos libros legendos. *SCH.* — *Alexionis epistolis cedimus* i. e. nam nunc tibi facile concedo, ut omissa librorum meorum lectione te occupatum habeant epistolae Alexionis, procuratoris tui, de rebus Epiroticis. *SCH.* Freilich hatten die Berichte, Rechnungen und Correspondenzen des Intendanten auf den Epiroti-

dimus. Sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: et id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. Quare, si addubitas, ad Brutum transeamus. Est enim is quoque Antiochius. O Academiam volaticam et sui similem, modo huc, modo illuc! Sed, quaeso, epistola mea ad Varronem valdene tibi placuit? Male mihi sit, si unquam quidquam tam enitar. Ἔργον. At ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim.

---

schen Gütern eine andere Art von Interesse, als die Quaestiones Academicae des Cicero. — nostros libros *probatum iri Varroni*, ihm zur Zufriedenheit gereichen werden. — *et id...patior teneri*, und wenn das auch nur desswegen gelingen sollte, weil ich die Kosten auf das prächtige Pergament nicht gespart habe, so lass' ich mir Das sehr gerne gefallen. — *in macrocolla* i. e. in membranas maiores et pretiosiores, in quibus exemplum Academicorum Varroni destinatum describendum curavi. *SCH.* *μακροκόλλα* von *κόλλα*, gluten, weil die Blätter zusammen geleimt waren. S. ad Attic. XVI, 3. Plin. H. N. XIII, 12. — *etiam atq. etiam*, einmal und noch einmal. — *Antiochius*, ein Anhänger des Antiochus. S. ep. 617, 1. — *O Acad....illuc!* Dass nenn' ich doch eine flatterhafte, ihren Charakter behauptende Akademie, bald da, bald dort! Iocatur in libros Academicos, in quibus primo volebat Catulum, Lucullum et Hortensium inducere, deinde Brutum et Catonem, iam vero Varronem. Quid? quod nondum erat certum, utrum in hoc persisteret, an ad Brutum rediret? Id comparat cum inconstantia Academicorum philosophorum. Sic enim Antiochus e novà in veterem Academiam remigraverat. Vid. Cic. Acad. 1. *SCH.* — *epistola mea*, meine Zueignungsschrift; nostrae edit. 617. *SCH.* — *Male...tam enitar*, ich will nicht ehrlich sein, wenn ich ie wieder Etwas der Art so erringe. Für *tam* Sch. Lün. *tale.* — *Ἔργον. At ego.* Sic Cod. decurt. Bos. Graev. Sed hi *ἔργον* iunxerunt cum *quidquam*, quod fieri nequit. Si ita scripsit Cicero, per se hanc veluti exclamationem posuit. „Laboriosum sane opus!" *enitar. Ergo* (scil. mittatur.) *At ego* Md. Cod. Tornaes. Oxon. 2. (Oxon. 1.) Ball. Helmst. Ern. *Enitar. Ergo ego* Asc. 1. Crat. *enitar. At ego* Vict. 1. 2. Lamb. (sicque volebat Nobbe *Ergo* [ ].) *enitar. Ergo ne* Sch., qui praeterea suspicabatur: *enitar ἐργωδῶς. At ego.* Muret. *si u. q. tam invitâ* (scil. „Minervâ".) *OR.* „Es war ein Stück Arbeit!" — *περιοχὰς*, totas verborum complexiones s. periodos, ubi facile poterat quaedam aliter scribere, atque Cicero dictasset. — *syllabatim*, sylbenweise, scil. ut ne syllaba quidem aliter poneretur, atque ego vellem. *SCH.* Also damit es ia recht schön und ohne Fehler geschrieben würde. Wie verlegen Cicero aus Achtung für Varro's Gelehrsamkeit und aus Furcht vor seiner Eigenheit war!

EPISTOLA DCXIX. (ad Div. XIII. 77).

Scr. Romae mense Sextili, die incerto A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Officio suo in supplicatione decernenda narrato. 1. commendat M. Bolanum. 2. et, ut Dionysium servum suum fugitivum restitui curet, rogat. 3.

M. CICERO S. D. P. SULPICIO IMP.

Quum his temporibus non sane in senatum ventitarem, tamen, ut tuas literas legi, non existimavi, me salvo iure nostrae veteris amicitiae multorumque inter nos officiorum, facere posse, ut honori tuo deessem. Itaque affui supplicationemque tibi libenter decrevi: nec reliquo tempore ullo aut rei aut existimationi aut dignitati tuae deero. Atque, hoc ut tui necessarii sciant hoc me animo

---

P. SULPICIO. Dieser war Cäsars Legat in Gallien gewesen, und commandirte ietzt mit Vatinius gemeinschaftlich in Illyricum. S. de Bell. Afric. c. 10. Wieland Volum. 5. p. 505 fällt der Meinung eines Bernardinus Rutilius u. Corradus bei, dass dieser Brief wegen ep. 599. 647 u. 649. die Zuschrift *P. Vatinio* tragen müsse. Allein Manutius und Ragazonius, denen Schütz beipflicht, führen dagegen an: 1. dass die Worte dieses Briefs *salvo iure nostrae veteris amicitiae* nicht auf Vatinius passen wollen, der mitunter Cicero's Feind gewesen sei; 2. dass Cicero an den Vatinius von der Flucht seines Sklaven Dionysius nicht als von Etwas ihm unbekannten habe schreiben können, da Vatinius im 599. Briefe vom 11. Iulius dem Cicero bereits angezeigt habe, dass sich sein entlaufener Vorleser unter den Vardacern in Illyricum dem Gerüchte nach umhertreiben solle. Die Supplicatio sei dem Vatinius erst im October decretirt, und, wie sich aus ep. 647 schliessen lasse, ihm von Cicero gemeldet worden, worauf er den 649. Brief am 5. December geschrieben habe, in welchem es heisst: *post supplicationes mihi decretas* cet. Wenn also im vorliegenden Briefe von einer decretirten Supplicatio die Rede sei, so könne sich das nicht auf die später decretirte Supplicatio des Vatinius beziehen; 3. Vatinius erwähne in seinem Briefe vom 5. December des im vorliegenden Briefe empfohlenen Bolanus mit keinem Worte; 4. in allen Handschriften stehe klar die Ueberschrift *P. SULPICIO*; und endlich 5. dass nach Angabe der Fasti iener Vatinius ohne Sulpicius und allein triumphirt habe, Das beweise Nichts gegen das gemeinschaftlich in Illyricum geführte und aus dem Buche de B. Afric. erweisliche Commando beider, da dem Sulpicius Etwas uns unbekanntes habe zustossen können, wesshalb er nicht zur Ehre eines Triumphs, zumahl unter einer so willkürlichen Herrschaft, gelangt sei.

1. *ut* = simul ut, sobald. — *salvo iure*, ohne Verletzung Dessen, was unsere alte Freundschaft und unsere vielen wechselseitigen Dienstleistungen von mir zu verlangen berechtigen. — *facere* = committere. — *ut hon. tuo deessem*, dass ich mich der Beförderung Deines Ehrengesuchs (der Supplicatio) beim Senate entzöge. — *rei*, Deinem Vermögen, falls es sollte befährdet wer-

erga te esse, velim facias eos per literas certiores, ut, si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo denuntiare.
2 M. Bolanum, virum bonum et fortem et omnibus rebus ornatum meumque veterem amicum, tibi magno opere commendo. Pergratum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat, hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse: ipsumque virum optimum gratissimumque cognosces. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam vo-
3 luptatem esse capturum. Praeterea a te peto in maiorem modum pro nostra amicitia et pro tuo perpetuo in me studio, ut in hac re etiam elabores. Dionysius, servus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit, quum multos libros surripuisset nec se impune laturum putaret, aufugit. Is est in provincia tua. Eum et M. Bolanus, familiaris meus, et multi alii Naronae viderunt: sed quum se a me manumissum esse diceret, crediderunt. Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere, quam mihi gratum futurum sit. Res ipsa parva, sed animi mei dolor magnus est. Ubi sit et quid fieri possit, Bolanus te docebit. Ego si hominem per te reciperaro, summo me a te beneficio affectum arbitrabor.

EPISTOLA DCXX. (ad Att. XIII. 35. 36.)

Scr. in Tusculano VIII. Id. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De urbe per Atheniensem quendam augenda. 1. de libris Academicis Varroni datis. 2. de Bruti erga se amore. 3.

CICERO ATTICO S.

O rem indignam! Gentilis tuus urbem auget, quam

---

den. — *iure suo*, da sie dazu vollkommen berechtigt sind.

2—3. *omn. reb. ornat.*, einen in ieder Hinsicht stattlichen Mann. — *mai. in mod.*, inständigst. — *studio*, Gefälligkeit, Diensteifer. — *ut...elabores*, dass Du Dich auch folgender Sache ernstlich annehmen wollest. — *multorum nummorum*, die mir Viel gekostet hat, kostbare. — *tract.*, unter Händen gehabt hatte. — *se imp. lat.*, dass es ihm ungestraft hingehen werde. — *Naronae* in finibus Dalmatiae. Vid. Plin. H. N. III, 22. — *manum.*, libertate donatum. — *restit. curar.*, dafür sorgtest, dass ich ihn wieder in meine Gewalt bekäme. — *dolor*, mein Verdruss darüber. — *te doc.*, wird Dir Bolanus nachweisen.

1. *O rem indignam!* o! des unleidlichen Einfalls! — *Gentilis tuus*, Dein Landsmann. Aliquis Atticus vel Atheniensis artifex Geometres, a Caesare adhibitus designando spatio proferendo pomoerii. *GRONOV.* Eum gentilem s. popularem Attici vocat, quod Athenae quasi altera Pomponii Attici patria essent. *SCH.*

hoc biennio primum vidit: et ei parum magna visa est, quae etiam ipsum capere potuerit. Hac de re igitur exspecto literas tuas. Varroni, scribis, te simul ac venerit. 2
Dati igitur iam sunt; nec tibi integrum est: hui, si scias quanto periculo tuo! aut fortasse literae meae te retardarunt. Sed eas nondum legeras, quum has proximas scripsisti. Scire igitur aveo, quo modo res se habeat. De Bruti amore vestraque ambulatione etsi mihi nihil 3
novi affers, sed idem, quod saepe; tamen hoc audio libentius, quo saepius: eoque mihi iucundius est, quod tu eo laetaris; certiusque eo est, quod a te dicitur.

EPISTOLA DCXXI. (ad Att. XIII. 37.)

Scr. in Tusculano VIII. Id. Sext. A. U. C. 705. (a. C. 45.)

De Xenonis nomine. 1. de Quinti filii maledictis. 2. de laudatione Porciae. 3. de gladiatoribus; de auctione Cluvianorum bonorum proscribenda. 4.

CICERO ATTICO S.

Has alteras hodie literas. De Xenonis nomine et de

Zur Sache vgl. ep. DXCIII, 4. — *primum vidit* i. e. Gentilis tuus dominatur iure suo et ex privatis facit publica in ea civitate, cuius ius proximo demum biennio adeptus est, quum scilicet Caesar omnes medicinam professos et liberalium artium doctores civitate donavit; sec. Sueton. Iul. c. 42. *GRONOV.* — *quae* = quum ea *etiam* cet. — *capere*, fassen, Raum genug für Einen haben. Der Unwillen des Cicero über dieses seinem Gartenkauf ungünstige Vorhaben gilt eigentlich dem Cäsar, der den Plan, welchen ihm ein Athenischer Mathematikus zur Erweiterung der Stadt auf Unkosten der Privatbesitzungen vorgelegt hatte, wirklich auszuführen beschloss. Es war also ursprünglich ein Einfall des Graeculi, sonst träfe ihn der Witz nicht: ei parum magnam visam esse Romam, quae tamen tantum quoque hominem, quantus ille sibi scilicet videretur, capere potuerit.

2. *te* scil. libros Academicos traditurum esse. — *nec tibi integrum est,* und es steht nicht mehr in Deiner Gewalt; nämlich sie ihm nicht zu geben. — *quanto tuo periculo,* welche Gefahr Du dabei läufst! qui asseverasti eos ipsi placituros, si non placeant. *Ern.* — *meae* proximae *literae.*

3. *De.* Haec, quae inde a Manutio constituebant Epist. 36., cum praecedente iunxi, praeeuntibus Crat. et Sch. Lün. *OR.* — *amore* in me. — *ambul.* d. i. von Dem, was sie mit einander auf dieser Promenade unter vier Augen über Cicero gesprochen. *am. . . ambul.* eine Hendiadys! Argumentum huius paragr. est eiusmodi, ut appendix huius epistolae esse videatur. *SCH.*

1. *literas* ad te misi, diess ist der zweite Brief, den ich Dir heute schreibe. — *de Xenonis nomine,* was die Schuldver-

Epiroticis xl., nihil potest fieri nec commodius nec aptius, quam tu scribis. Id erat locutus mecum eodem modo
2 Balbus minor. Novi nihil sane, nisi Hirtium cum Quinto acerrime pro me litigasse: omnibus eum locis furere maximeque in conviviis: quum multa de me, tum redire ad patrem: nihil autem ab eo tam ἀξιοπίστως dici quam alienissimos nos esse a Caesare, fidem nobis habendam non esse, me vero etiam cavendum: — φοβερὸν ἦν, nisi viderem scire regem me animi nihil habere — Ciceronem
3 vero meum vexari. Sed id quidem arbitratu suo. Laudationem Porciae gaudeo me ante dedisse Leptae tabellario, quam tuas acceperim literas. Eam tu igitur, si me amas, curabis — si modo mittetur — isto modo mittendam Domitio
4 et Bruto. De gladiatoribus, de ceteris, quae scribis ἀνεμοφόρητα, facies me quotidie certiorem. Velim, si tibi videtur, appelles Balbum et Offilium de auctione proscri-

schreibung an Xeno und die in Epirus angewiesenen 40,000 Sestertien betrifft. Xeno videtur Attici procurator fuisse, qui dederat pecuniam Ciceronis filio Athenis agenti; eo pertinent Epirotica XXXX. i. e. 40,000 HS. *ERNESTI.* Attikus hatte die gehörigen Einrichtungen in dieser Hinsicht getroffen.

2. *Novi nihil* scil. habeo, quod scribam. — *Hirtium.* S. zu ep. 720 im Anf. — *cum Quinto* filio, qui cum Caesare in Hispania erat. S. ep. 563. 2. 590, 1. — *furere* scil. in me. — *quum multa de me* male dixerit. — *ad patrem* i. e. etiam de patre detrahere. — *tam ἀξιοπ. dici,* Nichts aber fände bei seinen Zuhörern so vielen Glauben, als wenn er sagte. — *φοβ. ἦν,* formidabile erat, das wäre in der That eine furchtbare Beschuldigung. Indic. coniunctivi loco. — *scire regem,* Caesarem, qui sibi nihil timendum esse a Cicerone, homine timido, videbat, adeoque contemnebat eius a se alienationem. *ERN.* — *Ciceronem meum vexari* a me patre, quum scil. Athenis duriter haberetur et nimis parce. Similiter Pomponius tribunus plebis L. Manlio invidiam fecit ob filium male tractatum. Vid. Liv. VII, 4 — *arbitratu suo.* Doch des Letzteren wenigstens schuldigt er mich an, weil es ihm so beliebt; wider besser Wissen u. Gewissen; ODER: doch das Letztere mag er, wenn's ihm beliebt, immerhin mir nachsagen; denn es kann mir keine Gefahr bringen, φοβερὸν γὰρ οὐκ ἐστίν.

3. *Porciae,* die Lobrede auf Porcia, die kürzlich verstorbene Schwester des Cato von Utica und Wittwe des L. Domitius Ahenobarbus. — *Leptae.* S. zu ep. 521 im Anf. — *si modo mittetur,* wenn sie anders ihnen soll zugeschickt werden. — *isto modo,* ut est a me scripta, omissa, quam tu adhiberi velles, correctione. *MANUT.* „wohl: in fehlerfreien Abschriften." — *Domitio* Porciae filio. — *Bruto* affini eiusdem.

4. *de gladiat.* i. e. de gladiatorum spectaculis, in ludis, qui instabant, exhibendis. *SCH.* — *ἀνεμοφόρ.,* levia et digna, quae ventis ferantur, die vom Winde herbei und wieder davon geführten Gerüchte u. Stadtanekdoten. — *appelles,* dass Du Rücksprache nehmen mögest mit. — *Balbum,* qui Caesaris, ut puto, coheredis res curabat. *MAN.* Vid. ep. 637. — *Offilium* ut coheredem. A.

benda. Equidem locutus sum cum Balbo. Placebat. Puto conscripta habere Offilium omnia; habet et Balbus: sed Balbo placebat, propinquum diem et Romae; si Caesar moraretur, posse diem differri. Sed is quidem adesse videtur. Totum igitur considera. Placet enim Vestorio.

EPISTOLA DCXXII. (ad Att. XIII. 38.)

Scr. in Tusculano VII. Id. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De contumeliosis Q. filii literis et de ratione eum excipiendi.
1—2

CICERO ATTICO S.

Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te et ante lucem dedi. Deinde quum, somno repetito, simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi; cuius est principium non sine maxima

---

Offilius ein Iurist, dessen auch Ulpian Digest. LV, 1 erwähnt. S. ad Div. VII, 21. XVI, 24. ad Attic. VIII, 32. Dodwell. in Append. Prael. Campden. p. 780. — *de auctione prosc.* über die Ankündigung der bewussten Versteigerung. Scil. Cluvianorum bonorum. Cluvius enim Puteolanus heredes scripserat T. Hordeonium et Ciceronem, alios item, ut patet ex XIII, 46. XVI, 6. ad Attic. Inter coheredes autem de auctione convenerat, ut bonis in pecuniam redactis suum quisque capere facilius posset. *MANUT.* Dieser M. Cluvius Puteolanus, ein fenerator (s. ep. 594, 4. 256. 231.), ist verschieden von dem Cluvius, an welchen ep. 645 gerichtet ist. — *locutus sum* de auctione proscribenda. — *Placebat,* mein Vorschlag gefiel ihm. — *conscripta habere . . omnia* Cluviana bona, quae in auctione venibant, dass Offilius ein Verzeichniss der sämmtlichen Verlassenschaft habe. — *propinquum diem* i. e. proscribi non longe a Caesaris adventu, sed propinquo die, ut post adventum fieri statim posset; quod si Caesar moraretur, futurum, ut eum diem, in quem proscripta esset auctio, prorogare possemus, quoad ille in urbem se recepisset. Romae autem proscribi auctionem, non Puteolis, Balbo placebat. *MANUT.* „dass die Auction auf einen nahen Tag sollte angekündigt werden." — *adesse,* da zu sein, zu Rom zu sein. — *Totum ig. cons.*, nimm also das ganze Geschäft in Ueberlegung. — *Placet enim.* Forte *etiam.* Del. haec: *Placet en. Vest.* censebat Muretus. *OR.* Ueber Vestorius s. ep. DCIV, 4.

1. *contra Epicureos* Tusculanam secundam, quam scripsit de tolerando dolore contra Epicuri sententiam, qui summum malum ponebat in dolore. *MAN.* — *de eodem oleo et opera,* zu gleicher Zeit u. bei derselben Lampe, wie ad Attic. VIII, 2. eadem lucerna. Vgl. ad Attic. II, 17. Orat. 1, 18. Iuvenal. VII, 99. ad Divers. VII, 1. — *exaravi,* kritzelte ich; *dedi,* schickte fort. — *sororis tuae filio,* Quinto Cicerone. — *ipsam,* im Originale. — *misi* =

contumelia. Sed fortasse *οὐκ ἐπέστησεν*. Est autem sic:
Ego enim non probo, quidquid non belle in te dici potest.
Posse vult in me multa dici non belle, sed ea se negat
approbare. Hoc quidquam pote impurius? Iam cetera
leges, — misi enim ad te — iudicabisque. Bruti nostri
quotidianis assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis
haberi permulti mihi renutiaverunt, commotum istum
aliquando scripsisse aliquid ad me; credo et ad te; idque
ut sciam, facies; nam ad patrem de me quid scripserit,
nescio; de matre quam pie! *Volueram*, inquit, *ut quam
plurimum tecum essem, conduci mihi domum; et id ad te
scripseram: neglexisti. Ita minus multum una erimus.
Nam ego istam domum videre non possum: qua de causa,
scis.* Hanc autem causam pater odium matris esse di-
2 cebat. Nunc me iuva, mi Attice, consilio, *πότερον δίκας
τεῖχος ὕψιον*, id est, utrum aperte hominem asperner
et respuam, *ἢ σκολιᾶς ἀπάτας*. Ut enim Pindaro, sic

---

mitto. — *contum.*, Beleidigung. — *οὐκ ἐπέστησεν*, verstand er selbst nicht, Was er schrieb; non intellexit, contumeliosum esse, quod scriberet. — *Est*, der Anfang des Briefs lautet so. — om. *non probo* Md. Oxon. 1. 2. Estne suppletum ab interpolat. e seqq? Mirum etiam *principium* epistolae: *Ego enim*. Fuitne: *Ego minime, quidquid . . . potest* omisso a Cic. ipso verbo, quod sequebatur? *OR.* — *vult*, er nimmt also an. — *Hoc . . . impurius*, kannn wol Etwas unartigeres sein als diess? Vgl. ep. DLXIII, 2. — *Iam*, nun. — *misi* hanc ob causam. — *commotum* unmuthig, unwillig gemacht. *scripsisse* hängt vom ausgelassenen *puto* ab, oder von *credo*, was aus dem Folgenden muss herauf genommen werden. Es bezieht sich offenbar diess Alles auf den Brief des Q. an seinen Onkel Cicero. Hiat. h. l. oratio, ut vidit iam Lamb. Fuisse aliquando opinabar: *ad me credo; credo et* (vel *item*) *ad te*. Sed maxime notabilis est lectio Md. Asc. pr.: *ne quas* pro *quas*: unde haec prodit lectio: *Bruti nostri q. a. laudibusne, quas . . . renuntiaverunt, commotum istum aliquando scripsisse aliquid ad me? Credo et ad te* Praeterea nimis infinitum videtur *aliquid*. Vide ne in Cdd. lectione *SCRIPSISTI ALIQUID* lateat: *scripsisse tale quid. OR.* — *de matre*, in Betreff seiner Mutter. — *quam pie* ad patrem scripsit. Ironie! Vgl. den Anfang des folg. Briefs. — *conduci m. dom.*, dass mir ein eigenes Haus gemiethet würde. — *istam domum*, sein väterliches nämlich, das unmittelbar an das Haus seines Onkels Cicero stiess. S. zu ep. 30, 7 am Ende. 89, 2.

2. *πότερον . . . ἀπάτας* scil. *ἀναβήσομαι*, utrum iustitiae murum altum an obliquae fraudis ascendam? i. e. an palam praeferam iustam iram, quam meruit Quintus insectando et criminando patruum apud Caesarem et omnes, eaque de causa non modo obiurgem sed etiam excludam ac nolim videre iuvenem; an vero animum minacem in eo frangam et sic meminisse doloris eius dissimulem? *GRONOV.* „oder ob ich die krummen Gänge des Betrugs, der Heuchelei soll einschlagen?“ Eine Anspielung auf

δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. Omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus. Tu autem, quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. Equidem vereor maxime, ne in Tusculano opprimar. In turba haec essent faciliora. Utrum igitur Asturae? Quid, si Caesar subito? Iuva me, quaeso, consilio. Utar eo, quod tu decreveris.

EPISTOLA DCXXIII. (ad Att. XIII. 39.)

Scr. in Tusculano VI. Id. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De impiis Q. filii literis. 1. Romam se venturum, sed invitum. Dicaearchi aliquot libros poscit. 2.

CICERO ATTICO S.

O incredibilem vanitatem! Ad patrem, domo sibi carendum propter matrem; † plena pietatis. Hic autem

---

einen Vers aus einem nicht mehr vorhandenen Pindarischen Gesange, den Plato de republ. libr. II. obwohl in einer anderen Beziehung anführt; wesshalb Cicero nach seiner Manier durch *id est...respuam* andeutet, wie er ihn will genommen wissen. Diese Lateinischen Worte fand iedoch Valckenar. *Diatr.* p. 194 verdächtig; Ernesti klammerte sie ein; Schütz mit Lünemann liess sie aus. — *Ut enim...εἰπεῖν* (wieder eine solche Stelle des Pindars); denn wie dem Pindar, so ist mir mein Herz zu getheilt, um festen Entschluss auszusprechen. — *temporibus,* weil Quintus filius und dessen Vater beim Cäsar viel galten. — *opprimar* a Quinto filio, dass er mir über den Hals komme. — *faciliora,* im Getümmel von Rom (bes. bei Cäsars Ankunft) könnt' ich ihm leichter ausweichen. *WIELAND.* Im Getümmel von Rom trüg' ich es leichter, dass er mich überraschte; oder bei dem wilden Getümmel wäre das noch leichter, dass er mich auf dem Tusculano überraschte. Kurz und gut! auf dem Tusculano will er ihn nicht zulassen. Warum? weil Cicero daselbst in scribendo haerebat (s. folg. Br. §. 2.); anderswo konnte er ihn schneller abfertigen, da er ihn nicht ganz zurückweisen, sondern den Weg σκολιᾶς ἀπάτης einschlagen wollte. — *Asturae* lateam, soll ich mich also zu Astura vor ihm verstecken? richtiger Schütz: melius esset Asturae Q. filium excipere; si tamen Caesar subito venerit, melius esset propius Roma abesse et in Tusculano manere. — *subito* adveniat. — *utar,* ich will befolgen.

1. *vanit.,* Aufgeblasenheit, nämlich des iungen Q., aber Q. scil. patris et filii. *SCH.* Dann müsste *vanitas* durch Windigkeit gegeben werden. — *Ad patrem* scribero, seinem Vater zu schreiben. Infinit. exclamat. Zur Sache vgl. vorig. Br. §. 1. — † *plena pietatis* scil. illa epistola est. Ironice. „Sic Cdd. Bosii, Lamb. Bos. Seqq. *plenam p.* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Man. Iam, si conferas Ep. 41: *dixi illum commodas ad matrem literas,* videbis hic leg. esse: *ad patrem, domo sibi carendum pro-*

iam languescit et ait sibi illum iure iratum. Sed utar
2 tuo consilio. Σκολιὰ enim tibi video placere. Romam, ut censes, veniam, sed invitus. Valde enim in scribendo haereo. Brutum, inquis, eâdem. Scilicet. Sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret. Nec enim inde venit, unde mallem; neque diu abfuit; neque ullam literam ad me. Sed tamen scire aveo, qualis ei totius itineris summa fuerit. Libros mihi, de quibus ad te antea scripsi, velim mittas, et maxime *Φαίδρου περισσῶν* et *Ἑλλάδος*.

EPISTOLA DCXXIV. (ad Att. XIII. 40.)

Scr. in Arpinati a. d. VI. Kal. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Bruti ad Atticum literis et de Q. filii adventu. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Itane nuntiat Brutus, illum ad bonos viros? *Εὐαγ-*

---

pter matrem; ad matrem, plenam pietatis scil. epistolam misit; in quo ipso inest incredibilis illa vanitas s. falsitas. In eo, quod habemus in vulg., equidem non reperio nisi impietatem in matrem.“ *OR.* — *Hic*, Quinti pater, *iam lang.*, fängt schon an, schlaff, weich zu werden. — *illum*, das Söhnchen. — *iratum* matri. Denn der Vater lebte eben nicht in Harmonie mit der Mutter. S. ep. 184, 3 ff. Schütz: Q. pater nimium filio indulgens iam languescit et ait filium a se acerbius tractatum esse ideoque sibi iure irasci. S. ep. 625, 1. — *Σκολιά*, wenn ich im Zickzack ihm beizukommen suche. S. vorig. Br. §. 2.

2. *in scrib. haereo*, ich bin in meine Schriftstellerei vertieft, hänge daran. *eâdem* viâ vel operâ, si Romam venerim, me Brutum convenire posse. *SCH.* Dieser war dem Cäsar entgegen gereiset und auf dem Rückwege begriffen. S. ep. 618, 2. — *Scilicet*, freilich; ei ia wohl! — *nisi hoc esset*, quod tu putas Romae melius esse Quintum filium excipere, *res me ista*, ut Brutum viderem, *non cogeret. SCH.* „aber, wenn der andere Beweggrund nicht wäre, würde mich dieser nicht nach Rom ziehen, treiben.“ — *unde mallem.* Denn er kam vom Cäsar! — *abfuit.* Er hatte ihn also vor Kurzem gesprochen. S. ep. 598, 2. 603. — *ad me* dedit. — *summa*, die Berechnung, der Gewinn. — *Φαίδρου περισσῶν.* Sic Cd. decurt. Bos. Seqq. *Φ. περὶ θεῶν* Vict. Man. Rursus Reines. Var. Lect. 3, 3. *OR.* Putant librum *Φαίδρου περισσά* inscriptum Dicaearchi fuisse, in quo ille multa in Platonis Phaedro superflua et redundantia esse docuerit. — *τῆς Ἑλλάδος* scil. *βίος*, in quo Dicaearchus regiones Graeciae Graecorumque mores descripsisse dicitur. Ueber seine geographischen Werke s. ad Attic. II, 16. Strabo Geogr. II, p. 107; über seine *ἀναγραφὴ Ἑλλάδος* ad Attic. XIII, 31. 32. Vgl. ep. 32. 33 h. ed. Was für Bücher des Dicäarchus Cicero früher verlangt habe, darüber s. ep. 590 am Ende, 591, 2. 592, 2. 593, 2. Im 600. Br. begehrte er *Παναιτίου περὶ προνοίας*.

1. *illum ad bonos viros*, Caesarem ad optimates rediturum.

γέλια. Sed ubi eos? Nisi forte se suspendit. Hic autem ut fultum est! Ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenone, Ahalam et Brutum? Sed quid faciat? Illud optime; *sed ne is quidem, qui omnium flagitiorum auctor, bene de nostro.* At ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim significarat iis, quas ad me: *At vellem aliquid degustasse de fabulis.* Sed coram, ut scribis. Etsi, quid mî auctor es? Advolone, an ma- 2
neo? Equidem et in libris haereo et illum hic excipere nolo; ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa Acrono-

---

— *Εὐαγγέλια*, o der fröhlichen Botschaft! — *ubi eos* reperiet? — — *suspendit*, scil. ut ad inferos veniat, ubi bonos viros reperiat. *ERNESTI.* — *ut fultum est* scil. Caesaris imperium. Sic Cdd. noti et Edd. praeter Lamb. Ern. Sch. Lün. *ut stultum est* (scil. bonos viros Romae quaerere) de incertissima Tunstalli suspic. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *φιλοτέχνημα*, Dein Lieblingskunstwerk, C. Servilius Ahala und L. Iunius Brutus. Iener tödtete den nach Alleinherrschaft trachtenden Spurius Melius; dieser machte dem Königthum in Rom ein Ende; beide waren Ahnen unseres Brutus von väter- und mütterlicher Seite. Ienes Kunstwerk bestand also in einem doppelten Brustbilde der zwei berühmten Römischen Tyrannenmörder, welches Attikus auf seinem Suburbano in einem Saale aufgestellt hatte, der den Titel Parthenon oder Minerventempel nach ienem Parthenon zu Athen führte. So hatte August in seinem Palatinischen Gebäude einen Saal Namens Syracusä und einen anderen Namens Hermaeum. S. Sueton. Claud. c. 10. Hinter *Ahalam et Brutum*, einen Ahala u. Br., erg. *reperiemus?* — *faciat*, Man. Lamb. *faciant*; „aber Was sollten diese dermalen thun? Etiam si Ahala et Brutus sint, quid faciant, quum Caesar ita sit potens? *CORRAD.* — *Illud optime scripsisti*, Folgendes ist die beste Stelle in Deinem Briefe. — *qui* scil. Quinto filio.. *auctor* est, *bene de nostro* hoc cognato iudicat. Dieser Verführer, auctor, ist Hirtius, der dem iungen Q. Zutritt zum Cäsar verschaffte. S. ep. 425. — *significarat* Quintus filius, hatte er zu verstehen gegeben. — *iis* literis. — *ad me* dederat. — *At vellem*... *fabulis* hoc sensu: tu patrue, M. Cicero, vellem gustasses aliquid de suavitate sermonum, quos cum Bruto habui, quum una in Hispania essemus. So I. Fr. Gronov., der *degustasses* vermuthete. Diess wäre also die Stelle im Briefe des Q., woraus Cicero ienes abnahm. Schütz dagegen erklärt: vellem aliquid de sermonibus rescissem, quos Brutus cum Q. filio habuit! Haec enim verba sunt Ciceronis, non Attici nec Quinti. Popma erklärt: Vellem Brutus aliquid degustasset de fabulis et fictis sermonibus, quos Q. filius de me et de te habuit; certe illum non amaret. Uebrigens lesen Schütz u. Lün. *ac vellem*.

2. *Etsi* = gleichwohl. — *auctor es*, Was räthst Du mir? — *Advolone* Romam, ad te. — *maneo* in Arpinati, Tusculano, — *in libris haereo*, wie ep. 623, 2 *in scribendo haereo*. — *excipere*, aufnehmen, beherbergen, zum Gast haben. 622 am End. — *ad Saxa Acronoma profectus* est, ihm reiset... entgegen. Die Geographen wissen von

ma. Mirum quam inimicus ibat, ut ego obiurgarem. Sed ego ipse κεκέπφωμαι. Itaque posthac. Tu tamen vide, quid de adventu meo censeas; et τὰ ὅλα, cras si perspici potuerint, mane statim ut sciam.

EPISTOLA DCXXV. (ad Att. XIII. 41.)

Scr. in Tusculano V. Id. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De epistola ad Attici sororem Q. fratri missa et de ratione eius filium accipiendi. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Ego vero Quinto epistolam ad sororem misi. Quum ille quereretur filio cum matre bellum, et se ob eam causam domo cessurum filio diceret; dixi illum commodas ad matrem literas, ad te nullas. Ille alterum mirabatur: de te autem suam culpam, quod saepe graviter ad filium scripsisset de tua in illum iniuria. Quod autem relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis σκολιᾶς ἀπάτας significavi me non † fore. Tum enim mentio

keinem Orte des Namens. Ernesti vermuthete *Acherontia.* Denn diese Stadt lag auf einem hohen Felsen in Apulien; wesshalb sie bei Horatius Carm. III, 4, 14 *nidus Acherontiae* genannt wird. — *Mir. q. inim. ibat,* so erstaunlich gegen ihn aufgebracht, dass ich ihm desshalb Vorwürfe machte, reisete er ihm dennoch entgegen. — κεκεπφῶμαι. Sic scripsi de altera Bosii susp. Hoc perf. habet Hesychius. κέπφωμαι Cd. decurt. κεπφοῦμαι Bos. coni. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* „Doch ich bin ia selbst nur gar zu leicht herumzubringen, levitate quadam animi huc illuc impellor. — *posthac* quid faciendum videbimus. — *adventu* = num Romam adveniam. — τὰ ὅλα, summam, universa, Dein ganzes Resultat. — *perspici,* auf's Klare gebracht werden.

1. *misi* i. e. Quinto fratri epistolam ab Attico ad sororem suam scriptam Cicero misit, ut ex illa intelligeret, quid Atticus scripserit sorori. *GRAEV.* — *bellum* esse. 622. — *illum,* Quintum filium, *commod. ad matrem literas* scripsisse, Quintus hätte ganz anständig an seine Mutter geschrieben. — *de te..suam culpam* esse dixit, was aber Dich betrifft, so gab er sich selbst die Schuld. — *iniuria,* Unbilligkeit. — *Quod...dicit,* weil er aber sagt, sein Unwille gegen den Sohn habe nachgelassen. Volaticum enim erat Quinti patris ingenium; in horas mutabatur. S. ep. 623, 1. — Sensus: ego σκολιᾶς ἀπάτας τεῖχος ἀναβὰς h. e. obliquo dolo usus, non ex animi sententia locutus (v. ep. 622, 2. 623, 1.) significavi me Quinto filio iratum non fore. *tuis literis lectis* = ex consilio tuo, auf Deinen Rath. — *non* † *fore.* Haec corrupta. Sane syllabis *re tum* absorptum v. iratum. Placeret: *me non fore ei iratum. Tum etiam mentio. OR.* — *Canae,* wir sprachen damals eben von der Cana; vielleicht einer Tochter des Q. Gellius Ca-

Canae. Omnino, si id consilium placeret, esset necesse. 2
Sed ut scribis, ratio est habenda gravitatis; et utriusque nostrum idem consilium esse debet: etsi in me graviores iniuriae et certe notiores. Si vero etiam Brutus aliquid afferet, nulla dubitatio est. Sed coram. Magna enim res et multae cautionis. Cras igitur; nisi quid a te † commeatus.

EPISTOLA DCXXVI. (ad Att. XIII. 43.)

Scr. in Tusculano a. d. IV. Id. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Gratias agit, quod sibi de prorogatione diei, quo Romam veniendum sit, scripserit.

CICERO ATTICO S.

Ego vero utar prorogatione diei, tuque humanissime fecisti, qui me certiorem feceris, atque ita, ut eo tempore acciperem literas, quo non exspectarem; tuque ut ab ludis scriberes. Sunt omnino mihi quaedam agenda Romae: sed consequemur biduo post.

---

nus s. Kanus (vgl. ep. 590, 4), welche der iunge Quintus nach dem Willen der Mutter gegen den seinigen heirathen sollte.

2. *si illud consilium placeret*, wenn wir wollten, dass aus der Heirath Etwas werden sollte. — *esset necesse*, ut ego iracundiam meam premerem, so müsst' ich freilich gelindere Saiten aufziehen. — *gravitatis*, unser Familienansehen, Familienwürde. — *iniuriae* a Quinto mihi illatae. — *notiores*, ruchtbarer. — *afferet* i. e. si Brutus novas contumelias in me a Q. filio coniectas afferet, nulla dubitatio est, quin graviter mihi, si venerit, obiurgandus sit. *SCH.* — *Sed coram*, Asc. 1. Crat. *Sed haec coram.* — *Magna* est, ist wichtig. — *caut.*, und erfordert viele Behutsamkeit. — *cras igitur* ad te veniam, nisi mihi scripseris me nondum desiderari, sed licere mihi diutius abesse; *commeatus* enim est longius manendi in agro potestas. Commeatum autem dedisse Atticum innuit ep. 626, quum literis Attici acceptis biduo serius Romam se venturum scriberet et diceret: *ego vero utar prorogatione diei* q. d. commeatu impetrato a te utar et meum ad vos iter differam. *GRAEV.* Equidem lego *commeat.* Cfr. Lib. 8. Ep. 9: *Crebro illius literae ab aliis ad nos commeant. OR.*

1. *utar prorog. diei*, o gewiss werd' ich den Aufschub des Tages, wo ich zu Rom erscheinen soll, mir zu Nutze machen. — *qui* = quippe qui, dass Du. — *ab ludis scriberes*, „und dass Du, um mir die Nachricht zeitig zu geben, sogar die Circensischen Spiele versäumtest.“ Diese gab Cäsar mit vielen Kosten dem Volke wegen des siegreichen Ausganges seines Spanischen Feldzuges. — *sed conseq. b. post*, aber ich kann es ein Paar Tage später eben so gut abmachen, abthun.

EPISTOLA DCXXVII. (ad Att. XIII. 44.)

Scr. in Tusculano prid. Id. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Caesaris statua in pompa Circensi gestata. 1. de libris Academicis Varroni datis; de Atticae ludorum spectatione. 2. de libris aliquot mittendis et loco Ligarianae corrigendo. 3.

CICERO ATTICO S.

Suaves tuas literas! Etsi acerba pompa. Verumtamen scire omnia non acerbum est, vel de Cotta. Populum vero praeclarum, quod propter malum vicinum ne Victoriae quidem ploditur. Brutus apud me fuit: cui quidem valde placebat me aliquid ad Caesarem. An-
2 nueram; sed pompa deterret. Tu tamen ausus es Varroni dare? Exspecto quid iudicet. Quando autem perleget? De Attica, probo. Est quiddam etiam animum

1. *literas!* Ueb. den accus. des Ausrufs s. Grotef. §. 227. Ramsh. §. 138. — *pompa*, quam ibi descripsisti. Bei dem im vorigen Briefe erwähnten Volksfeste prangte mitten unter den Statuen der Götter, die man auf Triumphsesseln feierlich durch die Stadt trug, an der Seite der Victoria Iulius Cäsars Bildsäule zu grossem Aergerniss der edleren Römer, obgleich auf Rathsbeschluss. Dio XLIII. Suet. Iul. c. 76. — *vel de Cotta* statt *vel id; quod scribis de Cotta percrebescere.* Nämlich dieser Cotta, Einer der 15 Senatoren, denen die Sibyllinischen Bücher anvertrauet waren, sollte dem Senate angezeigt haben: die Sibylle hätte geweissagt, die Parther könnten nur von einem Könige bezwungen werden. Es sei daher rathsam, vor dem bevorstehenden Kriege mit ihnen den Cäsar zum König der Römer zu ernennen. S. Sueton. im Iul. c. 79. Cic. de Divinat. II, c. 54. — *Pop. praecl.* der Accus. des Ausrufs: „o des preiswürdigen Volks! weil es, als die Siegesgöttinn vorübergetragen ward, ihres bösen Nachbars wegen nicht geklatscht hat." Diess war sonst herkömmlich. Unter *malum vicinum* ist Cäsars Bildniss zu verstehen, welches neben der Victoria getragen ward. — *aliquid ad Caesarem* scribere, scil. de re publica ordinanda. S. ep. 567 2 u. s. w. — *sed pompa deterret* scil. me ab eiusmodi epistola ad Caesarem scribenda. „Sic Margo Crat. Sch. *pompam videret* Cd. Decurt. In *m* latere videtur *me*, ut saepe. *OR. pompam videret* (rectius *viderit*) gäbe nach Mongault den Sinn: aber Brutus hätte den Aufzug sehen sollen; so würde er von seiner Forderung abstehen und die Hoffnung aufgeben, Etwas gutes dadurch zu erwirken. Manut. erklärt: annueram, antequam epistola tua venisset, qua mihi de pompa illa Circensi Caesarisque statua inter deorum signa gestata scripseras; qua accepta Brutum monui, ut *pompam videret* h. e. ut cogitaret, an ad eum eiusmodi aliquid scribendum sit, qui iam ut deus colatur et, quidquid scripsero, ob superbiam sit aspernaturus.

2. *Varroni dare* libros Academicos. S. ep. 618. 3. — *iudicet,* = iudicaturus sit de istis libris. — *perleget* eos, da er selbst so Viel schrieb. — *De Attica probo,* quod ei concesseris, ut ludos

levari quum spectatione, tum etiam religionis opinione et fama. Cottam mihi velim mittas. Libonem mecum 3
habeo, et habueram ante Cascam. Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod appelletur L. Corfidius in oratione Ligariana, erratum esse meum: sed, ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sciebam Corfidium pernecessarium Ligariorum: sed eum video ante esse mortuum. Da igitur, quaeso, negotium Pharnaci, Antaeo, Salvio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.

EPISTOLA DCXXVIII. (ad Att. XIII. 45.)

Scr. in Tusculano Id. Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De adventu Caesaris in epistola eius nuntiato, et de divisione hereditatis Cluvianae. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Fuit apud me Lamia post discessum tuum epistolamque ad me attulit missam sibi a Caesare: quae quamquam ante data erat quam illae Diocharinae, tamen plane

---

Romanos, pompam illam spectaret. — *Est ... fama*, „es ist auch sicher für ihre Gesundheit wohlthätig, dass ihr Gemüth sowohl durch das Anschauen selbst als insbesondere durch das Gefühl, durch ihre Gegenwart beim Feste eine gute Meinung und löblichen Ruf von ihrer Religiösität zu begründen, neuen Aufschwung gewann.“ Sie erschien zum ersten Male öffentlich unter anderen iungen Damen ihres Standes.

3. *Cottam...Libonem..Cascam* st. libros horum hominum; denn ep. 592, 3 erwähnt Cicero die Annalen des Libo. Die drei Bücher sind also im Meere der Zeit versunken. Popma versteht dagegen Bücher des Attikus aus dessen Werke de familiis, was Cornel. Nep. in seiner Vita erwähnt. C. Aurelius Cotta, 680 Consul, ein grosser Redner und Akademischer Philosoph. S. de Nat. Deor. III, Brutus 90. P. Servilius Casca brachte dem Cäsar die erste Wunde bei. S. ad Attic. XVI, 15. Philipp. II, 11. XIII, 15. Plutarch. in Caesare. — *quod appelletur..Ligariana*, dass ich in einer Vertheidigungsrede seiner Person auch den L. Corfidius unter den anwesenden Fürbittern nennte. S. ep. 604, 2. — *Corfidius.* Sic scripsi, ut est etiamnunc in *Ligariana* §. 33. *Curfidius* Vict. 1. 2. Man. Lamb. cett. *Cursidius* Asc. 1. Crat. *OR.* — *μνημ. ἁμάρτ.*, memoriae lapsum, eine Gedächtnisssünde. — *Pharnaci, Antaeo, Salvio.* Wie es scheint, waren diess die sorgfältigsten unter den vielen Leibeigenen, welche Attikus bloss mit Abschreiben beschäftigte. — *libris*, Exemplaren.

1. *Lamia* war damals Aedilis Plebis und musste als solcher für die ludi Romani sorgen; 711 ward er Prätor. Vgl. ad Famil. XI, 16. 17. XII, 29. Or. in Senat. p. Red. c. 5. Sext. c. 3. Plin. VII, 52. Valer. Max. I, 8. — *Diocharinae*, literae a Diochare, Cae-

declarabat illum ante ludos Romanos esse venturum. In qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet neve committeret, ut frustra ipse properasset. Prorsus ex his literis non videbatur esse dubium, quin ante eam diem venturus esset: itemque Balbo, quum eam epistolam legisset, videri Lamia dicebat. Dies feriarum mihi additos video: sed quam multos, fac, si me amas, sciam.
2 De Baebio poteris, et de altero vicino Egnatio. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda, currentem tu quidem: sed cum Dolabella vivendum esse istis diebus vides. Quod nisi me Torquati causa teneret, satis erat dierum, ut Puteolos excurrere
3 possem et ad tempus redire. Lamia quidem a Balbo — ut videbatur — audiverat multos nummos domi esse numeratos, quos oporteret quamprimum dividi. Magnum pondus argenti: auctionem praeter praedia primo quoque

---

saris liberto scriptae, qui nominatur ep. 398. — *lud. Rom.* s. magnos, also vor dem Circensischen Volksfeste im Anfange Septembers. — *in qua extrema* st. in cuius extrema parte. S. Ramsh. §. 152. Grotef. §. 282. *script.* mandatum. — *proper.*, so eilig gereiset wäre. — *ante eam diem*, dem 4. September, dem Anf. der Spiele. Und doch kam er nicht, sondern erst im October. — *itemque.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Lamb. *idemque* Vict. 1. 2. Man. Bos. Seqq. *OR.* — *additos* esse, zugelegt sind. Brinniana scil. auctione dilata. Cf. ep. 601, 4. 621, 4. — *Baebio.* S. ep. 355, 2. Nicht zu verwechseln mit Q. Baebius Tampilus. — L. *Egnatius* Rufus, eques Romanus, fenerator. Vid. ad Attic. X, 15. IV, 12. VIII, 18.

2. *in philos. expl.*, auf eine philosophische Entwickelung, Arbeit. — *currentem* .. hortaris, so rufst Du freilich einem schon Rennenden h u r t i g! zu. — Auli *Torquati causa* teneret, aufhielte. S. ep. 601, 1. 613, 2. Nämlich seine durch Dolabella zu erwirkende Begnadigung. — *erat* = esset. — *Puteolos*, ut cretionem Cluvii Puteolani et rationem testamenti cognoscerem, a Cluvio coheres institutus. Vid. ep. 629, 2. — *excurrere*, einen Abstecher machen nach. — *ad tempus*, auf die rechte Zeit, um den ankommenden Cäsar zu empfangen. S. ep. 629.

3. *multos nummos* a Cluvio relictos. ep. 621, 4. — *Magn. pond. arg.*, ausserdem bestehe die Verlassenschaft in einer Menge Silbergeräths von grossem Gewicht. — *auct. praeter praedia.* Sic Cdd. noti, Asc. utraq. Crat. Vict. 1. 2. Man. Lamb. 1566. Recte. Sententia est: „argenti facti ceteraeque supellectilis auctionem primo quoque tempore fieri oportere; utilius autem esse differri auctionem praediorum, quia iis ipsis temporibus omnia praedia minoris erant.“ (Ep. 31.) *magn. p. arg. praeter praedia: auctionem primo* de Malasp. susp. Lamb. in Curis sec. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR. praeter praedia*, exceptis praediis, fortasse ut integrum esset Caesari, si quod eorum concedere amicis aut familiaribus vellet (v. ep. 629). Horti auctionem non subibant, quum inter praedia numerarentur; et videtur unus ex coheredibus Caesar fuisse, cuius res Balbus curabat. *MANUT.* Auch war Cluvius ein

tempore fieri oportere. Scribas ad me velim, quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem nec officiosiorem nec nostri studiosiorem facile delegissem Vestorio: ad quem accuratissimas literas dedi, quod idem te fecisse arbitror. Mihi quidem hoc satis videtur. Tu quid dicis? Unum enim pungit, ne negligentiores esse videamur. Exspectabo igitur literas.

EPISTOLA DCXXIX. (ad Att. XIII. 46.)

Scr. in Lanuvino Id. Sextil. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Scribit Pollicem sibi praesto fuisse. 1. Balbum a se conventum. 2. petit, ut Vestorium negligentiae accuset. 3. de Cossinii morte dolet; Quinto fratri, si fieri possit, pecuniam delegaturum ostendit. 4. Vestorium excusat. 5.

CICERO ATTICO S.

Pollex quidem, ut dixerat, ad Idus Sext. Ita mihi Lanuvii pridie Idus praesto fuit; sed plane pollex, non index. Cognosces igitur ex ipso. Balbum conveni: Lepta 2
enim de sua vini curatione laborans me ad eum perduxerat: in eo autem Lanuvino, quod Lepido tradidit. Ex

---

Präfect des Cäsars in Gallien gewesen. — *ex omnibus* Puteolanis. — *literas dedi* de auctionis curatione. Erat autem Vestorius hoc tempore Puteolis h. e. in patria. *MANUT.* Vid. ep. 156. 604, 4. 621, 4. — *pungit*, ficht mich an. — *negligentiores*, zu nachlässig in meinen häuslichen Angelegenheiten.

1. *ad Idus Sext.* del. Sch. coni. Lün. *a. d.* v. *Idus Sext.* coni. in m. 1584. *OR.* Vulgo additur *ad Id. Sext.*, e glossa scilicet. Etenim repugnat hoc ei, quod Pollex dixerat; qui dixerat se praesto pridie Idus (am 12. August) futurum, et apparuit quoque Ciceroni pridie Idus Sextilis, non ipsis Idibus. *SCH.* Pollex, ein Sklav des Cicero. S. ad Famil. XV, 6. ad Attic. VIII, 5. XI, 4. — *non index.* Nullas a Vestorio literas attulit, ut cognoscere quidquam possem de cretione Cluvii. Itaque fuit plane pollex (Daumen), non index (Zeigefinger). Pollex enim etiam digitus in manu, quem index pone sequitur. *MANUT.* — *cogn.... ex ipso* i. e. ex ipso Pollice, quem ad te mitto, cognosces, cur ei Vestorius nihil dederit literarum. *MANUT.*

2. *de sua vini curat. laborans*, „weil ihm das Weingeschäft, das er vom Cäsar zu erhalten hofft, zu sehr durch den Kopf läuft.“ Cäsar war gesonnen, bei seiner Rückkehr aus Spanien dem Volke zwei grosse Déieunés zu geben, wozu Lepta gern die Weinlieferung gehabt hätte, und auf den Fall, dass er sie erhielte, vorläufig Anstalten treffen wollte. Vgl. ep. 631. — *Lanuvino.* Balbus Lanuvinum praedium habuit, quod postea vendidit Lepido. In eo praedio Cicero cognoverat hoc primum, Caesarem literis ad Balbum missis confirmasse, se ante ludos Romanos Romae futu-

eo hoc primum: „*Paullo ante acceperam eas literas, in quibus magno opere confirmat, ante ludos Romanos.*“ Legi epistolam: multa de meo Catone, quo saepissime legendo se dicit copiosiorem factum: Bruti Catone lecto se sibi
3 visum disertum. [*Tum*] ex eo cognovi cretionem Cluvii — o Vestorium negligentem! — liberam cretionem, testibus praesentibus, sexaginta diebus. Metuebam ne ille arcessendus esset. Nunc mittendum est, ut meo iussu cernat. Idem igitur Pollex. Etiam de hortis Cluvianis egi cum Balbo; nihil liberalius: se enim statim ad Cae-

---

rum; in iisque Ciceronis Catonem laudasse. Deinde ex eodem Balbo cognovit, quae de cretione Cluvii narrat. *SCH.* Vgl. ep. 628, 1. M. Aemilius *Lepidus* war ietzt magister equitum beim Cäsar. Er ist der nachherige Triumvir. — *Ex eo,* Balbo *hoc* (*haec* Md. Ball.) *primum* cognovi. — *acceperam,* Sch. coni. Lün. *acceperat,* ut verba sint Ciceronis, non Balbi. *OR.* — *eas literas,* Sch. susp. *Caesaris literas OR.* — *multa* in his literis *de meo Catone* leguntur, scripta sunt. Ueber Cato des Cicero s. ep. 538. 445, 2. 449, 2. 567, 1. Vgl. 570, 4. 574, 1. — *quo..legendo,* durch dessen öfteres Lesen. — *dicit* Caesar. — *copiosiorem,* sprachreicher. — *Bruti Catone* i. e. M. Bruti libro de laudibus Catonis scripto, sicut Fabius etiam Gallus scripserat ad Famil. VII, 25 (h. ed. 639) *CORRAD.* S. ep. 538.

3. [*Tum*] cum Sch. Lün. inserui de Graevii susp. absorptum a syllaba praeced. *OR.* — *ex eo,* Balbo. — *cret. Cluvii,* wie es um das Testament des Cluvius steht. S. vorig. Br. §. 2. — *negligentem,* quod me de hac re certiorem non fecerit. *SCH.* — *liber cret. ...diebus,* dass nämlich den Erben in Gegenwart der Zeugen sechszig Tage zugestanden worden, sich über die Annahme der Erbschaft zu erklären. *liberam cretionem* vel eam, ubi in testamento sic scriptum erat, ut heres hereditatem certo dierum spatio cerneret: *QUIBUS SCIERIT POTERITQUE,* quae cretio alias dicitur *vulgaris* et opponitur *continuae:* vel eam, quae libera esset a quovis onere vel mutandi nominis vel gentilitiorum sacrorum; unde huiusmodi hereditas dicitur *sine sacris hereditas.* Prior mihi ratio verior videtur. *SCH.* — *arcess. esset,* metuebam, ne Vestorius, quoniam nihil de Cluvii hereditate ad me scripserat, ad me Lanuvium arcessendus esset. *SCH.* — *mittendum est* ad Vestorium. „Ietzt muss ich einen Eilboten zu ihm schicken.“ — *ut meo iussu cernat,* dass er in meinem Namen die Erbschaft antrete; damit nicht der Termin von 60 Tagen verlaufe und ich von der Erbschaft ausgeschlossen werde. — *Idem..,Pollex* ad Vestorium mittetur Puteolos. — *de hortis,* vermuthlich ein zur Cluvischen Erbschaft gehöriges Suburbanum in der Nähe von Rom, dessen sich Cicero gerne versichert hätte. — *nihil liberalius,* gefälliger kann man sich nicht erklären, als Balbus that. Sic Lamb. *Balbo illiberalius* i. e. *nil liberalius* Margo Crat. *Balbo; ille liberalius* Corrad. susp. prob. Sch. *Balbo*; *liberalius;* Man. Sch. ed. 2. Lünem. *Balbo liberalius:* Cett. cum Md. Oxon. 1. 2. *OR.* — *scripturum,* nämlich meinen Wunsch in Hinsicht ienes Suburbani. —

sarem scripturum: Cluvium autem a T. Hordeonio legare
et Terentiae HS ıɔɔɔ, et sepulcro multisque rebus; nihil
a nobis. Subaccusa quaeso Vestorium. Quid minus pro-
bandum, quam Plotium unguentarium per suos pueros
omnia tanto ante Balbo; illum mî ne per meos quidem?
De Cossinio doleo; dilexi hominem. Quinto delegabo, 4
si quid aeri meo alieno superabit et emptionibus; ex
quibus mî etiam aes alienum faciendum puto. De domo
Arpini, nihil scio. Vestorium nihil est quod accuses. Iam 5
enim obsignata hac epistola, noctu tabellarius noster ve-
nit et ab eo literas diligenter scriptas attulit et exem-
plum testamenti.

EPISTOLA DCXXX. (ad Att. XIII. 34.)

Scr. Asturae post VIII. Kal. Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Scribit se Asturam venisse petitque, ut cum Publilio transigat.

CICERO ATTICO S.

Asturam veni VIII. Kal. Vitandi enim caloris causa

Cluvium autem scil. Balbus mihi dixit. — *legare* i. e. in testamento scripsisse, ut heres Hordeonius solveret Terentiae sestertiûm quinquaginta millia et sepulcrum sibi strueret et alia multa curaret e portione sua. — *Nihil a nobis* i. e. meam portionem nullo legato oneravit. ERNESTI. — *multisque rebus* non caret suspicione. Quae enim et quales istae *res* praeter sepulcrum? nisi forte *parentalia* stata die facienda, sportularumque, crustulorum et mulsi divisio, ut est saepe in Inscriptt. Venit aliquando in mentem: *multisque heredibus,* scil. legatariis. ORELLI. — *Subaccusa,* schilt ein wenig aus. — *tanto ante Balbo* nuntiasse. — *illum,* Vestorium. — *quidem* nuntiasse.

4—5. *De Cossinio* his diebus mortuo. Est autem L. Cossinius, cuius libertum ep. 491. Servio commendaverat. — *delegabo,* tradam, ich will dem Q. anweisen, zuwenden. — *si quid,* Was etwa nach Bezahlung meiner Schulden und der beschlossenen Käufe an Gelde mir noch übrig bleiben sollte. Nämlich von der Cluvischen Erbschaft. — sed *puto* fore, ut etiam aes alienum mihi sit faciendum ex emptionibus. Tantum abest, ut pecuniam sperem superaturam. — *De domo* Cluvii. — *Vestorium.* Hiemit beginnt eine Nachschrift. — *exemplum,* eine Abschrift.

1. *VIII. Kal.,* am 25. August. Von Lanuvium war Cicero nach dem Tusculanum zurückgekehrt, wo er 8 bis 9 Tage verweilte. Dann reisete er über Lanuvium nach Astura. Schütz vermuthet, dass nach *Kal.* das Wort *vesperi* ausgefallen ist, weil er nicht früher als Abends nach Astura könne gekommen sein, da er unterwegens drei Stunden der Hitze wegen in Lanuvium ausruhete, was zwischen Tusculanum und Astura in der Mitte lag. — *ante*

Lanuvii III. horas acquieveram. Tu velim, si grave non erit, efficias, ne ante Nonas mihi illuc veniendum sit. Id potes per Egnatium Maximum. Illud in primis, ut cum Publilio, me † paene absente, conficias: de quo quae fama sit, scribes. *Id populus curat scilicet!* Non mehercule arbitror. Etenim haec decantata erat fabula. Sed complere paginam volui. Quid plura? Ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. Scripsi enim ad te de hortis.

EPISTOLA DCXXXI. (ad Div. VI. 19.)

Scr. Asturae post VII. Kal. Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De munerum in ludis Caesaris curatione a Lepta petita. 1—2.

CICERO LEPTAE.

Maculam officio functum esse gaudeo. Eius Falernum mihi semper idoneum visum est deversorio, si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum; ceteroqui mihi locus non displicet. Nec ea re Petrinum

---

Nonas, vor dem 5. September. — *illuc,* in Tusculanum. — *Egn. Max.* ist nicht mit dem L. Egnatius Rufus ep. 628, 1 zu verwechseln. — *in primis* a te peto. — *cum Publilio* de dote eius sororis Publiliae, quam Cicero dimiserat, restituenda. *SCH.* — † *paene,* sane corruptum, del. Sch. Lün. *mea pene* Md. Sed hinc nihil expiscari licet, quum Md. haud raro habeat *mea* pro *me* v. c. ep. 41. Rursus ep. 42: *in mea graviores. OR.* Et ep. 633 simpliciter est *me absente. SCH.* Stand da vielleicht *omnia?* — *de quo* negotio, divortio cum Publilia facto; vel de ipso Publilio, quid cogitet de divortio moliaturve in me. — *Id..scilicet.* Verba sunt Terentiana Andr. 1. — *arbitror* populum haec curare. — *decant..fabula,* ein abgedroschenes Mährchen. — *Quid plura* scribam? — brevi tempore *adsum* = adero. — *prorogas,* wenn Du mich nicht noch auf einige Zeit beurlaubst. Vgl. ep. 625, 2 am Ende und ep. 621 am Ende. — *de hortis* Cluvianis. S. ep. 629, 3.

LEPTAE. S. zu ep. DXXI im Anf.

1. *Maculam.* Fortasse Pompeium Maculam, curatorem Faustae, L. Sullae filiae, de quo Macrob. libr. II. sat. *MANUT.* — *officio functum esse,* dass Macula sich gegen Dich so gefällig bezeigt hat. — *Falernum,* ein kleines Landgut, in dem zwischen Minturnä und Teanum gelegenen agro Falerno an der Landstrasse befindlich, wo man mehr um den Anbau des Falernerweines sich kümmerte als um prächtige Gebäude. Hier war Lepta von Macula gut bewirthet. — *deversorio,* zu einer Nachtherberge; quo Cicero uti volebat Caesari ex Hispania redeunti obviam iturus. Recte vero Martyni-Laguna coniecit, Ciceronem de deversoriis, quibus ei non uno loco opus erat, ad plures scripsisse, quod ex ep. 637 plane perspicitur. *SCH.* S. ep. 637, 4. — *tecti,* Obdach. — *Nec* tamen. — *Petrinum,* villae nomen a vico Petrino, qui fuit

tuum deseram: nam et villa et amoenitas illa commorationis est, non deversorii. De curatione aliqua mune- 2
rum regiorum cum Oppio locutus sum: nam Balbum, posteaquam tu es profectus, non vidi; tantis pedum doloribus afficitur, ut se conveniri nolit. Omnino de tota re, ut mihi videtur, sapientius faceres, si non curares. Quod enim eo labore assequi vis, nullo modo assequere: tanta est enim intimorum multitudo, ut ex iis aliquis potius effluat, quam novo sit aditus: praesertim qui nihil afferat praeter operam; in qua ille se dedisse beneficium putabit, — si modo ipsum sciet — non accepisse. Sed tamen aliquid videbimus, in quo sit species: aliter quidem non modo non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asturae diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat.

---

in Sinuessano. Horat. I. ep. 13: *Sinuessanum Petrinum. MANUT.* — *ea re,* darum. — *deser.,* aufgeben. — *commor. est, non devers.,* ladet ein zum längeren Aufenthalte, nicht bloss zu einem Nachtquartier.

2. *De curat. aliqua m. reg.,* „wegen Deines Wunsches zur Besorgung der Lustbarkeiten und wahrhaft königlichen Mahlzeiten, die Cäsar nach seiner Wiederkunft dem Volke geben will, von ihm Aufträge zu erhalten.“ Also wenn es mit der Weinlieferung Nichts wäre (s. ep. 629, 2.) so wünschte er sich irgend einen anderen Auftrag, *aliqua.* Da Cicero schwerlich gegen einen Andern, als Attikus, den Cäsar einen *rex* (wie ep. 621, 2) möchte genannt haben; so vertheidigt Manutius die Lesart *regionum,* weil dem Volke *regionatim* d. i. in allen Gegenden der Stadt nach Sueton Spiele gegeben seien. Dagegen sagt Orelli: Sic recte Md. Neap. Asc. Crat. Vict. Lamb. Inest acerbissima ironia. *regionum* Graev. Ern. Bened. Sch. Lün.; quod vix Latinum puto pro: *munerum regionatim edendorum.* S. iedoch über den Genit. duplex Ramsh. §. 106, 1. 2. 169, 2, N. 3. — *ut se conv. nolit,* dass er sich nicht will sprechen lassen. — *videris.* Sic recte Md. Margo Crat. Vict. Lamb. *videtur* Cett. *OR.* Cicero cupit Leptam permovere, ut totum illud negotium prorsus abiiciat. — *intimorum,* Günstlinge, Vertraute des Cäsars. — *ex iis* (Md. Crat. Vict. Graev. *his*) *aliquis potius* (*citius* Ern. susp.) *effluat,* dass eher Einer davon ausfällt. — *praes. qui* = quum is. — *operam,* seine Dienste. — *ille,* Caesar. — *si modo ipsum sciet,* wenn er ia von der ganzen Sache Etwas erfährt. *hoc ipsum* Graev. coni. *id ipsum* Ern. coni. Mart.-Lag. Sch. Lün. Sed cfr. *ad Famil.* 4, 13, 2. Hand *ad Wopkens* p. 391. Fortasse: *si modo ipse sciet,* nec tantum eius ministri. *OR.* — *videb.,* wir wollen ausfindig zu machen suchen. — *species* scil. aliqua honesta. Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. *spes* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR. spes* scil. te aliquid amplius eo labore assecuturum. *SCH.* „was sich wohlanständig ausnehme o d e r was einen bedeutenden Vortheil verspräche. — *aliter,* sonst. — *appetendum* scil. negotium. — *ille,* Caesar.

EPISTOLA DCXXXII. (ad Div. VI. 20).

Scr. Asturae exeunte Sext. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Toranio exsulanti suadet, ne se citius, quam opus sit, loco, ubi sit, commoveat. 1—3.

CICERO TORANIO S.

Dederam triduo ante pueris Cn. Plancii literas ad te: eo nunc ero brevior teque, ut antea consolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. Nam praeter navigationis longae et hiemalis et minime portuosae periculum, quod vitaveris, ne illud quidem non quantivis, subito, quum certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci. Nihil est praeterea, cur adventibus te offerre gestias. Multa praeterea metuo, quae
2 cum Cilone nostro communicavi. Quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti: ex quo te, quocunque opus erit, facillime et expeditissime conferas. Quod si recipiet ille se, ad tempus aderis. Sin — quoniam multa accidere possunt — aliqua res eum vel impediet vel morabitur, tu ibi eris, ubi omnia scire
3 possis. Hoc mihi prorsus valde placet. De reliquo, ut te saepe per literas hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, quod tibi timendum

---

TORANIO. S. zu ep. 597 im Anf.

1. *triduo ante... literas.* Dieser Brief ist nicht mehr vorhanden, und der 597. ist früher geschrieben, als dass man ihn hierunter verstehen dürfte. — *Cn Plancii,* der zu Corcyra im Exsil lebte, wo also auch Toranius als Verbannter sich muss aufgehalten haben. Ueber Cn. Plancius s. zu ep. CCCCXXXIII im Anf. — *navigationis longae.* Toranius ad oram Hispaniae vel Galliae navigare voluisse videtur, ut ibi Caesarianos, antequam in Italiam redirent, offenderet. — *minime portuosae,* längs einer Küste ohne zureichende Ankerplätze. — *ne illud quidem non quantivis* scil. pretii est, *τὸ... posse* proficisci, ist auch Das ein Vortheil, den Du nicht hoch genug anschlagen kannst, dass Du sogleich, als Du Etwas gewisses hörst, von dort aus nach Italien abzugehen vermagst. Terent. Andr. V, 2, 15: videtur esse quantivis pretii. — *adventibus.* Sic Md. Vict. 2. Graev. Bened. Recte; vide Graev. et Bened. *advenientibus* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* „warum Du Dich der Ankunft der aus dem Kriege rückkehrenden Cäsarianer preisgeben solltest." *Cilo* vermuthlich ein Freigelassener des Toranius.

2. *exped.,* am unbehindertsten, schnellsten. — *recipiet ille,* Caesar, *se,* kommt Cäsar wieder. — *quoniam,* wie ep. 553, 4. — *ibi,* Corcyrae, an einem Orte.

sit, praeter communem casum civitatis: qui etsi est gravissimus, tamen ita viximus et id aetatis iam sumus, ut omnia, quae non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent summaque pietate te desiderant et diligunt et colunt. Tu cura ut valeas et te istinc ne temere commoveas.

EPISTOLA DCXXXIII. (ad Att. XIII. 47.)

Scr. Asturae exeunte Sextil. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Post alia quaedam breviter tacta se Lepidi literis commotum mox ad urbem venturum significat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Posteaquam *abs te, Agamemno,* non *ut venirem,* (nam id quoque fecissem, nisi Torquatus esset,) sed ut scriberem, *tetigit aures nuntius,* extemplo instituta omisi; ea, quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras, edolavi. Tu velim e Pollice cognoscas rationes nostras sumptuarias. Turpe est enim nobis illum, qualiscunque est, hoc primo anno egere. Post moderabimur diligentius. Idem Pollex remittendus est, ut ille cernat. Plane

---

3. *praeter comm. cas. civ.,* ein Gedanke, den er ihm schon in ep. 597, 3 hinwirft. — *id aetatis,* von solchem Alter, des Alters. — *summaque pietate.* Doch verrieth ihn den von den Triumviris Octavianus, Antonius und Lepidus abgesandten Mördern sein Sohn C. Toranius. S. Valer. Max. IX, 11, 5. — *Tu cura.* Sic Md. Vict. 1. *Tu et cura.* Cett. *OR.*

1. *Posteaquam.* Der Brief beginnt mit einem Trochaicus octonarius catalectus aus einer Tragödie des Ennius oder eines anderen Römischen Dichters. Vielleicht ist es die Anrede der Klytämnestra an Agamemnon, als sie ihm auf seinen Befehl so schnell als möglich ihre Tochter Iphigenia zur vorgegebenen Vermählung mit Achilles nach Aulis zuführt. Cicero nennt voll guter Laune den Attikus seinen Agamemnon. — *abs te.* Schütz, Nobbe, Lün. *ted* propter hiatum. — *nisi Torquatus esset,* cuius causa me hîc tenet. *MANUT.* S. ep. 612, 1. 613, 2. 628, 2. — *instituta,* Was ich vorhatte, begonnen hatte. — *edolavi* trop. statt exaravi, elaboravi. — *e Pollice* (s. ep. 629) *cogn. rat. n. sumpt.,* Du liessest Dich über den Bestand meiner Ausgabeberechnungen von Pollex näher unterrichten. — *Turpe est* = sit. — *illum,* Ciceronem filium, Athenis qui erat. „wenn ich meinen Sohn, wie auch seine Aufführung sei, gleich im ersten Universitätsiahre wollte darben, Noth leiden lassen.“ Denn bei seiner ersten Ausflucht aus dem väterlichen Hause ist er der Wirthschaftlichkeit noch nicht kundig genug. *qualisc. est,* etiamsi prodigus sit, et assignata pecunia non sufficiat. *POPMA.* — *Post mod. dil.,* in der Folge wollen wir ihn schon knapper halten. — *ut ille cernat,* um

Puteolos non fuit eundum, quum ob ea, quae ad te scripsi, tum quod Caesar adest. Dolabella scribit se ad
2 me postridie Idus. O magistrum molestum! Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio; nam ibi erat — habet enim domum, quam nos vendidimus — rogat magno opere, ut sim Kal. in senatu; me et sibi et Caesari vehementer gratum esse facturum. Puto equidem nihil esse. Dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius; quoniam Balbus est aeger. Sed tamen malim venire frustra quam desiderari, si opus esset: moleste ferrem postea. Itaque hodie Antii: cras ante meridiem domi. Tu velim, nisi
3 te impedivisti, apud nos pridie Kal. cum Pilia. Te spero cum Publilio confecisse. Equidem Kal. in Tusculanum recurram. Me enim absente omnia cum illis transigi malo. Q. fratris epistolam ad te misi, non satis humane illam quidem respondentem meis literis, sed tamen quod tibi satis sit, ut equidem existimo. Tu videbis.

EPISTOLA DCXXXIV. (ad Attic. XIII. 48.)

Scr. in Tusculano initio Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Leptae hereditate et de laudatione Porciae. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum

---

ihn an Vestorius mit dem Auftrage absenden zu können, dass er die Cluvische Erbschaft in meinem Namen antrete, ut Vestorius meo iussu hereditatem adeat. Vid. ep. 629, 3. — *non fuit eundum,* ich selbst durfte nicht nach Puteoli reisen. Vgl. ep. 628, 2. — *adest,* im Anzuge ist, mox adfuturus videtur. — *postridie Idus,* auf den 14. August, scil. venturum esse. — *O magistrum molestum* propter lautitiam eius in coenando (v. ep. 450, 7.); tum quod apud Ciceronem frequentior erat, quam ille otii cupidus vellet, semperque docebat, quonam modo Cicero se gereret adversus Caesarem quibusque rebus illius animum recolligere posset. Vid. ep. 447, 2 sub fin.

2. *rogat.* Lepidus enim iam erat consul Caesaris loco. — *nihil* i. e. nullam rem esse, cuius causa necesse sit me adesse in senatu. *MANUT.* — *aeger.* S. ep. 631, 2. — *ut sim Kal.* Sept., am ersten September im Senate zu erscheinen. — *quam desiderari,* als mich vermissen lassen. — *moleste ferr. post,* es würde mich hinterher nicht wenig reuen. — *Antii* ero; *domi* ero. — *nisi te impedivisti,* wenn Du Dich nicht schon fest gemacht, versprochen hast, bei einem Anderen zu speisen. — *apud nos* cenes. — *cum Pilia* uxore. *prid. Kal.* am letzten od. 31. August.

3. *confecisse* de dote Publiliae *reddenda.* S. ep. 630. — *Kal.* Sept. dimisso senatu statim *in Tusculanum recurram. MANUT.* — *Quinti.* S. ep. 629, 4 gegen Ende. — *quod tibi satis sit,* i. e. in qua tamen ea de re scripta sint, quae tibi satisfacere possint. *MANUT.*

diceres te in Tusculanum venturum: quod utinam! iterum utinam! tuo tamen commodo. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram. Mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia — etsi nihil adhuc — sed Lepta ex triente. Veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem; ἀλόγως omnino, sed veretur tamen. Is igitur si accierit, accurram; sin minus, haud antequam necesse erit. Tu Pollicem, quum poteris. Laudationem 2
Porciae tibi misi correctam: atque eo properavi, ut, si forte aut Domitio filio aut Bruto mitteretur, haec mitteretur. Id si tibi erit commodum, magno opere cures velim: et velim M. Varronis et Lollii mittas laudationem; Lollii utique. Nam illam legi; volo tamen regustare. Quaedam enim vix mihi credo legisse me.

EPISTOLA DCXXXV. (ad Att. XIII. 49.)

Scr. in Tusculano initio Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Tigellii iniqua erga se iracundia. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Atticae primum salutem, quam equidem ruri esse arbitror. Multam igitur salutem et Piliae. De Tigellio, si quid novi: qui quidem, ut mihi Gallus Fadius scripsit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quandam iniquissimam,

1—2. *heri nescio.* Videntur designari Kalendae Septembris, quibus Cicero dimisso senatu recurrere in Tusculanum volebat. *SCH.* — *in strepitu* aliorum negotiorum multisque aliis interpellantibus. *SCH. nescio quid* = irgend Etwas der Art d. i. wie mir deucht. S. Ramsh. §. 160, 1. Not. 2. — *exaudisse, quum diceres* = te dicentem. — *Lepta* S. ep. 731, 2. — *accurram,* dass ich ihm zum Beistande herbeieilen möchte. — *mort. enim est* Lamb. Sed erat potius: *mortuust enim. OR.* — *Babullius,* qui, ut statim significatur, Leptam et Caesarem heredes instituerat. *SCH.* — *ex uncia,* zum Erben des zwölften; *ex triente,* des dritten Theils seiner Verlassenschaft. — *etsi nihil adhuc* certi hac de re auditur, obgleich man noch Nichts gewisses darüber hört. — *Veretur aut.* Lepta, er fürchtet aber, die Erbschaft werde ihm streitig gemacht werden. — *ἀλόγ. omn.* scil. veretur, in der That ohne Grund. — *si accierit,* wenn er mich rufen sollte. — *Tu Pollicem* remittas. S. ep. 633, 1. — *laud. Porciae.* S. ep. 621, 3. — *haec,* diess verbesserte Exemplar. — *Varronis et Lollii,* qui et ipsi Porciam laudaverant. *MANUT.* — *utique,* unfehlbar.

1. *De Tigellio,* Hermogene Tigellio tibicine et cantore, Caesaris familiari, Phameae nepote. cfr. ep. 636 et Horat. Sat. I, 2, 3. 3, 4. — *MANUT.* — *novi* scil. habes, scribas. — *Gallus Fadius,* ad quem de eadem re est epist. 636. Sic scripsi; *Fabius* vitiose omnes. *ORELLI.* — *μέμψ. ἀναφ.,* reprehensionem s. accusationem in-

me Phameae defuisse, quum eius causam recepissem: quam quidem receperam contra pueros Octavios Cn. filios non libenter: sed et Phameae causa volebam. Erat enim, si meministi, in consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar, ac si usus essem. Is ad me venit dixitque iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat. Scis enim dies illorum iudiciorum praestitutos fuisse. Respondi non ignorare eum, quid ego deberem Sestio: quem vellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. Ita tum ille discessit iratus. Puto me tibi narrasse. Non laboravi scilicet nec hominis alieni iniustis-
2 simam iracundiam mihi curandam putavi. Gallo autem narravi, quum proxime Romae fui, quid audissem; neque nominavi Balbum minorem. Habuit suum negotium Gallus, ut scribit. Ait illum me animi conscientia, quod

---

tendit, erhebt er eine höchst unbillige Klage gegen mich. — *Phameae,* Tigellii avo. — *contra pueros Octavios,* forte Cn. Octavii filios, qui ex consulatu āo. 678 gesto Macedoniae proconsul fuerat. — *non libenter,* ut contra orbos, boni viri filios et Caesaris affines. *CORRAD.* — *sed et Ph. caus. vol.,* aber ich war auch geneigt, dem Phameas zu dienen. — *in cons. pet.,* mir bei meinem Anhalten um das Consulat. — *pollicitus* operam suam. — *perinde tuebar* cet., und diesen seinen guten Willen rechnete ich ihm so an, als ob ich wirklich davon Gebrauch gemacht hätte. — *iudicem... necesse erat,* „sein Richter hätte zur Entscheidung seines Rechtshandels den nämlichen Tag angesetzt, an welchem ich als Anwalt des P. Sestius bei Entscheidung der wider ihn nach dem Pompeiischen Gesetze de ambitu erhobenen Anklage unentbehrlich war.“ *lege Pompeia* de ambitu. Nam *de vi* multo ante *lege Lutatia* reus factus erat, quum eum Cicero oratione, quae exstat, defenderet. *SCH.* — *praestitutos fuisse,* dass durch besagtes Gesetz die Tage, an welchen diese Gattung von Beschuldigungen eines Staatsverbrechens mussten verhandelt und abgeurtheilt werden, dermassen bestimmt waren, dass schlechterdings kein Aufschub Statt fand. — *diem,* nämlich zur Ausmachung seines Rechtshandels. — *Non labor. scil.,* ich liess mich Das freilich nicht anfechten.

2. *Balbum minorem* i. e. non dixi me id audisse a Balbo minore. Is enim quum Tigellio familiariter uteretur, in consuetudine cognoverat illius animum offensiorem esse Ciceroni propter Phameam, eaque de re certiorem fecerat Gallum. *MANUT.* — *Habuit suum negotium,* hatte sein Thun, seine liebe Noth mit Tigellius, indem er ihn durch Tadel und Mahnung zu besserer Gesinnung und auf andere Gedanken bringen wollte. S. ep. 639. — *Ait illum* scil. *dicere,* wie als coniect. in m. 1584 hinzugefügt wird. „er sagt, dieser bleibe dabei: bloss das Bewusstsein, dass ich den Phameas im Stich gelassen hätte, mache mich argwöh-

Phameam destituissem, de se suspicari. Quare tibi hactenus mando, de illo nostro, si quid poteris, exquiras: de me ne quid labores. Est bellum aliquem libenter odisse; et quemadmodum [*non omnibus dormire, ita*] non omnibus servire. Etsi mehercule, ut tu intelligis, magis mihi isti serviunt, si observare servire est.

EPISTOLA DCXXXVI. (ad Div. VII. 24.)

Scr. in Tusculano initio Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De iniqua Tigellii erga se iracundia. 1—2.

CICERO S. D. M. FABIO GALLO.

Amoris quidem tui, quoquo me verti, vestigia, vel proxime de Tigellio. Sensi enim ex literis tuis valde te laborasse. Amo igitur voluntatem. Sed pauca de re. Cipius — opinor — olim, „Non omnibus dormio:" sic ego non omnibus, mi Galle, servio. Etsi quae est haec servitus? Olim, quum regnare existimabamur, non tam ab

---

nisch gegen ihn." — *Quare*, pro quo *quam rem* „Alii" in m. 1584. *OR.* — *hactenus* = bloss. — *de illo nostro*, Balbo minore. — *de me...labor.*, meinetwegen aber sei unbesorgt. — *Est bellum ... odisse*, wenn man Iemanden hasst, so ist es wenigstens hübsch, Ursache dazu zu haben, und, wie man nach dem Sprichworte nicht für Iedermann schläft, auch nicht Iedermann zu Diensten zu stehen. [*non omnibus dormire, ita*] Cum Sch. (Lün.) recepi ingeniosum Lamb. suppl in *Adnot.* propositum. *quemadm. non omnibus servire.* Cett. *ORELLI.* Vgl. den Anf. des folg. Briefs. — *isti*, Caesariani. — *magis*, quam ego ipsis. — *observare*, grosse Aufmerksamkeit für Iemanden haben.

FABIO GALLO. S. zu ep. XCI im Anf. Orelli will im vorigen Briefe §. 1. *Fadius;* giebt aber in diesem und im 639. *Fabio*, die doch mit ienem in der genauesten Verbindung stehen. An Fadius Gallus sind epp. 179 und 467, an Fabius Gallus dagegen epp. 91. 124. 636 und 639 geschrieben.

1. *verti.* De Ernest. susp. Sch. Lün. *verto. OR.* — *vestigia* reperiuntur vel conspicio, observavi. — *vel prox. d. T.*, sogar noch vor Kurzem bei Gelegenheit des Vorfalls mit Tigellius. — *valde te laborasse*, dass diese Geschichte Dir Viel zu schaffen gemacht hat. — *de re* scribam. — *Cipius.* Sic Festus in *Non omnibus dormio.* Lamb. Beng. Bened. *Citius* Md. Neap. Asc. 1. *Capius* Crat. Vict. Graev. Ern. Sch. Lün. *Cepius* Crat. *OR.* Ueber die Veranlassung zu diesem Sprichworte bemerkt Manutius aus dem Festus und Plutarch: Nimirum ille (Cipius) dormire se simulabat, quo liberius uxor moecharetur. Servo autem pocula clam auferente: *Non*, inquit, *omnibus dormio.* — *Etsi quae est haec servitus?* „und doch — kann man wohl meine Lage Dienstbarkeit nennen?" Wie vorsichtig Cicero schreibt! — *regnare* = Alles zu vermö-

ullis, quam hoc tempore observor a familiarissimis Caesaris omnibus praeter istum. Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua: eumque addictum iam tum puto esse Calvi Licinii Hipponacteo praeconio.
2 At vide, quid succenseat. Phameae causam receperam, ipsius quidem causa: erat enim mihi sane familiaris. Is ad me venit dixitque iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sestio in consilium iri necesse erat. Respondi, nullo modo me facere posse; quem vellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. Ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere

---

gen. — *non tam ab ullis* observatus sum, erzeigte mir Niemand einen so hohen Grad von Achtung. — *praeter istum* Hermogenem Tigellium i. e. hoc excepto, diesen Einzigen ausgenommen. — *non ferre*, „dass ich nicht um mich zu leiden brauche.“ Tigellius wusste sich Etwas darauf, dem Cicero nicht den Hof zu machen. — *pestil. patria sua* Sardinia, quae ob gravitatem coeli famosa. *SCH.* — *eumque addictum .. praeconio*, eum praesertim, inquit, quem iam ante tot annos praedicavit Calvus, ut Hipponax Anthermum et Bupalum, quasi praeco venalem exposuit cum ornamentis omnibus tradiditque infamiae velut proprium et addictum. *GRONOV.* „und der, wie ich glaube, schon damahls durch das in Hipponakteischer Manier auf ihn verfertigte Stachelgedicht des Calvus Licinius einem Sardischen Sklaven gleich ausgepriesen d. i. der öffentlichen Verachtung preisgegeben ist.“ Die allegorischen Ausdrücke praeconio und addictum beziehen sich darauf, dass die Praecones die zum Verkaufe ausgestellten Sklaven ausboten und mit Erwähnung ihrer Geschicklichkeiten und Tugenden anpriesen und dem Käufer, mit welchem man über den Preis einig geworden war, zuschlugen (*addicebant*), wie sich aus Cic. pro Rab. Post. *tua, Postume, nummo sestertio a me addicuntur. O meum miserum acerbumque praeconium!* ergibt. Nun aber war Tigellius ein Sarde und schon als solcher den Sardischen Sklaven gleich, die im schlechten Rufe standen, in iener Satire höhnisch ausgepriesen, d. i. verächtlich gemacht. Der längst verstorbene geistvolle Senator Licinius Calvus hatte den übermüthigen Sänger so an den Pranger gestellt, wie es um Olympias 60 der Griechische Iambendichter Hipponax nur vermocht hätte, der durch seine Personalsatiren die Leute dahin brachte, sich zu erhängen. Ueber C. Licinius Calvus s. de Finibb. I, 2. Brut. c. 81. ad Famil. VII, 24. XV, 21. Valer. Max. IX, 12, 7; über Hipponax Cic. N. D. III, 38. Orat. 56. Plin. H. N. 36, 5. *addictum iamdudum Calvi* (del. *puto esse* Gron.) Sch. Lün. Cfr. etiam Rost *Spec.* 3. p. 6. *OR.*

2. *At vide, quid succenseat,* aber lass Dir sagen, warum er so erbittert auf mich ist. — *receperam* = *susceperam* Crat. Lamb. — *ipsius q. causa,* und zwar aus blosser Gefälligkeit gegen ihn selbst. S. d. vor. Brief §. 1. u. 2. — *quo ... necesse erat,* an welchem ich zur Vertheidigung des P. S. vor Gericht erscheinen musste. — *qui* = quippe qui, quum *sciret.* — *unctorem.* De Ma-

et sat bonum unctorem, discessit a me, ut mî videbatur, iratior. Habes Sardos venales; alium alio nequiorem. Cognosti meam causam et istius salaconis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte: cupio enim legere. Me adhuc non legisse turpe utrique nostrûm est.

EPISTOLA DCXXXVII. (ad Att. XIII. 50.)

Scr. initio Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De epistola ad Caesarem scripta. 1. de Vestorii negotio. 2. de adventu Caesaris; de Tigellio 3. de obviam-itione Caesari. 4—5.

CICERO ATTICO S.

Admonitus quibusdam tuis literis, ut ad Caesarem uberiores literas mittere instituerem, quum mihi Balbus nuper in Lanuvio dixisset se et Oppium scripsisse ad Caesarem me legisse libros contra Catonem et vehementer probasse; conscripsi de his ipsis libris epistolam Caesari, quae deferretur ad Dolabellam: sed eius exemplum misi ad Oppium et Balbum; scripsique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam iuberent meas literas, si ipsi exemplum probassent. Ita mihi rescripserunt nihil unquam se legisse melius epistolamque meam iusserunt dari Dolabellae. Vestorius ad me scripsit, ut iuberem mancipio dare 2

---

nut. coni. Wetzel, Sch. Lün. *cantorem*. cfr. Victorii *Var. Lectt.* 37, 1. *OR.* Ein Hieb auf Cäsar und die Cäsarianer. — *iratior*, gar zu ungehalten. — *Habes Sardos venales*, Da hast, Da siehst Du das Sprichwort bewahrheitet: Sarder zu kaufen! immer einer schlehter als der andere. Nach dem Aurelius Victor entstand diess Sprichwort, als Sempronius nach der Unteriochung Sardiniens eine Menge Sarden zu Rom als Sklaven verkaufte. — *Cognosti..iniq.*, nun weisst Du Bescheid von meiner Unschuld und der Ungebühr dieses Windbeutels. — *Σαλάκων* = *σοβαρός*, ein Prahler, Aufschneider. S. Schol. zu Aristophan. Vesp. *v.* 1169 u. Hesych. — *Catonem tuum* i. e. librum Galli de laudibus Catonis Uticensis. S. ep. 639.

1. *uber.*, inhaltsreicheren. Cäsar fand an Allem, was Cicero schrieb, besonderes Belieben. — *mittere instituerem* Cdd. Bosii Lamb. Bos. Seqq. *m. institueram* Codd. Oxon. 1. 2. (sicque forte Md.) *mitterem, institueram* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Man. *OR.* — *in Lanuvino.* S. ep. 629. 1. — *libros contra Catonem* a Caesare scriptos, dessen Anticato. S. ep. 567 im Anf. 570, 4. — *epistolam Caesari.* Leider verloren!

2. *Vestorius.* S. ep. 629. — *ut...posset*, „ich möchte durch seinen Sklaven, weil er selbst nicht kommen könnte, meinen Antheil an dem Brinnischen Gute mit dem gesetzmässigen Förmlichkeiten einem gewissen Hetereius käuflich überlassen, damit

servum suum pro mea parte Hetereio cuidam fundum Brinnianum; ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. Eum servum, si tibi videbitur, ad me mittes. Opi-
3 nor enim ad te etiam scripsisse Vestorium. De adventu Caesaris idem, quod a te, mihi scriptum est ab Oppio et Balbo. Miror te nihildum cum Tigellio, velut hoc ipsum, quantum acceperit: prorsus aveo scire, nec tamen flocci
4 facio. Quaeris, quid cogitem de obviam-itione; quid censes, nisi Alsium? et quidem ad Murenam de hospitio scripseram: sed opinor cum Matio profectum. Sallustius
5 igitur urgebitur. Scripto iam superiore versiculo, Eros mihi dixit sibi Murenam liberalissime respondisse. Eo igitur utamur. Nam Silius culcitas non habet. Dida autem, opinor, hospitibus totam villam concessit.

EPISTOLA DCXXXVIII. (ad Att. XIII. 51.)

Scr. in Tusculano initio Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)
De epistola ad Caesarem scripta. 1. de Atticae valetudine; de Tigellio; de Quinti filii adventu. 2.

CICERO ATTICO S.

Ad Caesarem quam misi epistolam, eius exemplum

---

er denselben sodann zu Puteoli dem Käufer in meinem Namen gehörig übergeben könne.“ Der Sklave stellte also bei dieser Handlung zu Rom seinen abwesenden Herrn, und Vestorius, als Cicero's Geschäftsträger, zu Puteoli den abwesenden Cicero vor. — *pro mea parte*, nam etiam ad alios, quos heredes cum Cicerone Brinnius reliquerat, is fundus pertinebat. Vid. ep. 607. *SCH.*

3. *Cum Tigellio* locutum esse, egisse de iniuria eius et reconciliatione. *ERN.* S. ep. 635, *reconciliatione?* woran hat Ernesti gedacht? Vgl. zu ep. 638, 3. — *quantum acceperit*, wie hoch er mein Beklagen über ihn aufgenommen habe. Ern. *quomodo acceperit* id, quod ego de ipsius iniuria per te questus sum.

4. *de obviam-itione*, Was ich wegen des Entgegengehens gesonnen sei. Nämlich ob er dem Cäsar werde entgegen reisen. S. ep. 631, 1. Ueber das ὑφ' ἕν s. Ramsh. §. 206, C, 4, b. — *nisi Alsium* me obviam iturum, non ultra, wol nicht weiter als bis Alsium. Diess war eine Stadt an der Etrurischen Küste. — *ad Murenam* i. e. A. Terentium Varronem Murenam, cuius filium putat esse Manutius eum, qui consul fuit cum Augusto 731. Vid. ad Famil. XVI, 12. XIII, 22. — *de hosp.*, um ein Quartier. — *cum C. Matio.* S. ep. 356 im Anf. ad Famil. VI, 12. VII, 15. XI, 27. ad Attic. IX, 11. Ad Attic. XIV, 5. 9. XVI, 11 heisst dieser Cäsarianer Calvena. — *Sallustius*, näml. C. Sallustius Crispus (ad Attic. XI, 20), cui Caesar ignovit. De inimicitiis inter ipsum et Ciceronem vide Corrad. Quaest. p. 113 seqq. „*Silius* Muretus. Rursus Sch. Lün. sec. ep. 533, 2. *OR.*“ *urgebitur*, Sallust wird also herhalten müssen, i. e. eius hospitio Alsii utemur. *SCH.*

5. *versic.*, Zeile, — *Silius.* Corrad. susp. *Sallustius.* Sane utrobique de eodem homine videtur esse sermo. *OR.* — *culcitas*, Kissen. *culcitras* Oxon. 1. Asc. 1. Crat. Oliv. *OR.* — *Dida*, ein Unbekannter.

fugit me tum tibi mittere; nec id fuit, quod suspicaris, ut me puderet tui, ne ridicule hemicillus; nec mehercule scripsi aliter, ac si πρὸς ἴσον ὅμοιόνque scriberem. Bene enim existimo de illis libris, ut tibi coram. Itaque scripsi et ἀκολακεύτως et tamen sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius. De Attica nunc demum mihi est ex- 2
ploratum. Itaque ei de integro gratulare. Tigellium totum mihi, et quidem quamprimum: nam pendeo auimi. Narro tibi, Quintus cras. Sed ad me, an ad te, nescio. Mihi scripsit Romam VIII. Kal. Sed misi, qui invitaret: et si hercle iam Romam veniendum est, ne ille ante advolet.

1. *fugit me*, vergass ich. — *hemicillus.* Sic Cod. Decurt. Bos. Ern. (Interpretatur B. ἡμίκιλλος, ἡμίονος). *Micillus* Md. Asc. 1. Crat. (Micyllus) Vict. 1. 2. Lamb. Graev. μικκύλος de Odini susp. Sch. (Lün.), qui praeterea v. sic transposuit: *ne ridicule μικκύλος, ut me puderet tui.* Pro *ne* Vict. 1. *nae. OR.* „gewiss geschah es nicht aus dem Grunde, den Du argwöhnst, als hätte ich mich darin so klein wie ein Maulesel zusammengeschmiegt, dass ich mich vor Dir schämte und desshalb Dir den Brief nicht zugeschickt hätte.“ ἡμίκιλλος dorisch statt ἡμίονος erinnert an ἡμίκερκος ἡμίονος des Nicet. Annal. 2, 10, sonst κόλουρος 15, 2. curtus mulus Horat. Sat. I, 6, 104. μικύλος aber ist *pusillus, humilis*, deminut. von μικύς = μικρός. — πρὸς ἴσον ὅμοιόνque, ad aequalem similemque, an Meines Gleichen. ὁμοιόντε Vir Doct. in marg. Lamb. meae. *OR.* — *de illis libris*, de Caesaris Anticatonibus. S. Anf. des vorig. Br. — *coram* dixi. — ἀκολ., citra assentationem, ohne Schmeichelei.

2. *De Attica.. exploratum* scil. eam bene valere, dass sie völlig wieder hergestellt ist. — *de integro*, von Neuem; weil sie schon öfter auf der Besserung gewesen war und Cicero schon mannigmal gratulirt hatte. Wieland gibt: aus vollem Herzen. Man könnte auch *de integro* erklären: wegen ihrer Genesung, ihrer restitutio in integrum, Wiederherstellung. Vgl. Cels. III, 4: si integer futurus esset aeger. — *Tigellium totum*, i. e. omnia, quae tibi de me dixerit Tigellius, narra, exhibe. Andere suppliren *restitue, reconcilia.* So wäre Cicero ia vor ihm bange gewesen und sich nicht gleich geblieben. Wie reimte sich das zu *nec tamen flocci facio* im §. 3 des vorig. Briefes und zu §. 1 am Ende und 2 des 635. Br.? — *nam pendeo animi*, denn ich schwebe darüber in Ungewissheit, Was ich mit ihm aufstellen soll, um ihm den gefährlichen Mund zu stopfen. Tigellius als Cäsarianer konnte ihm beim Cäsar schaden. Ueber den Genit. s. Ramsh. §. 111, 2. — *Narro tibi*, Was Neues! — *Quintus cras*, Quintus filius cras Romam veniet. Dieser Brief muss also IX. Kal. od. vom 23. datirt sein. Ueb. die Ankunft dieses iungen Quintus vgl. ep. 621, 2. 622, 2. — *Romam* se venturum *VIII. Kal.* Oct., am 24. September. — *et si...advolet*, zumal da ich wahrlich keine Zeit zu verlieren habe, nach Rom zu kommen, oder da ich wirklich doch ietzt schon nach Rom kommen muss, damit nicht Cäsar noch vor mir dort angeflogen komme. *ille*, Caesar e bello Hispaniensi redux.

EPISTOLA DCXXXIX. (ad Div. VII. 25.)

Scr. in Tusculano mense Sextili A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Epistolam conscissam non esse nuntiat, et monitus, ut Tigellium placatum habeat, gratias agit vicissimque monet, ut de Caesare cautius scribat stilumque exercere pergat. 1—2.

CICERO S. D. M. FABIO GALLO.

Quod epistolam conscissam doles, noli laborare, salva est; domo petes, quum libebit. Quod autem me mones, valde gratum est: idque ut semper facias, rogo. Videris enim mihi vereri, ne, si istum habuerimus, rideamus *γέλωτα σαρδόνιον.* Sed heus tu, manum de tabula: magister adest citius, quam putaramus. Vereor, ne in Catonium

---

FABIO GALLO. S. zu ep. 636 im Anf. Da dieser Brief eine Antwort auf die Beantwortung des 636. Briefs ist, so kann er nicht im August, sondern muss im September geschrieben sein.

1. *Quod...noli laborare,* Was Deine Betrübniss über den zerrissenen Brief betrifft, so mach' Dir doch keinen Kummer; er liegt wohlbehalten (im Originale) bei mir; Du kannst ihn von meinem Hause holen lassen, wann Du willst. *domo petes.* Sic Md. a pr. m. Graev. Ern. *salva est domi; petes* Md. a sec. manu. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. Sch. Lün. *OR.* Gallus hatte dem Cicero geschrieben, er habe seinen zu freimüthigen Brief (den 636) zerrissen; was ihm aber ietzt sehr leid thue. — *mones.* Videtur Gallus Ciceronem monuisse, ut sibi caveret a Tigellio, quoniam familiaris esset Caesaris. *SCH.* Cicero bedankt sich aus Scherz für diese Erinnerung; denn er fürchtete den Tigellius nicht. Uebrigens ist ihm die Besorgniss des Gallus als ein Beweis seiner Liebe gegen ihn sehr angenehm. — *si istum* Tigellium Sardum *habuerimus,* wenn wir diesen Sardinier auf dem Halse haben. Md. *nisi istum habuerimus* scil. placatum nec amplius nobis iratum. — *ne...rideamus γέλ. Σαρδ.,* es möchte aus meinem Spotten und Lachen über ihn zuletzt ein Sardonisches Lachen werden d. i. es möchte mir das Lachen über den Cäsarianer übel bekommen. Das Sprichwort ist von einem Sardinischen Giftkraute, dessen Genuss ein Krampflachen verursachen sollte, entlehnt, und sehr artig mit Rücksicht auf den Sarden Tigellius hier angebracht. S. Solin. 4 (10). Plin. H. N. XX, 11. Servius zu Virgil. — *heus tu.* Aus Spass macht Cicero den Gallus wieder bange. — *manum de tabula,* scil. tolle; die Hand von der Tafel! Ellipsis. s. Ramsh. §. 206, C, 2, c. Cavendum nobis et tibi est, ne pergamus aliquid scribere, quod Caesaris animum offendere possit, quoniam scripsimus de laudibus Catonis. Vid. ep. 636 sub fin. Das Sprichwort ist von Knaben entlehnt, die in Abwesenheit ihres Lehrmeisters Allerlei auf die Tafel mahlen, aber, sobald er wieder hereintritt, die Hand von der Tafel ablassen. — *magister,* der Schulmeister, Cäsar. — *citius* bezieht sich auf seine Rückkehr aus Spanien. — *ne in Catonium Catoninos,* ne Caesar commotus ira ad inferos demittat Catoni deditos et Catonem amantes i. e. me ipsum et te, qui Catonis laudes

Catoninos. Mi Galle, cave putes quidquam melius, quam 2
epistolae tuae partem ab eo loco: „cetera labuntur.“ Secreto hoc audi: tecum habeto: ne Apellae quidem, liberto tuo, dixeris: praeter duo nos loquitur isto modo nemo: bene malene, videro: sed, quidquid est, nostrum est. Urge igitur nec transversum unguem — quod aiunt — a stilo: is enim est dicendi opifex. Atque equidem aliquantum iam etiam noctis assumo.

---

scripsimus. Vox *Catonium* a Laberio usurpata est, ut Gellius refert N. Att. XVI, 7: *tollet bona fide vos Orcus in Catonium. SCH.* „es möchte ihm einfallen die Catonianer zu ihrem Cato in die andere Welt zu schicken.“ Gallus, der in glücklicher Dunkelheit auf seinen Gütern sich selbst, den Freunden und Musen lebte, mochte vielleicht dem Cäsar in seinem *Cato* zu nahe getreten sein. *catomum* Md. Vict. (cfr. omnino *Schol. Iuvenal.* p. 65. *ed. Cramer,* Aul. Gell. *N. A.* 16, 7, ubi pro *Catonium* Turnebus volebat *catomum*). *OR. Catonium* sticht auf κάτω, auf den Orcus an.

2. *cave putes*, halte ia nicht irgend Etwas für besser. — *cetera lab.*, „alles Uebrige hat keinen Bestand.“ Gallus hatte seinen Cato dem Cicero zugesandt, worum ihn dieser ep. 636 ersuchte. — *secreto hoc audi*, lass Dir diess in's Geheim gesagt sein. Schütz theilt ab: *secreto hoc* (scil. dictum sit.); *audi* (scil. quaeso), quod dico, *tecum habeto*. „Das bleibt unter uns! hörst Du? behalt' es ia bei Dir! Nimirum liberius Gallus scripserat de rei publicae forma per Caesarem in peius mutata. — *isto modo*, tam libere. — *bene malene* (N. Asc. 1. Crat. Lamb. *maleve*), *videro*, ob Wir gut oder übel daran thun, lass' ich noch dahingestellt sein. — *sed...nostrum est*, indess ist es, Was es auch sei (bene malene scriptum), wenigstens nach unserer Art, in uns'rer Manier; ohne Heuchelei.“ Cicero spricht ihm nach der vorangegangenen scheinbar ernsthaften Mahnung wieder Muth ein: *Urge igitur*, immer denn vorwärts! und keinen Finger breit, wie man zu sagen pflegt, vom Griffel fern d. i. und die Feder keinen Augenblick aus der Hand gelegt! denn man kann nicht wissen, wozu das noch nützen, wie Alles noch kommen mag. Zu *transv. ung.* i. e. digitum scil. recede (s. Ramsh. §. 206, C, 2, c.) vgl. ad Attic. XIII, 20. Acadd. IV, 18. Plaut. Aulul. I, 1, 17: si ex hoc loco digitum transversum aut unguem latum excesseris. — *dicendi opifex*, denn durch solche Stilübung und Schriftstellerei wird man seiner Sprache mächtig (um seine Gedanken zu bestimmten Zwecken bei aller Freimüthigkeit doch in weltkluger und gefälliger Einkleidung darzustellen und nicht nur ohne Beleidigung die Wahrheit zu sagen, sondern sie einzureden) und zum Meister in der Kunst zu reden erhoben. S. de Orat. I, 33. — *assumo*, „desswegen nehm' ich denn auch schon sogar ein Stück von der Nacht dazu.“ Cicero's Gedanke ist der: durch Schriftstellerei müssen wir uns in der Kunst zu reden vervollkommnen und erhalten; die uns über kurz höchst noththun und nützen kann. Wenigstens für diesen Augenblick vermögen wir Nichts besseres oder sichereres zu thun, als schreiben.

EPISTOLA DCXL. (ad Div. VI. 11.)

Scr. initio Sept. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Gratulatur de restitutione, quam Dolabellae beneficio ipsi impetraverat, hortaturque, ut aequo animo iacturam fortunarum ferat. 1 — 2.

M. CICERO S. D. TREBIANO.

Dolabellam antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram — nec enim acciderat mihi opus esse — et ille mihi debebat, quod non defueram eius periculis. Nunc tanto sum devinctus eius beneficio, quod et antea in re et hoc tempore in salute tua cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. Qua in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere malim: alterum omnino non desidero, alte-
2 rum vere facere poteris. Quod reliquum est, quoniam tibi virtus et dignitas tua reditum ad tuos aperuit, est tuae sapientiae magnitudinisque animi, quid amiseris oblivisci; quid reciperaris cogitare. Vives cum tuis, vives nobiscum: plus acquisisti dignitatis, quam amisisti rei familiaris: quae ipsa tum esset iucundior, si ulla res esset publica. Vestorius, noster familiaris, ad me scripsit te mihi maximas gratias agere. Haec praedicatio tua mihi valde grata est eaque te uti facile patior, quum apud alios, tum mehercule apud Syronem, nostrum amicum. Quae enim facimus, ea prudentissimo cuique maxime probata esse volumus. Te cupio videre quam primum.

TREBIANO. S. zu ep. 527 im Anf. *Trebatio* Crat. *L. Torquato* Mart.-Lag. *OR.* Letzter war iedoch schon im Bürgerkriege umgekommen. S. Brut. c. 76. Aber an A. Torquatus, den Bruder des L. Torquatus, konnte dieser Brief wegen ep. 628, 2. und weil hier der Epikurische Philosoph Syro, ein Freund des L. nach de Finibb. II. c. ultim., erwähnt wird, vielleicht geschrieben sein.

1—2. *opus esse*, denn ich hatte mich nie in dem Falle befunden, seiner zu bedürfen. — *peric.*, Processen. — *in re*, bei der Beschützung, für die Rettung Deines Vermögens. S. ep. 527, 1. — *in salute tua*, bei der Beförderung, Erwirkung Deiner Zurückberufung. — *quoniam*, wie ep. 553, 4. — *ipsa tum*, Crat. *tamen ipsa*. Lamb. *ipsa tamen*. Haud displicet. *OR.* — *Vestorius*, der Banquier von Puteoli. S. ep. 637, 2. — *prud. cui. m. prob.* S. Ramsh. §. 156, 1, b. Grotef. §. 279, 2. Aulus Torquatus war 702 Prätor gewesen, hatte nachher sein von Cäsar confiscirtes Vermögen mit grossem Verluste wiederkaufen müssen, war iedoch endlich begnadigt und wieder in den Rang eines Prätorius eingesetzt. Diese Umstände lassen sich in diesem Briefe sehr gut wieder finden.

EPISTOLA DCXLI. (ad Div. XII. 17.)

Scr. Romae exeunte Octobri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De Syriaco tumultu et urbano otio seu negotiorum cessatione. 1. Librum de optimo genere dicendi Cornificio commendat. 2. et suum ei studium confirmat. 3.

CICERO S. D. CORNIFICIO, COLLEGAE.

Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis: quam ut conserves, non quo de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quaedam nuntiata sunt: quae quia tibi sunt propiora, quam nobis, tua me causa magis movent, quam mea. Romae summum otium est; sed ita, ut malis salubre aliquod et honestum negotium; quod spero fore. Video id curae esse Caesari. Me scito, 2

CORNIFICIO. Quintus Cornificius, vormals Richter im Processe des Cicero gegen Verres (s. Act. in Verr. I, 10), nachher Cicero's Mitbewerber um das Consulat (ad Attic. I, 1.), der erste Angeber, dass Clodius das Damenfest der Cybele entweihet hatte (ad Attic. I, 13), Cicero's Collega in auguratu (ad Divers. XII, 22), hielt sich, obgleich patriotisch gesinnt, im Bürgerkriege zur Partei des Cäsars, der ihn nach dem Afrikanischen Kriege zum Statthalter der Provinz Afrika ernannte, wohin auch fast sämmtliche Briefe des Cicero (nämlich ad Divers. XII, 17 bis 30) an ihn gerichtet sind. Cäsar wollte ihn nach Syrien gegen Caecilius Bassus absenden (s. ad Divers. XII, 19.); allein er blieb bis an seinen Tod in Africa. Denn Cassius fand den Cäcilius noch nach Cäsars Tode in Syrien und brachte es nun erst dahin, dass diesen seine Legion verliess. Die Patrioten rechneten ietzt sehr auf Cornificius. D. Brutus und Plancus baten ihn, dass er seine Legionen unter einem sicheren Führer ihnen aus Afrika zusenden möchte (XI, 26.): aber Antonius schickte den Sestius, den Prätor von Numidien, wider ihn, der ihm die Provinz vergebens abforderte, ihn hierauf besiegte u. erschlug (S. Dio Cass. XLVIII und Appian. IV.). Ueber den Sohn des Cornificius s. ep. XII, 25. VIII, 7. Sallust. Cat. 15. 35.

1. *ex Syria tumultuosiora quaedam,* „dass es dort ziemlich unruhig aussieht.“ Hier hatte sich Q. Caecilius Bassus empört, der sich erst nachher mit seiner Legion dem C. Cassius ergab. S. Dio XLVII. Strabo XVI. ad Attic. XIV, 9. — *movent,* diese Ereignisse kümmern mich. — *propiora,* quum in Africa sis. *MANUT.* Vgl. ep. 656, 1. — *otium,* Musse, quum unus Caesar omnia regat. — *honestum negotium,* dass man sich doch lieber eine gesunde, heilsame und ehrenvolle Beschäftigung wünschen möchte. Nempe vel in senatu vel in foro, quod tum non erat. *ERNESTI.* Wie fein doch Cicero den Cornificius nimmt! — *Video... esse,* denn ich sehe, dass Cäsar ernstlich darauf bedacht ist. Ein merkwürdiges Geständniss! Cäsar war Anfang Octobers aus Spanien nach Rom zurückgekehrt.

dum tu absis, quasi occasionem quandam et licentiam nactum scribere audacius: et cetera quidem fortasse, quae etiam tu concederes: sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo saepe suspicatus sum te a iudicio nostro sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto, paullulum dissidere. Huic tu libro, maxime velim ex animo: si minus, gratiae causa suffragere. Dicam tuis, ut eum, si velint, describant ad teque mittant. Puto enim, etiam si rem minus probabis, tamen in ista solitudine,
3 quidquid a me profectum sit, iucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more: sed velim sic existimes, me, quum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimum tribuam, tum de summo ingenio et de studiis tuis optimis et de spe amplissimae dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.

---

2. *absis,* Lamb. *abes* Roma. — *et cetera concederes,* und darunter mag wohl Manches sein, was auch Du mir nicht untersagen d. i. zu schreiben nicht abrathen möchtest; worin Du mich wohl gerne gewähren lässest. Cicero meint seine philosophischen Schriften. Dagegen bezieht sich *audacius* besonders auf Cicero's Cato, worin er manche freie Gedanken über die Republik niedergelegt hatte, ungeachtet er Cäsars Ungnade befürchten musste. — *de optimo genere dicendi* oder sein Orator ad M. Brutum, den er im vorigen Iahre geschrieben. Merkwürdig, dass Cicero gleich auf gelehrte Sachen ablenkt und mit Cornificius darüber so spricht, als wollte er in ihm einen angesehenen Recensenten gewinnen. — *ut doct. homin.* Nam et Cornificius de arte rhetorica scripsit, Quintiliano libr. III. auctore. — *dissidere,* aliter iudicare. Auch M. Brutus war der Meinung, Cicero lege mit Unrecht das meiste Gewicht auf den Ausdruck, da doch die Sachen selbst eben so viel gölten, als die Worte. S. ad Attic. XIV, 20. — *ex animo,* aus Ueberzeugung. — *gratiae causa,* mir zu lieb, aus Rücksicht auf unsere Freundschaft. — *suffrag.,* einer Sache seine Stimme, seinen Beifall geben. — *rem,* meam disputationem. — *probabis,* Ern. coni. Sch. Lün. *probaris.*

3. *omnium more,* „weil es allgemein so Sitte ist." Es war nämlich ein Compliment, dass alle iüngeren Senatoren den ältern, besonders den Consularen, in ihren Briefen zu machen pflegten. *hominum* de Valcken. susp. Sch. — *plurimum tribuam,* Lamb. *tribuere.* Verum hoc videtur, *OR.,* dass ich sowohl auf...einen grossen Werth lege. — *de spe ampl. dign.,* „über Deinen gerechten Anspruch an die höchste Staatswürde;" eben wegen seiner grossen Fähigkeiten und trefflichen Studien. — *comparem,* gleichstelle. Nämlich unter Denen, die an das Consulat Anspruch zu machen berechtigt sein könnten.

EPISTOLA DCXLII. (ad Div. XIII. 4.)

Scr. Romae mense Octobri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Quum Caesar agrum militibus divisurus esset eique negotio praefecisset Q. Valerium, huic Volaterranos commendat, ne eorum ager divisioni subiiciatur. 1—4.

M. CICERO S. D. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGATO PROPR.

Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti cumulatissime mihi gratiam retulerunt; nam nec in honoribus meis, *nec in* laboribus unquam defuerunt. Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen, quod te vehementissime diligo quodque me a te plurimi fieri sentio, et monerem te et hortarer, ut eorum fortunis consuleres, praesertim quum prope praecipuam causam haberent ad ius obtinendum: primum quod Sullani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate subterfugerunt: deinde, quod summo studio populi Romani a me in consulatu meo defensi sunt. Quum *enim* tribuni pl. legem iniquissimam de 2
eorum agris promulgavissent, facile senatui populoque

Q. VALERIO. S. zu ep. 114. im Anf. 115. — *LEGATO PROPR.* Praepositus erat Valerius a Caesare legatus agris dividundis, qui ei auctoritatem et potestatem auxit addito Propraetoris nomine. *MANUT.*

1. *Volaterranis,* die Einwohner von Volaterra (ietzt Volterra), einer der 12 Hauptstädte des alten Etruriens und nachher einer Römischen Municipalstadt. — *enim meo,* Lamb. *enim a me,* quod legem a tribunis pl. promulgatam de agris eorum dividendis perferri consul non sum passus. *MANUT.* — *nec in lab.* Ex antiquo suppl. Vict. 2. Lamb. Graev. Sch. *meis laboribusque* ex alio suppl. Codd. aliq. (Bas.) Crat. Bened. *meis nec laboribus* Sch. in ed. mai. Luen. *OR.* *labores,* Verlegenheiten, = res adversae, im Gegens. von *honores,* quum Cicero petivit magistratus, also seine glänzenden und trüben Zeiten. — *defuerunt* suffragiis. — *Cum quib. si mihi... interced.,* indess, wenn ich auch in gar keiner Verbindung mit ihnen stände. — *ut eor. f. cons.,* für die Rettung ihres Grundeigenthums zu sorgen, zumahl da sie beinahe ein Vorzugsrecht haben, in ihrem Besitzstande gelassen zu werden, s. ne illorum bona militibus dividerentur. — *Sullani temp. acerb.,* quo quum Sulla agros divideret, Volaterranum publicavit quidem, sed neque dividere neque Volaterranis civitatem eripere potuit, quum etiam tum essent in armis et biennium cum proscriptis obsessi fuissent. *CORR.* Die Götter sind also mit ihrem Beispiele vorangegangen, die Volaterraner zu schützen, da Sulla ihnen Nichts abhaben konnte. — *studio,* Theilnahme.

2. *Quum enim.* Sic Vict. 2. Bened. om. *enim* Md. Cett. *OR.* — *tribuni pl.,* Rullus praesertim, contra quem sunt Ciceronis orationes de lege agraria. *MANUT.* — *de eor. agris* dividundis. —

Romano persuasi, ut eos cives, quibus Fortuna pepercisset, salvos esse vellent. Hanc actionem meam C. Caesar primo suo consulatu lege agraria comprobavit agrumque Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit: ut mihi dubium non sit, quin is, qui novas necessitudines adiungat, vetera sua beneficia conservari velit. Quamobrem est tuae prudentiae aut sequi eius auctoritatem, cuius sectam atque imperium summa cum tua dignitate secutus es; aut certe illi integram omnem causam reservare. Illud vero dubitare non debes, quin tam grave, tam firmum, tam honestum municipium tibi
3 tuo summo beneficio in perpetuum obligari velis. Sed haec, quae supra scripta sunt, eo spectant, ut te horter et suadeam. Reliqua sunt, quae pertinent ad rogandum: ut non solum tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam, quod mihi opus sit, me a te petere et rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos omnibus rebus integros incolumesque esse volueris. Eorum ego domicilia sedes, rem fortunas, quae et a diis immortalibus et a praestantissimis in nostra re publica civibus summo senatus populique Romani studio conservatae sunt,
4 tuae fidei, iustitiae bonitatique commendo. Si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, ut ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consuevi tueri meos; nullum officium, nullum denique

---

Fortuna tempore Sullano. — *salv. esse vellent*, in ungeschwächtem Wohlstande erhalten wollten. — *lege agraria*, quam de agro Campano et Stellate dividundo tulit. *MANUT.* Sic Vict. 2. Bened. *lege in agr.* Md. Bas. Vict. 1. Graev. *in lege agr.* Crat. Lamb. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *agrum*, Gebiet, Stadtgebiet. — *omni periculo*, von aller Gefährdung dieser Art. — *is*, Caesar. – *qui* — quippe qui . . *adiungat*, da er sich täglich mehr kleinere Staaten zu verpflichten sucht. — *beneficia*, Gnadenbezeigungen. — *conser. velit*, sollte bewahren d. i. nicht zurücknehmen wollen. — *auct.*, Beispiel. — *sect.*, Partei. — *summ. c. t. dign.*, zu Deiner grössten Staatsehre. — *aut. . . . reservare*, oder die ganze Sache unangetastet seiner eigenen Entscheidung zu überlassen. — *dubitare*, darüber Bedenken tragen, sich darüber lange bedenken. — *grave . . firmum*, mannhafte, mächtige. — *obligare* (Md.?) Vict. 1. Lamb. *OR.*

3. *et tibi suadeam* Lamb. — *Reliqua* = quae sequuntur; das Folgende bezieht sich bloss auf's Bitten, hat mein Bitten zum Zweck, damit u. s. w. — *sed etiam.* om. *etiam* Bas. Neap. Asc. 1., ut saepissime Cdd. inconsulto omittunt *etiam* post *sed;* unde multae tricae grammaticae solent oriri. *OR.* — *rem*, Gemeinwesen. — *et a diis.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. om. *et* Cett. *OR.*

4. *pro m. prist. op.*, nach Massgabe meiner ehemaligen Macht. — *facult. . . daret.*, das gegenwärtige Verhältniss der Dinge mich

certamen, in quo illis prodesse possem, praetermitterem. Sed, quoniam apud te nihilo minus hoc tempore valere me confido, quam valuerim semper apud omnes: pro nostra summa necessitudine parique inter nos et mutua benevolentia abs te peto, ut ita de Volaterranis mereare, ut existiment eum quasi divino consilio isti negotio praepositum esse, apud quem unum nos, eorum perpetui defensores, plurimum valere possemus.

EPISTOLA DCXLIII. (ad Div. XIII. 5.)

Scr. Romae mense Octobri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Curtium commendat rogatque, ut eius Volaterranam possessionem ei integram servet. 1—3.

CICERO S. D. Q. VALERIO LEG. PROPR.

Non moleste fero eam necessitudinem, quae mihi tecum est, notam esse quam plurimis: neque tamen ob eam causam — quod tu optime existimare potes — te impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide et diligentia ex voluntate Caesaris, qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis. Nam quum multi a me petant multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte aetate familiarissime 2
sum usus. Eius et Sullani temporis iniustissima calamitate dolui, et quum iis, qui similem iniuriam acceperant,

---

in den Stand setzte. — *praetermitt.*, so würde ich von mir weisen. *praetermittam* Sch. — *quoniam*, wie ep. 640, 1. — *hoc tempore*, selbst in den ietzigen Zeitverhältnissen. — *ut exist. eum* statt *te*. — *negotio*, agris dividundis. — *eorum*, Volaterranorum. — *possemus*, Graev. *possumus*.

1. *necess.*, das enge Freundschaftsband, Verhältniss. — *notam*, perspectam, aller Welt bekannt. — *optime exist.*, leicht vorstellen, — *impedio* scil. precibus meis, doch mag ich Dir Nichts zumuthen, was Dich hindern könnte. — *ex volunt. Caes.*, zur Zufriedenheit des Cäsars. — *rem magnam*, agrariam, divisionem agrorum. Vid. super. epist. — *non committo, ut..*, so hüte ich mich doch sehr, Dich durch eit'le Zudringlichkeit in der Verwaltung Deines Auftrages zu stören. *ambitione* = ambitiosa rogatione, qua multos mihi devincire cupiam, also Bitten, wozu die Eitelkeit verleitet, sich Viele verbindlich zu machen, um diese dann zur Befriedigung seiner Ehrsucht zu gebrauchen. Vgl. ep. 615, 4.

2. *C. Curtio.* Cicero überspringt den Gedanken: „mit C. Curtius aber hat es eine andere und besondere Bewandniss.“ — *Eius*, Curtii. — *calamitate*, insofern er zur Zeit Sulla's proscribirt war. — *quum iis* (Md. Vict. 2. *his*) *qui simil. ini. accep.*, die eine glei-

amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Is habet in Volaterrano possessionem, quum in eam tamquam e naufragio reliquias contulisset. Hoc autem tempore eum Caesar in senatum legit: quem ordinem ille, ista possessione amissa, tueri vix potest. Gravissimum autem est, quum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna: minimeque convenit ex eo agro, qui Caesaris iussu dividatur, eum moveri, qui Caesaris beneficio
3 senator sit. Sed mihi minus libet multa de aequitate rei scribere, ne causa potius apud te valuisse videar quam gratia. Quamobrem te in maiorem modum rogo, ut C. Curtii rem meam putes esse: quidquid mea causa faceres, ut, id C. Curtii causa quum feceris, existimes, quod ille per me habuerit, id me habere abs te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DCXLIV. (ad Div. XIII. 8.)

Scr. Romae mense Octobri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Rutilium Rogat, ut in agrorum divisione Albini praedia ne attingat. 1—3.

CICERO M. RUTILIO S.

Quum et mihi conscius essem, quanti te facerem, et tuam erga me benevolentiam expertus essem, non dubitavi a te petere, quod mihi petendum esset. P. Sestium quanti

---

che Ungerechtigkeit betroffen hatte. — *vol. omn.*, einstimmig. — *adiutor incol.* i. e. salutis *fui*, ich trug zu seiner Wiederherstellung mein Möglichstes bei. — *Volaterrano* agro. — *quum...contulisset*, in welches Gut er alle aus dem Sullanischen Schiffbruch gerettete Trümmer seines Vermögens gesteckt hatte. — *ordinem* senatorium, Senatorrang. — *Graviss....fortuna*, äusserst hart aber ist es für ihn ietzt, da er an Rang gestiegen, an Vermögen herunterzukommen. — *min. convenit*, und es reimt, es gebührt sich nicht. — *moveri*, ausgetrieben werde.

3. *causa. .valuisse*, mehr durch die Güte der Sache bei Dir vermocht zu haben. *causa* = rei aequitate et iustitia. — *per me*, i. e. per meam commendationem. Sch. coni. *per te*.

M. RUTILIO. Dieser war auch Einer von den Commissarien, welchen Cäsar nach dem Spanischen Kriege die Vertheilung der versprochenen Aecker unter seine Veteranen aufgetragen hatte.

1. *non dubitavi* = *dubito* im Briefstil. — *a te petere, quod* cet., mich mit einer Bitte an Dich zu wenden, die ich nicht wohl von mir weisen kann. — *P. Sestium*, qui tribunus pl. Ciceronem ab exsilio revocavit. *MANUT*. S. über ihn zu ep. XV im

faciam, ipse optime scio: quanti autem facere debeam, et tu et omnes homines sciunt. Is quum ex aliis te mei studiosissimum esse cognosset, petivit a me, ut ad te quam accuratissime scriberem de re C. Albini senatoris, cuius ex filia natus est L. Sestius, optimus adolescens, filius P. Sestii. Hoc idcirco scripsi, ut intelligeres non solum me pro P. Sestio laborare debere, sed Sestium etiam pro Albino. Res autem est haec: a M. Laberio 2
C. Albinus praedia in aestimationem accepit: quae praedia Laberius emerat a Caesare de bonis Plotianis. Ea si dicam non esse e re publica dividi, docere te videar, non rogare. Sed tamen quum Caesar Sullanas venditiones et assignationes ratas esse velit, quo firmiores existimentur suae: si ea praedia dividentur, quae ipse Caesar vendidit, quae tandem in eius venditionibus esse poterit auctoritas? Sed hoc quale sit, tu pro tua prudentia considerabis. Ego te plane rogo atque ita, ut maiore studio, 3
iustiore de causa, magis ex animo rogare nihil possim, ut Albino parcas, praedia Laberiana ne attingas. Magna me affeceris non modo laetitia, sed etiam quodammodo gloria, si P. Sestius homini maxime necessario satisfecerit per me, ut ego illi uni plurimum debeam. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi intelliges esse gratissimum.

Anf. — *te mei stud. esse,* dass Du ungemein viele Gefälligkeit gegen mich habest. — *ut..accur. scrib. de re,* Dir ein Anliegen des ...auf das Nachdrücklichste zu empfehlen. — *Albini,* Postumiae gentis. — *cuius ex filia natus est...filius* et nupta iam filia. Vid. Orat. pro Sest. c. 3. et ep. ad Divers. V, 17 (h. ed. 176.).

2. *a M. Laberio,* equite Romano. — *in aest. accepit,* hat die Landgüter dem vom Cäsar gegebenen Gesetze gemäss an Zahlungsstatt annehmen müssen; aestimata lege Caesaris, quanti fuerant ante bellum civile. Cfr. ep. 450, 7. — *de bonis Plotianis,* in ea auctione, quam de bonis Plotii Pompeianas partes secuti Caesar fieri iussit. MANUT. — *non esse e re p.,* es wäre dem Gemeinwesen nicht vortheilhaft, wenn diese Güter vertheilt würden. — *Sed tamen..auctoritas?* Indess, da Cäsar will, dass die vormaligen Sullanischen Verkäufe und Anweisungen gültig, mithin von der Vertheilung ausgenommen sein und bleiben sollen, damit man die seinigen für desto sicherer halte: welches Vertrauen könnte man auf Cäsars Verkäufe setzen, wenn er die von ihm selbst verkauften Güter der Vertheilung unter die Veteranen unterwerfen wollte?

3. *magis ex animo,* aus vollerem Herzen. — *maxime necessario,* Albino, socero suo. — *satisf. per me,* durch meine Fürsprache die Erfüllung seines Wunsches erwirken sollte. — *ut ego,* Crat. Lamb. Graev. Luen. *quum ego,* da ich dem P. Sestius die grösste Verbindlichkeit schuldig bin.

EPISTOLA DCXLV. (ad Div. XIII. 7.)

Scr. Romae mense Octobri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Petit a Cluvio Puteolano, quem Caesar agro in Gallia Cisalpina dividundo praefecerat, ne municipii Atellani vectigalis ager dividatur. 1—5.

CICERO CLUVIO S.

Quum in Galliam proficiscens pro nostra necessitudine *pro*que tua summa in me observantia ad me domum venisses, locutus sum tecum de agro vectigali municipii Atellani, qui esset in Gallia; quantoque opere eius municipii causa laborarem, tibi ostendi. Post tuam autem profectionem, quum et maxima res municipii honestissimi mihique coniunctissimi et summum meum officium ageretur, pro tuo animo in me singulari existimavi me oportere ad te accuratius scribere: etsi non sum nescius, et quae temporum ratio et quae tua potestas sit, tibique negotium datum esse a C. Caesare, non iudicium, praeclare intelligo. Quare a te tantum peto, quantum et te facere
2 posse et libenter mea causa facturum esse arbitror. Et primum velim existimes, quod res est, municipii fortunas omnes in isto vectigali consistere: his autem temporibus hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Hoc etsi commune vi-

CLUVIO, wohl derselbe, der ad Divers. XIII, 55 dem Prätor von Asien, dem Thermus, empfohlen und ad Attic. VI, 2 erwähnt wird. Ueber Cäsars Ackervertheilung s. Sueton. Caes. c. 38.

1. *pro*que. Sic scripsi, ut §. 5. *quae tua* Md. Vict. 1. 2. *tuaque* ex antiqua correctione Bas. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Seqq. *OR.* — *observ.*, Aufmerksamkeit. — *venisses*, um Abschied von mir zu nehmen. — *munic. Atell.*, die Commune der zwischen Neapel und Capua gelegenen Stadt A t e l l a, die in Cicero's Schutzverwandtschaft stand. Sie besass in dem diesseits der Alpen gelegenen Gallien Ländereien, aus deren Verpachtung sie ihre hauptsächlichsten Einkünfte bezog (agr. vectig.). — *labor.*, in Sorgen sei. — *quum ... ageretur*, da es um das wichtigste Interesse dieser angesehenen und mit mir eng verbundenen Municipalstadt und um ihren gerechten Anspruch auf meine besten Dienste sich handelt. — *et quae temp. rat... sit*, was die Zeitumstände fordern und wie weit Du zu gehen Macht hast. — *negotium*, die Vollziehung eines Geschäfts, *non iud.*, nicht das Amt eines Richters d. i. nicht die Untersuchung, Beurtheilung und Entscheidung, mit welchem Rechte bei dieser Gütervertheilung verfahren werde, ob und wo Ausnahmen Statt finden möchten. — *praeclare*, ganz klar.

2. *existimes*, vor Allem geb' ich Dir zu bedenken. — *quod res est*, worauf hier Alles ankommt, o d e r Was sich wirklich so verhält. res = veritas, verum. — *diffic.*, und durch den Bürgerkrieg in die grössten Verlegenheiten, Noth, gestürzt ist. — *com-*

detur esse cum multis, tamen mihi crede singulares huic municipio calamitates accidisse. Quas idcirco non commemoro, ne de miseriis meorum necessariorum conquerens homines, quos nolo, videar offendere. Itaque, nisi 3
magnam spem haberem C. Caesari nos causam municipii probaturos, non erat causa, cur a te hoc tempore aliquid contenderem. Sed quia confido mihique persuasi illum et dignitatis municipii et aequitatis et etiam voluntatis erga se habiturum esse rationem: ideo a te non dubitavi contendere, ut hanc causam illi integram conservares. Quod etsi nihilo minus a te peterem, si nihil audivissem 4
te tale fecisse, tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam mihi dictum est, hoc idem a te Regienses impetravisse: qui etsi te aliqua necessitudine attingunt, tamen tuus amor in me sperare me cogit te, quod tuis necessariis tribueris, idem esse tributurum meis: praesertim quum ego pro his unis petam, habeam autem, qui simili causa laborent, complures necessarios. Hoc me non sine causa facere neque aliqua levi ambitione commotum a te contendere etsi te existimare arbitror: tamen mihi affirmanti credas velim, me huic municipio debere plurimum; nullum unquam fuisse tempus neque honorum nec laborum meorum, in quo non huius munici-

---

mune ei Lamb. — *conquerens* statt conquerendo. — *homines, quos nolo,* Caesarianos, qui in causa sunt, cur municipia ita graventur.

3. *probaturos,* Crat. *comprobaturos,* dass wir den Cäsar für die Sache der Atellaner würden gewinnen können. — *non erat* = esset, *cur . . contend.,* so hätte ich gar keinen Grund gehabt Dich unter den dermaligen Umständen ihrentwegen irgend zu behelligen. — *et dignitatis.* Tribus rebus Atellanorum causa nititur, dignitate municipii, aequitate rei, studio erga Caesarem, apud quem agetur. MANUT. — *et etiam.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened., ut *Lib.* 12. *Ep.* 18. del. *et* Graev. Ern. Sch. Lün. „und selbst ihre Anhänglichkeit an ihn berücksichtigen werde." — *a te... contendere,* Dir anzuliegen, dass Du die Sache unberührt seiner Entscheidung vorbehalten wollest.

4. *impetrandi,* meine Bitte gewährt zu sehen. — *Regienses,* die Einwohner von Regium Lepidi, einer Römischen Colonialstadt in Gallia Cispadana, ietzt Reggio. S. ad Divers. XI, 9. XII, 5. Tacit. Hist. II, 20. Plin. H. Nat. III, 15. — *aliqua necess.,* weil er wol ihr Patronus war. „wiewohl diese Dich in gewisser Hinsicht näher angehen." — *pro his unis* s. Ramsh. §. 157. 2. c. Grotef. §. 300. — *habeam autem, qui* cet., iedoch noch manche Andere nahe verbundene habe, die sich in ähnlicher Noth befinden. — *levi amb. commot.,* noch aus leichter Eitelkeit und Sucht mich bei meinen Clienten wichtig und geltend zu machen. S. Ramsh. §. 142. 203. III, 5. Vgl. ep. 613, 1 am Ende. — *honorum nec laborum meor.,* wie ep. 642 im Anf. — *in quo ... exstiterit,*

5 pii studium in me exstiterit singulare. Quapropter a te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione proque tua in me perpetua et maxima benevolentia, maiorem in modum peto atque contendo, ut quum fortunas agi eius municipii intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, benevolentia coniunctissimum, id mihi des. Quod erit huiusmodi, ut, si a Caesare, quod speramus, impetrarimus, tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus: sin minus, pro eo tamen id habeamus, quoniam a te data sit opera, ut impetraremus. Hoc quum mihi gratissimum feceris, tum viros optimos, homines honestissimos eosdemque gratissimos et tua necessitudine dignissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxeris.

EPISTOLA DCXLVI. (ad Div. XII. 18)

Scr. Romae mense Octobri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Infrequentiam literarum excusat; Cornificii prudentiam et gravitatem laudat; praesentem rei publicae statum accusat, cum Caesaris excusatione. 1—2.

CICERO S. D. CORNIFICIO COLLEGAE.

Quod extremum fuit in ea epistola, quam a te proxime accepi, ad id primum respondebò. Animum advorti enim hoc vos magnos oratores facere nonnunquam. Epistolas requiris meas: ego autem nunquam, quum mihi denuntiatum esset a tuis ire aliquem, non dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere te nihil commissurum esse temere, nec ante, quam scisses, quo iste nescio qui Caecilius Bassus erumperet, quidquam certi consti-

---

in welchen die Bürger von Atella mir nicht Beweise der eifrigsten Anhänglichkeit gegeben hätten.

5. *fortunas agi*, dass der Wohlstand einer Municipalstadt auf dem Spiele stehe. — *coniunct.* Md. *convictissimum.* De seqq. cfr. Rost. *Spec.* 3, p. 12. *OR.* — *id mihi des*, Du mir diese Gefälligkeit erzeigest; warum er ihn oben am Ende des 3. §. gebeten. *pro eo*, ac si impetravissemus. — *quoniam*, wie ep. 640, 2.

CORNIFICIO. S. zu ep. DCXLI im Anf.

1. *Animum advorti*, denn ich habe wahrgenommen. Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Sch. Lün. *An. adverti* = *Animadverti* Cdd. aliq. (Basil.) Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Bened. cfr. *Lael.* §. 99. *Officc.* 2, §. 68. *OR.* — *requiris*, desideras, Du vermissest Briefe von mir, d. i. beklagst Dich über deren Seltenheit. — *nunquam..non* iedesmal. — *ire aliquem*, es gehe Iemand an Dich ab. Lamb. *ire ad te.* — *nihil comm. e. tem.*, Du werdest keinen unüberlegten Schritt thun. — *quo . . . erumperet*, wo Dieser...hinaus-

futurum: id ego et speraram, prudentia tua fretus: et, ut confiderem, fecerunt tuae gratissimae mihi literae: idque ut facias quam saepissime, ut et quid tu agas et quid agatur scire possim et etiam quid acturus sis, valde te rogo. Etsi periniquo patiebar animo te a me digredi: tamen eo tempore me consolabar, quod et in summum otium te ire arbitrabar et ab impendentibus magnis negotiis discedere. Utrumque contra accidit. Istic enim 2
bellum est exortum; hic pax consecuta: sed tamen eiusmodi pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent: ea tamen, quae ne ipsum Caesarem quidem delectant. Bellorum enim civilium ii semper exitus sunt, ut non ea solum fiant, quae velit victor, sed etiam, ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus sit parta victoria. Equidem sic iam obdurui, ut ludis Caesaris nostri animo aequissimo viderem T. Plancum, audirem Laberii et Publii poëmata. Nihil mihi tam deesse scito, quam quicum

---

wolle. Ueb. *Caecil. Bassus* s. zu ep. 641. — *nec.. quicq. certi constit.*, und keine bestimmte Massregel nehmen. — *ut confiderem*, dass meine Hoffnung sich in volle Zuversicht verwandelte. — *et etiam* (ut ep. 645, 3). Non puto delendum hoc *et*. Cfr. Heusingeri *Fragm. Cornel. Nep.* p. 381. *Bardili. Inscriptt. meas Latinas* N. 3657. Ern. et Wolf. ad *Suet. Octav.* 19. *OR.* — *Etsi periniquo p. animo*, obgleich es mir schwer auf's Herz fiel. — *in summum otium*, in eine vollkommen ruhige Provinz. Nach Afrika. — *ab imp. magn. neg. disced.*, und dass Du Dich von den uns bedrohenden gefährlichen Händeln entferntest.

2. *Utr. contr. accid*, von beiden ist das Gegentheil erfolgt. — *istic.*, in Syria. Cäsar wollte, wie es hiess, den Cornificius mit seinen Truppen dorthin schicken. — *in qua* = ut in ea. — *non delect.*, Caesariani enim impotentius utebantur victoria. — *ea tamen sunt*, doch sind das lauter Dinge. — *delectant*, Lamb. Graev. *delectent* (non Md. Vict.) *OR.* — *ii.* Sic Lamb. *hi* Cett. cum Md. — *ut iis* (Md. Vict. *his*) *mos* cet., dass er Denienigen den Willen thun muss, die ihm zum Siege behülflich gewesen sind. — *ludis Caesaris*, bei Gelegenheit der Spiele, die Cäsar bei seiner im October dieses Iahrs erfolgten Rückkehr aus Spanien dem Volke gab. S. ep. 631, 2. — *anim. aeq.*, mit der vollkommensten Gleichgültigkeit. — *T. Plancum* Bursam, Ciceronis inimicum, lege de vi stante republica damnatum, a Caesare restitutum. Vid. ep. 182. *SCH.* — *Laberii et Publii* Syri *poëmata*. Laberius, dessen Witz auch den Cicero traf, hatte auf Cäsars Befehl als ein Ritter und Mann von 60 Iahren in eigener Person und noch dazu in einem Wettstreit mit dem iüngern und allgemein beliebten Publius Syrus einige seiner Mimen öffentlich und mit Gebehrdenspiel aufführen müssen. S. Macrob. II, 7. Gellius XVI, 7. und Wieland zu Horatius Sat. I, 10, 6. S. 290 bis 297. Die Ritter wollten ihn desshalb nicht wieder in den Rittersitz bei Schauspielen zulassen. S. Suet. Octav. 39. Ueb. *Publ. Syrus* s. Gellius XVII, 14. — *quicum* = cum quo .. *rideam*, „mit dem ich über diese Dinge ver-

haec familiariter docteque rideam. Is tu eris, si quam primum veneris. Quod ut facias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror.

EPISTOLA DCXLVII. (ad Div. V. 11.)

Scr. Romae mense Octobri aut Nov. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Respondet epistolae, quae non exstat, laudando gratum Vatinii animum, et studium suum uxori, quam ille commendaverat, non defuturum pollicetur. Addit de Dionysio fugitivo et spe triumphi Dalmatici. 1—3.

M. CICERO VATINIO IMP. S.

Grata tibi mea esse officia non miror: cognovi enim te gratissimum omnium; idque nunquam destiti praedicare: nec enim tu mihi habuisti modo gratiam, verum etiam cumulatissime retulisti. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te et eadem volun-
2 tate cognosces. Quod mihi feminam primariam, Pompeiam, uxorem tuam, commendas, cum Sura nostro statim tuis literis lectis locutus sum, ut ei meis verbis diceret, ut, quidquid opus esset, mihi denuntiaret: me omnia, quae ea vellet, summo studio curaque facturum: itaque faciam eamque, si opus esse videbitur, ipse conveniam. Tu tamen ei velim scribas, ut nullam rem neque tam magnam neque tam parvam putet, quae mihi aut difficilis aut parum me digna videatur. Omnia, quae in tuis rebus agam,
3 et non laboriosa mihi et honesta videbuntur. De Dionysio, si me amas, confice. Quamcunque ei fidem dederis, praestabo. Si vero improbus fuerit, ut est: duces eum

---

traulich und auf gelehrte Art lachen könnte.“ Beide Dichter waren ungeachtet ihrer komischen Laune und treffenden Witze einem Cicero nicht classisch genug. — *Is tu eris,* Der würdest Du sein. — *veneris,* redieris.

VATINIO. S. zu ep. DXCIX im Anf.

1. *retulisti.* Es bezieht sich auf Cicero's Vertheidigung des Vatinius im I. 700. — *reliquis,* Mart.-Lag. *in reliquis;* wie §. 2: *in tuis rebus.*

2. *Sura,* einem vertrauten Freigelassenen des Vatinius. — *quae ea vellet,* Mart.-Lag. *meque omnia, quae vellet.* Sch. Lün. *me omnia, quae vellet.*

3. *de Dionysio.* S. ep. 593, 2. 619, 3. — *quamc. ei f. ded.,* Was Du ihm auch für mich versprechen magst, will ich halten. — *improbus,* verstockt. — *duces eum captivum,* so führe ihn unter den Gefangenen bei Deinem Triumphe auf. *captum* Neap. Asc. 1. Bened. *captivum* Ern. [ ]. *duces inter captivos* Mart.-Lag.

captivum in triumpho. Dalmatis dii male faciant, qui tibi molesti sunt! Sed, ut scribis, brevi capientur et illustrabunt res tuas gestas; semper enim habiti sunt bellicosi.

EPISTOLA DCXLVIII. (ad Div. VII. 29.)

Scr. Patris IV. Kal. Nov. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Curius laudat Ciceronis erga se beneficia, petitque, ut se Serv. Sulpicii successori commendet. 1—2.

CURIUS M. CICERONI SUO S. S. V. B.

Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius: quod quidem si inter senes coëmptionales proscripserit, egerit non mul-

---

Sch. Lün. ex interpol. *OR.* — *Dalmatis dii male faciant, qui* = quod ii, den Dalmatern mögen es die Götter vergelten, dass sie u. s. w. Ueber den Indic. *sunt* s. Ramsh. §. 194, 2, Not. — *illustrabunt*, werden verherrlichen. Vgl. ep. 649. — *bellicosi.* Darum gingen die Römer gern dahin, um sich die Ehre eines kleinen Triumphs zu erwerben.

CURIUS. S. zu ep. CCCCLXXII im Anfange, CCLXXXVIII. CCXC. CCXCII. CCXCIII. CCCXXVIII. CCCXXIX. — *S. V. B.* Sic Md. Vict. 1. 2. *B.* scil. pro *Benest*, ut alibi is et Vict. 2. habent. Sic melius apparet *enim* referri ad v. *SUO.* nec quidquam mutandum. *ORELLI.*

1. *χρήσει μὲν tuus* cet., denn ich bin nun einmal in Deinem Niessbrauche; doch bleibt Attikus mein Grundherr. Usu et fructu tuus, inquit, sum; possessione autem s. mancipio et nexu Attici. *SCH.* Attikus war der ältere Freund dieses M'. Curius, der erst durch dessen Empfehlung mit Cicero in ein Verhältniss gekommen war, welches durch gegenseitige Dienstleistungen sich zu enger Freundschaft steigerte. Curius will also sagen: obgleich älterer Freund von Attikus als Dir, hab' ich doch mehr Verkehr mit Dir als mit ienem. — *ergo.. illius*, daher die Früchte Dein, sein der Leibeigene. — *quod* mancipium... *non multum*, „mit dem er iedoch, wenn er ihn unter andern alten Ausschusslingen zu Markte bringen wollte, schlechte Geschäfte machen würde.“ Per iocum Curius se ipsum abiicit et extenuat. Quum enim se Attici *mancipium* dixisset, ait Atticum non multum lucraturum, si illud mancipium inter senes coëmptionales proscripserit. *SCH.* *senes coëmptionales* waren alle Sklaven, die man als Ausschuss in Bausch und Bogen verkaufte, oder Wer einen wohl conditionirten Sklaven erstand, musste sich's gefallen lassen, dass man ihm einen solchen Alten für ein Weniges in den Kauf gab. Coëmptionalis ist also der Sklav, den man mit mehren zusammen verkauft, aber nicht einzeln verkaufen kann; folglich = schlecht. S. Plaut. Bacch. IV, 9, 52 u. Gronov. zu d. St. Ueber *proscripse-*

tum. At illa nostra praedicatio quanti est, nos, quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere! Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare et Sulpicii successori nos de meliore nota commenda, quo facilius tuis praeceptis obtemperare possimus teque ad ver lubentes videre et nostra refigere de-
2 portareque tuto possimus. Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare et putare me virum bonum esse nec solere duo parietes de eadem fidelia dealbare. Ergo, patrone mi, bene vale Tironemque meum saluta nostris verbis. Dat. a. d. [IIII.] Kal. Novemb.

EPISTOLA DCXLIX. (ad Div. V. 10. extr.)

Scr. Naronae Nonis Decembr. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

In hoc fragmento epistolae, cuius initium periit, refert Vatinius, quae in Dalmatia gesserit, causamque suam Ciceroni commendat.

* * *

Ego post supplicationes mihi decretas in Dalmatiam

---

rit s. Rost *Spec.* 3, p. 7, — *At illa nostra praed. q. est*, Aber wie Viel sag' ich damit, wenn ich von Dir rühme u. s. w.! — *quod simus, vivamus*, ut ep. 653. Hoc verbo Curius vel significat, in causa capitis a Cicerone se defensum fuisse — vocat enim *patronum* suum — vel illud eo respicit, quod in consulatu feneratores periculo exemerat (v. ep. XV.). Apte ad utrumque sequitur *persevera conservare. WEISKE.* — *quod habeamus* (Lamb. del.) i. e. bona nostra possideamus; *quod homines existimemur* (dass ich in der öffentlichen Meinung noch Etwas werth bin) i. e. humanitatis et urbanitatis laudem habeamus; quae sine dubio innotuerat ex illa defensione Curii, in qua Cicero de praecipua eius laude certe non tacuit. *WEISKE.* — *nos conserv.*, mich in Deinem Schutze zu behalten. — *Sulpicii*, des bisherigen Statthalters in Achaia. S. ep. 496. 497. 365. 566. Dessen nächster Nachfolger war Auctus od. richtiger Acilius. S. ep. 653 u. 654. — *obtemp. possimus.* del. *possimus* Lamb. *OR.* — *lubent.*, zu meiner Freude. — *refigere* ex antiqua correct. Lamb. Lall. Ern. Sch. Lün. *defigere* Cett. cum Md. *OR. refigere* est tollere ad asportandum. Volebat enim Romam migrare. *ERN.* „meine Habseligkeiten einzupacken, die Capitalien einzutreiben und nach Rom zu schaffen.“ Nachdem er sich als Kaufmann und Banquier zu Paträ ein gutes Vermögen erworben hatte, wollte er wieder nach Italien ziehen. Vgl. ep. 654 gegen Ende.

2. *nec solere duo* (Crat. Lamb. *duos*) *pariet... dealbare*, und dass ich nicht zwei Wände aus einem Topfe zu weissen pflege. Iocatur in se ipsum, quod quasi sui partitionem fecerit inter Ciceronem et Atticum, et illi usu fructu, huic mancipio et nexu se proprium dixerat. *SCH.* — [*IIII*] est e suppl. *a. d. K. Nov.* Md. *OR.* „am 29. October.“

1. *Ego*, „Fragmentum epistolae ante superiorem (V, X. s. h.

profectus sum: sex oppida vi oppugnando cepi. ....† unum hoc, quod erat maximum, quater a me iam captum. Quatuor enim turres et quatuor muros cepi et arcem eorum totam; ex qua me nives, frigora, imbres detruserunt: indigneque, mi Cicero, oppidum captum et bellum confectum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad Caesarem meam causam agas meque tibi in omnes partes defendendum putes: hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. Data Nonis Decembribus, Narona.

EPISTOLA DCL. (ad Div. IX. 12.)

Scr. in Puteolano mense Decembri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Gratulatur Dolabellae de salubritate Baiarum oratiunculamque pro Deiotaro ei mittit. 1—2.

CICERO DOLABELLAE S.

Gratulor Baiis nostris; siquidem, ut scribis, salubres repente factae sunt: nisi forte te amant et tibi assentantur et tamdiu, dum tu ades, sunt oblitae sui. Quod qui-

---

ed. ep, DCLV, cui pro §. 4. annexum) scriptae.“ Sch. *ORELLI.* Diess Fragment ist vom P. Vatinius an Cicero geschrieben. S. zu ep. 599 im Anf. 647. — *post supplicat. decret.*, nachdem mir das Dankfest vom Senate zugestanden war. — *cepi .....† unum hoc.* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *cepi ..... Ulcinium; hoc.* („Desunt nomina quinque oppidorum.“) *OR.* — *detrus.*, verdrängt haben. — *indigne*, auf unverdiente Art, unverdienter Weise, ohne meine Schuld. — *confectum.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. Mart.-Lag. *bell. iam conf.* ex interpol. Ceteri. *iam bell. conf.* Crat. *OR.* — *ad Caes. m. c. agas*, „mein Fürsprecher beim Cäsar zu sein.“ Der scheuete freilich Schnee und Regen nicht und forderte dasselbe von seinen Generalen. — *in omn. part.*, auf allen Seiten, in ieder Hinsicht. — *hoc exist.*, in der Ueberzeugung. — *Non. Dec.*, am 5. December von Narona aus. Diese Stadt in Dalmatien heisst ietzt Narenta.

DOLABELLAE. S. zu ep. CCCLXXXIX im Anf.

1. *Gratulor Baiis*, quod harum aquarum salubritatem non sensim, ut alii, sed *repente* i. e. statim et sine mora expertus sis. *SCH.* „Ich wünsche unserem Baiä Glück dazu, wenn wirklich, so wie Du schreibst, dessen Bäder mit einem Male so heilkräftig geworden sind.“ Ich zweifele iedoch, ruft Cicero mit leiser Mahnung ihm zu, gar sehr daran, weil das lustige Leben daselbst so leicht wieder verdirbt, Was das Bad gut gemacht hat Vgl. ep. 688, 1: Baiana negotia. — *nisi ... sui*, es müsste denn daher kommen, dass Baiä sich in Dich verliebt und, um sich bei Dir einzuschmeicheln, so lange Du da gegenwärtig bist, Seiner selbst vergessen d. i. sich ganz umgethan hätte, und bei Deiner Gegenwart schnelle Heilung bewirkte. *ades*, Crat. *dum ades.* Md. Bened. *dum tu abes.* cfr. Rostii *Spec.* 3. p. 9. *OR.* Lies't man

dem si ita est, minime miror caelum etiam et terras vim
2 suam, si tibi ita conveniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi: quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem nec scriptione magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere [*volui*] levidense crasso filo, cuiusmodi ipsius so-

---

abes, so ist der Sinn: „und dagegen so lange, als Du fern bist, Seiner selbst vergessen hätte" d. i. wegen Sehnsucht nach seinem Lieblinge nicht Lust gehabt hätte, die ihm inwohnende Heilkraft zu entwickeln. Cicero erhebt auf diese Art in losem Scherz den Dolabella zum Lieblinge, Genius, Deus tutelaris dieser wollüstigen Bäder, die, wie die ganze Natur ringsum, bei seinem Erscheinen alle ihre Zauberkräfte entbinden, um ihn zu ehren und zu ergötzen und heilsam zu pflegen. Kein Wunder daher Dessen so schnelle Genesung! Aber eine strafende Züchtigung liegt, wenn auch nur zart angedeutet, für Dolabella darin, dass Baiä, wie es scheine, ihn sich zum Lieblinge erkoren habe. Denn hier war es, wo er so oft den maitre de plaisir gemacht, mit herangezogenen andern lustigen Brüdern in Wonnegenüssen sich umhergewälzt und Viel herdurchgebracht hatte. Ein Mann, der Baiä so kräftig empfahl und in Schutz nahm, verdiente davon als Schutzgeist verehrt zu werden. Dennoch warnt der rechtschaffene Cicero vor dem verführerischen Orte, zumal in dieser unruhvollen Zeit. Bei *abes* fällt dem Leser Horatii (Carm. IV, 5, 1): Divis orte bonis, optime Romulae Custos gentis, *abes* iam nimium diu unwillkürlich ein. — *vim suam dimittere*, ihrem gewöhnlichen Einflusse entsagen; denn auch im Klima dieses zauberischen Ortes lagen viele Anreitzungen zu diätwidriger Lebensart, worüber noch ietzt der Homöopath sein Haupt schütteln würde. Lies't man aber *ades*, dann ist der Sinn: ihre Kräfte zur Heilung, sobald es Dir genehm und zuträglich ist, dum tu ades, te praesente, völlig entwickeln, spielen lassen." Denn *dimittere* kann so gut aufgeben, einstellen, als entbinden, loslassen bedeuten.

2. *pro Deiotaro.* Pompeius hatte diesem Fürsten, einem Tetrarchen in Galatien, einen Theil vom Königreiche Pontus mit dem königlichen Titel geschenkt. Im bürgerlichen Kriege nahm er als Bundesgenosse des Pompeius Kleinarmenien ein. Pharnaces, Mithridats Sohn, nahm ihm Armenien und die Pontischen Lande, Cäsar seine Tetrarchie, gab ihm aber die Pontischen Lande wieder (S. Dio Cass. 41, 63. 42. 45 ff.). Sein Schwiegersohn Castor und sein Enkel Castor der iüngere verklagten ihn vergeblich bei Cäsar, da Cicero ihn vertheidigte. Nach Cäsars Tode nahm er an seinem Schwiegersohne Rache (Strabo XII, 852.) und Armenien und ganz Galatien in Besitz; wohl ohne den mit Antonius durch Bevollmächtigte abgeschlossenen Contract zu erfüllen. Vgl. ep. 692, 2. Denn er stand dem Brutus bei (Dio 47, 24.). Darauf ward sein Secretair Amyntas durch Antonius Regent von Galatien u. s. w. — *habebam mecum* scil. in villa. — *misi* = mitto. — *scriptione,* des Aufschreibens. — *hospiti veteri,* regi Deiotaro. — [*volui*] e necessario suppl. omnes meae, praeter Beng., qui

lent esse munera. Tu velim animo sapienti fortique sis, ut tua moderatio et gravitas aliorum infamet iniuriam.

EPISTOLA DCLI. (ad Att. XIII. 52.)

Scr. in Puteolano post tertia Saturnalia XII. Kal. Ian. A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Narrat Caesarem a se hospitio acceptum, hospitemque tam gravem sibi tamen molestum non fuisse. 1—2.

CICERO ATTICO S.

O hospitem mihi tam gravem! *ἀμεταμέλητον.* Fuit enim periucunde. Sed quum secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi coenaturus ipse Caesar esset, vacaret: quippe hominum cıɔ cıɔ. Sane sum commotus, quid futurum esset postridie: ac mihi Barba Cassius subvenit: custodes dedit. Castra in agro: villa defensa est. Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam vıı.

---

omisit *volui* cum Md. *OR.* — *levidense* = non valde excultum et pretiosum, quales solent esse vestes levidenses crassioris fili, leicht, grob gewirkte Gewänder. S. Isidor. Origg. XIX, 22. *Levidensae* (Md.?) Vict. 2. *levi dente* (i. e. pectine) Pantagathi susp. *leve, denso filio* Ursini susp. Sed satis videtur firmatum voc. auctoritate Isidori. *OR.* — *ipsius...munera* scil. Deiotari, quem et alibi ut parum liberalem notat. *ERNESTI.* S. ad Attic. V, 17. 21. VI, 1. XIV, 1. 12. 19. XVI, 16. ad Famil. VIII, 10. XV, 4. — *gravitas,* gesetztes Betragen. — *aliorum,* Caesarianorum, *infamet iniuriam,* den frevelhaften Uebermuth Anderer in ein desto grelleres Licht setze.

1. *ἀμεταμ.* = non poenitendum. *tam gravem! mihi ἀμ.* Sch. coni. Lün. Sed videtur potius sic legendum: *O hospitem gravem! mihi tamen ἀμ.*; ut infra est; *ἐπισταθμίαν odiosam, mihi, dixi, non molestam. ORELLI.* — *periucunde,* von der besten Laune. — *secundis Saturnal.,* am 2ten Tage der Saturnalien, XIII. Kal. Ian., am 20. December. Cicero schrieb also diesen Brief unmittelbar nach einem grossen Feste, das er Cäsarn und dessen Gefolge an den Saturnalien gab. — *ad* L. Marcium *Philippum,* der 698 Consul gewesen und Octavius Stiefvater war, des Iulius Cäsars Schwestertochter Atia (eine Tochter der Iulia) zur Frau hatte und einen Landsitz unweit Puteoli (Pozzuoli) besass, der an Cäsars Puteolanum grenzte. S. ad Attic. XIV, 11. — *quippe hom. cıɔ cıɔ,* „denn es waren ihrer 2000.“ So gross also eine Villa der Römer! — *commotus,* mir war für den folgenden Tag etwas bange. — *ac* tamen. *at* Ern. susp. — *Barba Cassius.* Hunc inter naufragia Caesaris amicorum nominat Philipp. XIII. *SCH.* — *Castra in agro* posita; näml. für die Soldaten auf freiem Felde. — *defensa.* Sie durften also dahin nicht kommen. — *tert. Saturn.,* am 21. December. — *ad horam vıı.* fuit, commoratus est; also in dieser Iahrszeit wegen der kürzeren Stunden bis 1 Uhr Nach-

nec quemquam admisit. Rationes opinor cum Balbo. Inde ambulavit in litore. Post horam VIII. in balneum: tum audivit de Mamurra: vultum non mutavit: unctus est; accubuit; ἐμετικὴν agebat. Itaque et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde; opipare sane et apparate: nec id solum sed

— *bene cocto,*
Condito, sermone bono, et, si quaeri', libenter.

2 Praeterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copiose. Libertis minus lautis servisque nihil defuit. Nam lautiores eleganter accepti. Quid multa? Homines visi sumus. Hospes tamen non is, cui diceres, „amabo te, eodem ad me, quum revertere." Semel satis est. Σπου-

---

mittags. — *Rat... cum Balb.* putavit, ich vermuthete, er liess sich von seinem Schatzmeister Balbus Rechnungen vorlegen. — *in litore*, in der Bai von Pozzuoli, woran die Landsitze des Philippus und Cicero lagen. — *Post hor. VIII.*, nach 2 Uhr. — *in balneum*, quod ei praebuit Cicero in villa sua. — *aud. de Mamurra*, darauf liess er sich über Mamurra Bericht abstatten. S. ep. 298. Catull hatte auf den Verschwender Mamurra, der als Cäsars Feldzeugmeister sich unermessliche Reichthümer zusammenpresste und auf dem Mons Coelius einen Pallast mit Säulen von Carystischem oder Lunensischem Marmor erbaute, ein unerhörtes, für Cäsar empfindliches Epigramm (das 29. der Gedichte des Catullus) verfertigt. Diess liess er sich vorlesen. So erklärt Lambin. Manutius dagegen nimmt an: „es sei dem Cäsar, der sehr auf Befolgung seiner lex sumptuaria hielt, eine Berichtserstattung und ein Verurtheilungsdecret über die ungemessene Pracht und Verschwendung des Mamurra vorgelegt worden, woran er nicht das Mindeste geändert habe." Er folgt also dem Cd. Md., der *vultum* auslässt. — *accubuit*, ut ederet, scil. cum Cicerone, Philippo, Balbo, Cassio aliisque. — *ἐμετικὴν agebat* i. e. volebat vomere post cenam ideoque largius edebat. Imperf. de conatu. Vid. Casaub. ad Sueton. Vitell. 13. Quum vomere decrevisset, nullum genus cibi vitavit. Vid. Orat. pro Deiot. c. 7: „Quum vomere post cenam te (Caesar) velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt." — ἀδεῶς, sine ulla suspicione mali aut sine metu, ne sibi noceret, edit et bibit iucunde, nach Herzenslust. — *apparate*, im grossen Stil, scil. acceptus est, ward er bewirthet. — *bene cocto... libenter*, Verse des Lucilius, die er auch de Finibb. II, c. 8. §. 25. anbringt; Sinn: sondern er ward auch bewirthet mit wohl bereiteten, gewürzten, hübschen Einfällen, Unterhaltungen, Witzen, und das, willst Du's wissen, ganz zu seinem Behagen.

2. *οἱ περὶ αὐτὸν*, sein Gefolge. — *minus lautis*, den weniger vornehmen, geringeren Freigelassenen. Vgl. ad Divers. VII, 14: valde iam lautus es; Verin. I, 6: lautus homo. — *Homines visi sumus*, ich war ein ganzer Mann, zeigte mich recht honnet, recht glänzend. — *Hospes*, Caesar. — *non is* fuit, *cui* = ut ei cet., dass man zu ihm sagen mochte: „es soll mich freuen, Sie bald wieder hier zu sehen." Einmal hat man genug an ihm. Σπουδ.

δαῖον οὐδὲν in sermone: *φιλόλογα* multa. Quid quaeris? Delectatus est et libenter fuit. Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum ad Baias. Habes hospitium sive *ἐπισταθμίαν* odiosam; mihi, dixi, non molestam. Ego paullisper hic, deinde in Tusculanum. Dolabellae villam quum praeteriret, omnis armatorum copia dextra sinistra ad equum nec usquam alibi. Hoc ex Nicia.

EPISTOLA DCLII. (ad Att. XIII. 42.)

Scr. in Tusculano exeunte Decembri A. U. C. 709. (a. C. 45.)

Colloquium cum Quinto filio habitum exponit. 1. ad diem natalem suum Atticum invitat. 2. se Lepidi rogatu Romam venturum ostendit. 3.

CICERO ATTICO S.

Venit ille ad me, *καὶ μάλα κατηφής*· et ego, *σὺ δὲ δὴ τί σύννους*; „Rogas? inquit, cui iter instet, et iter ad bellum, idque quum periculosum, tum etiam turpe?" Quae vis igitur? inquam. „Aes, inquit, alienum: et tamen ne viaticum quidem." Hoc loco ego sumpsi quiddam de tua eloquentia. Nam tacui. At ille: „Sed me maxime angit avunculus." Quidnam? inquam. „Quod mihi, in-

---

...*φιλόλογα*, serium nihil, at multa literata, Ernstes nichts in seinem Gespräche, aber viele Belesenheit. — *libenter fuit*, und war mit Lust, gerne da. So *periucunde fuit* §. 1. — *ἐπισταθμίαν*, Md. Asc. pr. Vict. 2. *ἐπισταθμείαν*, Einquartirung. — *mihi* tamen, ut supra *dixi*, *non molestam*. — *paullisper hic* commorabor. — *in Tusc.* abiturus sum. — *praeteriret* Caesar. — *omnis...ad equum*, sass die ganze bewaffnete Mannschaft rechts links auf, zur Parade. — *nec usquam alibi*; scil. honoris causa, dem Dolabella zu Ehren war das geschehen. So viel hielt er auf den Dolabella. — *ex Nicia* cognosces. Der Curtius Nicias Grammaticus, ein Vertrauter des Dolabella. S. ep. 588 am Ende.

1. *Venit ille*, mein Neffe Quintus. Vermuthlich hatte Attikus in seinem letzten Briefe geschrieben, dass er kommen werde. Vgl. iedoch ep. 638, 2. — *κατηφής*, et quidem admodum tristis, sehr niedergeschlagen. — *et ego* eum interrogavi: *σὺ...σύννους*; warum so in Gedanken? — *Rogas*, Du fragst noch? Supplend.: egone cogitabundus sim, *cui* = quum mihi. — *ad bellum* Parthicum, quod Caesar parabat. — *periculosum* ob tempestates metuendas. Etiam Parthi ex Crassi clade metuebantur. — *turpe*, quia aere alieno pressus Roma abiret. *SCH.* — *Quae vis*, Was hast Du denn auf dem Herzen, Was drückt Dich? heraus mit der Sprache! — *tamen* = insuper. — *ne viat. q.* scil. habeo. — *Hoc loco*, hier, bei dieser Gelegenheit, ietzt. — *sumpsi*, borgt' ich Dir Etwas von Deiner in solchen Fällen gewöhnlichen Beredsamkeit ab. — *Nam* = nämlich. — *avunculus*, Atticus. — *Quidnam?* wie so denn?

quit, iratus est.“ Cur pateris? inquam. Malo enim ita dicere, quam, cur committis? „Non patiar, inquit. Causam enim tollam.“ Et ego, „Rectissime quidem.“ Sed si grave non est, velim scire quid sit causae. „Quia, dum dubitabam quam ducerem, non satisfaciebam matri, ita ne illi quidem. Nunc nihil mihi tanti est. Faciam quod volunt.“ Feliciter velim, inquam, teque laudo. Sed quando? „Nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo.“ At ego, inquam, censeo prius, quam proficiscaris. Ita patri quoque morem gesseris. „Faciam, inquit,
2 ut censes.“ Hic dialogus sic conclusus est. Sed heus tu, diem meum scis esse III. Non. Ian. Aderis igitur.
3 Scripseram iam: ecce tibi, orat Lepidus ut veniam. Opinor augures nil habere ad templum effandum. Eatur. *Μίασμα δρυός.* Videbimus te igitur.

— *cur committis*, warum machst Du es danach? warum gibst Du ihm Anlass? — *tollam*, ich will wegräumen. — *Rectissime quidem* facies, daran wirst Du freilich sehr wohl thun. — *grave*, Dir zuwider. — *dubit.*, unschlüssig sein. — *quam ducerem* uxorem, was für Eine ich heirathen wollte. — *ne illi quidem.* Sie war des Attikus Schwester. Vgl. ep. 625, 1. — *Nunc...tanti est*, ietzt liegt mir an Nichts so sehr, als Mutter und Onkel wieder zu befreunden. — *Feliciter velim*, dazu möcht' ich Glück wünschen. — *quando* facies? — *Nihil ad me.. de tempore*, an der Zeit liegt mir nichts; gleichviel, wannehr. — *morem ger.*, den Willen thun, zufrieden stellen.

2. *diem meum* natalem. — *III. Non. Ian.*, der 3. Ianuar. — *Aderis igitur* in Tusculano.

3. *Scripseram* haec *iam*, so eben, grade. — *orat* scil. per literas. — L. Aemilius *Lepidus*, Caesaris dictatoris magister equitum. *SCH.* — *ut veniam* Romam. — *Opinor augures...effandum*, „man sollte meinen, die Augures verständen es nicht, ohne mich den Platz zu dem Tempel, welchen Cäsar dem Kriegsgotte erbauen will (s. Sueton. Caes. c. 44.), nach altem Brauch zu bezeichnen, einzuweihen und zu heiligen.“ Cäsar wollte den Cicero dabei gegenwärtig haben. *templum effari* = consecrare et dedicare verbis solennibus. cfr. de Legg. II, 8. Liv. X, 37. Gellius XIII, 14. Servius ad Virgil. Aen. VI, 197. — *Eatur*, es muss also hingereiset werden; ich muss also wohl hin! — *Μίασμα δρυός!* o der Entweihung der Religion! o! der befleckenden Gottlosigkeit. Nam a Caesare tyranno, quia patriam et rem publicam bello devicerat, Marti exstructa templa pro sacrilegiis et piaculis Cicero habet. Est autem *μίασμα δρυός* proprie dictum pro piaculo in quercum Dodonaeam h. e. in templum Iovis Dodonaei admisso. Vid. Suid. et Append. Vatican. proverbiorum a Schotto editorum. *GRONOV. SCH.*